De hac Serie hæc sunt notanda: (1.) Quod literæ majusculæ B, C, D, &c. designent coefficientes terminorum ipsis immediate præcedentium: (2.) Quod exhibeat Quadraturas omnium Figurarum Quadrabilium, quarum Curvæ per æquationem trium terminorum definiuntur: (3.) Et quod semper sint Quadrabiles, quando $\frac{m \times r - r}{mn - rm - en}$ est numerus integer & affirmativus, quem vocemus l. (4.) Speciatim $l + 1$ dat numerum Terminorum (ab initio sumptorum) Seriei Aream quæsitam constituentium: (5.) Quod si ponatur $e = 0$, mutabitur hæc Series in Celebre Theorema Newtonianum pro Binomio communi; & proinde hoc Theorema est hujus Seriei casus specialis & simplex: (6.) Cum sit Applicatio hujus Seriei ad Figuram particularem, hæ regulæ sunt observandæ. 1ª Reducatur æquatio Curvam datam definiens ad formam generalem, & ex comparatione particularis cum generali invenientur coefficientes a, b; ut & exponentes m, n, e, r. Secunda, Si exponentes sic determinati non faciant l numerum integrum & affirmativum, (juxta conditionem in Not. 3. assignatam,) tum alius terminus æquationis particularis a quantitate z liberetur; & si nunc exponentibus denuo determinatis non competat illa Quadrabilitatis conditio, tum reliquus terminus a quantitate z libe-

z liberetur: Nam nullo labore quilibet ex tribus terminis æquationem datam conſtituentibus a quantitate z liberari poteſt. Tertia, Si æquationi per Regulam præcedentem tractatæ non conveniat prædicta Quadrabilitatis conditio; tum per Seriem quæratur Areæ complementum $\int: ydz$: quo cognito ſtatim habetur Area quæſita; nam, ut omnibus notum, $zy - \int: ydz = \int: zdy$. Et ut ſine confuſione Complementum per Seriem obtineatur; in æquatione data Curvam particularem definiente pro z ſcribatur Y, & pro y ſcribatur Z: Factaque hac mutatione Ordinatæ in Abſciſſam, & Abſciſſæ in Ordinatam, tractetur æquatio juxta præcepta regulæ ſecundæ; donec illi conveniat Quadrabilitatis conditio, vel eandem ipſi non poſſe convenire pateat.

Exemplum 1. Sit $z^3 + y^3 = bzy$. Quia hic $m = 3$, $n = 3$, $e = 1$, $r = 1$, $a = 1$; ideo $l = 1$, adeoque $l + 1 = 2$. Et proinde (juxta Not. 4.) duo primi Seriei termini dant Aream $= \frac{1}{2}zy - \frac{1}{6}bz^2y^{-1}$.

Exemp. 2. Sit $z^7 + ay^3 = bzy^2$, ubi $m = 7$, $n = 3$, $e = 1$, $r = 2$; qui faciunt $l = 2$; ideo (juxta Not. 4.) tres primi Seriei termini dabunt quæſitam

$$\text{AREAM} = \frac{7}{10}zy - \frac{b}{15a}z^2 - \frac{2b^2}{15a^2}z^3y^{-1}.$$

Exemp. 3. Sit $z^3 + ky^5 = bz^{-2}y^{11}$; ubi $m = 3$, $n = 5$, $e = -2$, $r = 11$; at quia hi non faciunt l numerum integrum & affirmativum; ideo (per Regulam ſecundam) libero terminum $bz^{-2}y^{11}$ a quantitate z; & ſic æquatio fit $z^5 - by^{11} = -kz^2y^5$; ubi $a = -b$, $b = -k$; & $m = 5$, $n = 11$, $e = 2$, $r = e$; qui faciunt $l = 1$: Unde

$$\text{AREA} = \frac{5}{16}zy - \frac{k}{16b}z^3y^{-5}.$$

Exemp. 4. Sit $z^2 - by^2 = -kz^2y^2$; ubi $m = 2$, $n = 2$, $e = 2$, $r = 2$; qui non faciunt l numerum integrum & affirmativum; ideo libero terminum $-kz^2y^2$ a quantitate z; & tum $z^0 + ky^2 = bz^{-2}y^2$; ubi $a = k$, $b = b$; & $m = 0$, $n = 2$, $e = -2$, $r = 2$, qui faciunt $l = 1$, ideo

$$\text{AREA} = \frac{b}{k}z^{-1}y$$

Exemp. 5. Sit $z^2 - \frac{4g^2}{b}y^6 = -\frac{g}{b}z^2y^4$; ubi $m = 2$, $n = 6$, $e = 2$, $r = 4$; qui non faciunt l numerum integrum & affirmativum; idemque contingit liberato (a quantitate z) utrolibet ex reliquis: Ideo juxta regulam Tertiam quæro Complementum; quare (ut jam præmonui) pono $z = Y$; $y = Z$; unde æquatio data erit

$Y^2 - \frac{4g^2}{h}Z^6 = -\frac{g}{b}Z^4Y^2$; quæ (juxta Reg. 1.) reducta ad formam generalem erit hujus modi $Z^6 - \frac{b}{4g^2}Y^2 = \frac{1}{4g}Z^4Y^2$ ubi

ubi $m=6$, $n=2$, $e=4$, $r=2$; qui non faciunt l numerum integrum & affirmativum; ideo (juxta Reg. 2.) libero terminum ultimum a Z; unde $Z^2 - \frac{1}{4g} Y^2 = \frac{b}{4g^2} Z^{-4} Y^2$; ubi $m=2$, $n=2$, $e=-4$, $r=2$; unde $l=r$; & $a=-\frac{1}{4g}$, $b=\frac{b}{4g^2}$; Unde Areæ quæsitæ complementum est $=\frac{1}{2} ZY - \frac{b}{2g} Z^{-3} Y$ seu $\frac{1}{2} zy - \frac{b}{2g} zy^{-3}$; Ergo etiam Area quæsita $\int: z\,dy = \frac{1}{2} zy + \frac{b}{2g} zy^{-3}$.

Sit $z^m + ay^n = bz^{2e} y^{2c+n} + fz^e y^{c+n}$ æquatio exprimens Relationem inter Ordinatam z & Abscissam y. Erit

$$\text{AREA} = Azy + Bz^{e+1}y^{c+1} + Cz^{2e+1}y^{2c+1} + Dz^{3e+1}y^{3c+1} + Ez^{4e+1}y^{4c+1} + Fz^{5e+1}y^{5c+1},\ \&c.$$

Ubi (positis $2c+n=r$, $c+n=s$) $A=\frac{n}{m+n}$;

$$B=\frac{\overline{m-e+s}\times A+e-m}{m\times\overline{c+1}+n\times\overline{e+1}}\times\frac{f}{a}.$$

$$C=\frac{\overline{m-2e+r}\times bA+\overline{\overline{m-e}\times\overline{c+1}+r\times\overline{e+1}}\times fB+2eb-mb}{ma\times\overline{2c+1}+na\times\overline{2e+1}}$$

$$D=\frac{\overline{\overline{m-2e}\times\overline{c+1}+r\times\overline{e+1}}\times bB+\overline{\overline{m-e}\times\overline{2c+1}+s\times\overline{2e+1}}\times fC}{ma\times\overline{3c+1}+na\times\overline{3e+1}}$$

$$E=\frac{\overline{\overline{m-2e}\times\overline{2c+1}+r\times\overline{2e+1}}\times bC+\overline{\overline{m-e}\times\overline{3c+1}+s\times\overline{3e+1}}\times fD}{ma\times\overline{4c+1}+na\times\overline{4e+1}}$$

$$F=\frac{\overline{\overline{m-2e}\times\overline{3c+1}+r\times\overline{3e+1}}\times bD+\overline{\overline{m-e}\times\overline{4c+1}+s\times\overline{4e+1}}\times fF}{ma\times\overline{5c+1}+na\times\overline{5e+1}}$$

De hac Serie (cujus progressio primo fere intuitu est manifesta) hæc sunt notanda. (1.) Quod figuræ (quarum Curvæ prædicta æquatione definiuntur) sunt Quadrabiles, quando Numeri exponentiales m, n, e, c; & coefficientes a, b, f habent relationes modo assignandas; scil: quando $\frac{\overline{2c+m}\times\overline{n-2e}}{-cm-en}$ est numerus integer & affirmativus, quem vocemus l, & (cum l est major quam 2) quando Coefficientium relatio est hæc.

$m-2$

$$\frac{\overline{m-2e}\times\overline{lc-c+1}+r\times\overline{le-e+1}}{\overline{e-m}\times\overline{lc+1}-s\times\overline{le+1}}\times\frac{bU}{f}=$$

$$\frac{\overline{m-2e}\times\overline{lc-2c+1}+r\times\overline{lc-2e+1}}{m\times\overline{lc+1}+n\times\overline{le+1}}\times\frac{bP}{a}+$$

$$\frac{\overline{m-e}\times\overline{lc+c+1}+r\times\overline{le-e+1}}{m\times\overline{lc+1}+n\times\overline{le+1}}\times\frac{fU}{a}.$$

Ubi U & P denotant Coefficientes Terminorum duorum, qui immediate præcedunt ultimo Areæ quæfitæ Termino; fcil: U eft coefficiens termini ad Ultimum propioris, P coefficiens termini ab ultimo remotioris: ut fi $Fz^{5e+1}y^{5c+1}$ effet ultimus Areæ quæfitæ terminus, tum U denotaret E, & P denotaret D. (2.) Ultimus ille Areæ quæfitæ terminus ex valore numeri l cognofcitur; nam hic etiam $l+1$ dat numerum terminorum (ab initio fumptorum) Seriei, qui Aream quæfitam conftituunt. (3.) Si fuerit $l=1$, tum coefficientium relatio debet effe hæc

$$\frac{\overline{2e-m}\times\overline{1-A}+rA}{\overline{e-m}\times\overline{c+1}-s\times\overline{e+1}}\times\frac{b}{f}=\frac{\overline{e-m}\times\overline{1-A}+sA}{m\times\overline{c+1}+n\times\overline{e+1}}\times\frac{f}{a};$$

Si $l=2$; relatio debet effe hæc

$$\frac{\overline{m-2e}\times\overline{c+1}+r\times\overline{e+1}}{\overline{e-m}\times\overline{2c+1}-s\times\overline{2e+1}}\times\frac{bB}{f}=\frac{\overline{2e-m}\times\overline{1-A}+rA}{m\times\overline{2c+1}+n\times\overline{2e+1}}\times\frac{b}{a}+$$

$$\frac{\overline{m-e}\times\overline{c+1}+s\times\overline{e+1}}{m\times\overline{2c+1}+n\times\overline{2e+1}}\times\frac{fB}{a}.$$

Sit $z^m=ay^n+bz^e y^{c+n}+fz^{2e}y^{2c+n}+gz^{3e}y^{3c+n}+hz^{4e}y^{4c+n}+$ *&c.* æquatio exprimens relationem inter ordinatam z & abfciffam y; & conftans terminis quotcunq; Erit

Area $=Azy+Bz^{e+1}y^{c+1}+Cz^{2e+1}y^{2c+1}+Dz^{3e+1}y^{3c+1}+Ez^{4e+1}y^{4c+1}+$ *&c.*

Calculo perfacili inveniuntur A, B, C, D, E, *&c.* ut & Quadrabilitatis conditiones, & quot termini feriei Aream quæfitam conftituant. Crefcit quidem numerus harum conditionum pro multitudine terminorum, ex quibus conftat æquatio relationem inter z & y definiens. Et fpeciatim fi illa terminorum multitudo vocetur N; tum $N-2$ eft numerus conditionum Quadrabilitatis; quarum una Exponentium m, n, e, c relationem refpicit, eftq; hæc; ut $\frac{Nc-2c+2e-Ne+m+n}{-cm-en}$, eft numerus (quem vocemus l) Integer & affirmativus. Reliquæ vero conditiones coefficientium a, b, f, g, h, *&c.* refpiciunt. Ac deniq; $l+1$ dat numerum terminorum (ab initio fumptorum) feriei, qui Aream quæfitam conftituunt.

Corol.

Corol. Ex hac Serie generali deduci poteſt Series, quæ exhibeat Quadraturas Figurarum, quarum Curvæ definiuntur per æquationem conſtantem terminis quibuſvis, qui æquationem Sectionis tertiæ generalem conſtituunt. Nam ad hanc obtinendam opus tantum eſt Seriem computare pro æquatione conſtante tot terminis (ab initio ſumptis) æquationis generalis, quot includent Terminos æquatio Curvas definiens. Tum ex valoribus quantitatum $A, B, C, D,$ &c. Eliminentur illæ coefficientes $b, f, g,$ &c. quæ ad æquationem propoſitam non ſpectant; reliquæ dabunt aream quæſitam. Exemplo res patebit.

Sit $z^m = ay^n + bz^e y^{c+n} + gz^{3e} y^{3c+n}$ Æquatio exprimens relationem inter Z & Y. Jam quia $z^m = ay^n + bz^e y^{c+n} + fz^{2e} y^{2c+n} + gz^{3e} y^{3c+n}$, eſt illa pars æquationis quæ (ſumptis terminis in ordine a principio) includit æquationem datam; quam deinceps (brevitatis cauſa) æquationem completam vocabo; ideo Figurarum (quarum Curvæ definiuntur per æquationem completam.)

Areæ $= Azy + Bz^{e+1} y^{c+1} + Cz^{2e+1} y^{2c+1} + Dz^{3e+1} y^{3c+1} + Ez^{4e+1} y^{4c+1} + Fz^{5e+1} y^{5c+1} +$ &c. & a, b, f, g ingredientur valores quantitatum B, C, D, E, F &c. Si ergo in his valoribus ponatur ubique $f = 0$ (quia $fz^{2e} y^{2c+n}$ æquationem datam non ingreditur) habebis valores quantitatum $A, B, C, D, E,$ &c. qui in Serie ſubſtituti dabunt Areas quæſitas. Et Calculo inito inveni

$$A = \frac{m}{m+n}. \quad B = \frac{e - \overline{m - c - n \times A + m} - e}{m \times \overline{c+1} + n \times \overline{e+1}} \times \frac{b}{a}.$$

$$C = \frac{\overline{c+n} \times \overline{e+1} + \overline{m-e} \times \overline{c+1}}{m \times \overline{2c+1} + n \times \overline{2e+1}} \times \frac{bB}{a}.$$

$$D = \frac{\overline{\overline{m-3e} \times \overline{1-A} + \overline{3c+n}} \times -A \times g}{ma \times \overline{3c+1}}$$

$$\frac{+\overline{\overline{m-e} \times \overline{2c+1} + \overline{c+n} \times \overline{2e+1}} \times -bC}{+na \times \overline{3e+1}}.$$

$$E = \frac{\overline{\overline{m-3e} \times \overline{c+1} + \overline{3c+n} \times \overline{e+1}} \times}{ma \times \overline{4c+1}}$$

$$\frac{-gB + \overline{\overline{m-e} \times \overline{3c+1} + \overline{c+n} \times \overline{3e+1}} \times -bD}{+na \times \overline{4e+1}}.$$

$$F = \frac{\overline{\overline{m-3e} \times \overline{2c+1} + \overline{3c+n} \times \overline{2e+1}} +}{+ma \times \overline{5c+1}}$$

$$\frac{-gC + \overline{\overline{m+e} \times \overline{4c+1} + \overline{c+n} \times \overline{4e+1}} \times -bE}{+na \times \overline{5e+1}}.$$

$G =$

$$G=\frac{\overline{\overline{m-3e}\times\overline{3c+13}+\overline{c+n}\times\overline{3e+1}}\times}{+ma\times\overline{6c+1}}$$

$$\frac{-gD+\overline{\overline{m+e}\times\overline{5c+1}+\overline{c+n}\times\overline{5e+1}}\times-bF}{+na\times\overline{6e+1}}.$$

Ex his patet progreſſio reliquorum in infinitum. Et ſic habetur Series exhibens Quadraturas omnium Figurarum, quarum Curvæ definiuntur per hanc æquationem quatuor terminorum $z^m=ay^n+bz^e y^{c+n}+gz^{3e}y^{3c+n}$. Et notandum quod conditiones Quadrabilitatis & numerus terminorum Seriei, Aream quamlibet quæſitam conſtituentium, eadem ſunt cum conditionibus Quadrabilitatis, & numero Terminorum, quæ conveniunt Figuris, quarum Curvæ per æquationes completas definiuntur.

Corol. Præter has duas ſeries in § 2 & 4 propter Figuras quatuor terminorum, poſſunt eodem modo infinitæ aliæ ſeries computari pro cæteris caſibus Figurarum quatuor terminorum. Quod etiam intelligendum eſt de omnibus aliis Figuris, quarum Curvæ per æquationes quotlibet terminorum numero conſtantes definiuntur.

Non jam vacat ipſam Methodum minutiatim deſcribere per quam ad hujuſmodi Series pervenio; brevem tamen ejus rationem exponere forte non ingratum erit. Aſſumo Seriem ex z pariter ac y compoſitam, ſc. $Azy+Bz^py^q+Cz^ry^s+Dz^ly^k+$ &c. $=\int:zdy$. Cujus ſinguli termini (præter primum) habeant Exponentes incognitos. Tum æquationem inſtituo inter duos valores quantitatis dz, quorum alter ex hac ſerie, alter ex æquatione relationem inter z & y definiente per Methodum Calculi Differentialis directam facile invenitur. Ex terminis hujus æquationis rite reductæ primo determino exponentes incognitos p, q, g, h, l, k &c. Et dein coefficientes A, B, C, &c. Et ſi plures ſint comparationes, quam quæ determinandis his coefficientibus ſufficiunt, tum ex reliquis deduco Quadrabilitatis conditiones. Si recta ineatur via, Calculus eſt longe facillimus; multaſque habeo Regulas huc ſpectantes quas alias forſan tradam; ut & uſum hujus Methodi in inveniendis Quadraturis irrationalibus finitis, quando rationales non dantur: res enim omnino in poteſtate eſt.

V. Having found the Conſtruction of a Curve, from whence (beſides its own *Quadrature* and *Rectification*) the *Quadrature* of the *Hyperbola* is deriv'd, I thought the following Account might not be unacceptable. *Conſtruction and Properties of a Quadratrix to the Hyperbola, by* Mr. — Perks. n. 306. p. 2253

Let AB, CD, be two ſtraight Rulars joyned at B, and there making a right Angle. (Their length according to the largeneſs of the Figure you will deſcribe.) EF is another Rular ſomewhat longer than AB. Near the one end E, let a little *Truckle-wheel* (repreſented edge-wiſe by gh, and made of a thin Plate of Braſs or Iron) be faſtned to the Rular by a Pin (i) thorow its Center, ſo that the Wheel may turn about upon the Pin (i) tight to the Rular without joggling. Fig. 5. Plate I.

On

On the under ſide of this Rular (the ſide from the Eye in the Scheme) let there be pinn'd or glewed a little piece of Wood (in the form of a Quadrant, the part which is ſeen being mark'd kl) whoſe edge (or limb) kl, is an arch of a Circle of Center (i) and *Radius* ih (the ſame with the little Wheel.) The deſign of this piece of Wood is, that in the ſeveral Poſitions of the Rular EF, the circular Limb kl always touching and ſliding by the edge of the Rular AB, the Center of the Wheel may be always in a line (im) parallel to the Rular AB.

In the Rular CD make $MB = ih$ or ik, and at M faſten a little Pin, and another to the Rular EF near the Wheel, as at p. To theſe two Pins let be faſten'd the two ends of a String MR, ſo that its whole length (from Pin to Pin) $+ pi$, be equal to the intended Axis of the Curve TW.

The Inſtrument being thus prepar'd, let a ſtrong Rular SO, be faſtned (or held faſt) upon the Paper or Plain that the Curve is to be drawn upon. Lay the Rular EF from M towards A, and parallel to AB, ſo that the String lye all ſtraight along the edge of the Rular EF, from M to p, the point Sk of the Quadrantal piece of Wood reſting upon the edge of the Rular AB. Then with a ſmall Pin at M, keeping the String cloſe to the edge of the Rular EF, and with your other hand upon the end E, keeping the Wheel tight to the Paper or Plain, move the Pin, String and Rular EF from M towards O, the Rular CD ſliding along by the faſtned Rular SO in a right line, the Wheel gh will by its motion deſcribe the deſired Curve TV.

Note, The Semi-diameter of the little Wheel muſt be about the Sum of the thickneſſes of the two Rulars EF and AB, that it may touch the Paper. Alſo it will be convenient that its edge be thin, and a little rough, that it may not ſlide flat-ways, and that it may leave a viſible impreſſion.

From this Conſtruction the following Properties are demonſtrable.

I. It is evident from the Conſtruction, that the *Sum of the Tangent and Subtangent*, is every where equal to the ſame given Line $= MR + Ri = TW$.) for the String (firſt ſtraight at TW, afterwards making an Angle at R) being every where the ſame, the Line Ri (or $Rp + pi$) is always the Tangent, and the Remainder RM the Subtangent; rhe Contact of the Wheel with the Plain, being the point of the Curve to which they belong.

II. It hence follows, that any aſſignable part of the Curve is *Rectifiable*, or equal to any aſſignable ſtraight Line. Let FAE be a part of the Curve, its Vertex F. HDd is the Line deſcribed by the motion of the Pin R, and may be ſhewn to be Aſymptote to the Curve. FH a perpendicular to HD. Let A be a given point in the Curve, AD the Tangent, and BD the Subtangent to the ſame point A. Let a be another point in the Curve infinitely near to A, to which let ad be the Tangent, and bd the Subtangent. Draw AG, ag perpendicular to FH; and AB, ab, perpendicular to HD. By the Conſtruction $AD + DB =$

$ad +$

$ad + db$. Let $a\delta$ be made equal to aD, and draw $D\delta$. Then because $ad + bd = AD + DB$, subtract bD and aD (or $a\delta$) from both Sums (Equals from Equals) there remains $\delta d + dD = Aa + Bb$ (or Ca). AaC, $Dd\delta$ are like Triangles (or differing infinitely little from such) therefore $Ca\ (Bb) : Aa :: \delta d : Dd$, and compounding $Bb + Aa : Aa :: \delta d + Dd : Dd$. Alternating $Bb + Aa : \delta d + Dd :: Aa : Dd$. But $Bb + Aa = \delta d + Dd$ (as is shewn above) therefore $Aa = Dd$. Aa is the fluxional Particle of the Curve FA, and Dd is the fluxional Particle of the Line HD: These Fluxions or Augments, being equal, their flowing quantities beginning together, are themselves therefore equal, *viz.* $FA = HD$.

Let $FG = x$. $GA\ (= HB) = y$. $AD = t$. $BD = S$. So is the Curve $FA = HD = y + S$: that is, *the Curve from the Vertex to any given point therein, is equal to the Sum of its Ordinate, and Subtangent to the same point which is its second Property.*

III. The next Property (and whereupon I call it the *Hyperbolic Quadratrix)* is this, let FAE be a part of the Curve, (&c. as before) $FIKH$ is a Square upon the Line FH. λIL is an Equilater Hyperbola whose Vertex is I, its Asymptotes HO, HR, its Ax $HI\mu$. From a given point L in the Hyperbola, (below its Vertex I) draw LA parallel to the Asymptote RH, intersecting the Diagonal IH in M, FH in G, and touching the Quadratrix in A. I say, that the Hyperbolic Area ILM is equal to a Rectangle, whose sides are the *Ordinate* GA, and twice FH, the Ax to the Quadratrix, that is, Trilin. $ILM = 2FH \times GA$. Fig. 6. Plate 1.

Let $FH = a$, $FG = x$, $GA = y$. Because of the Hyperbola $GL \times GH\ (LS) = FHq$, therefore $GL = \frac{FHq}{GH}$; and $LM = \frac{FHq}{GH} - GH\ (MG)$ that is, $LM = \frac{aa}{a-x} - a + x = \frac{2ax - xx}{a - x}$, and consequently the fluxion of the Area $ILM = \frac{2ax - xx}{a - x}\dot{x}$.

In the Rectangle triangle ADB, $AB = a - x$, $BD = S$, $AD = t = a - S$; then is $ADq = ABq + BDq$: or $aa - 2aS + SS = aa - 2ax + xx + SS$, which being reduced, gives $S = \frac{2ax - xx}{2a}$.

Let la be a right line supposed infinitely near and parallel to LA, and intersecting AB in C. Because of like triangles ACa, ABD; $AB : BD :: AC : Ca$ that is $a - x : S\ (= \frac{2ax - xx}{2a}) :: \dot{x} : \dot{y}$. therefore $\dot{y} = \frac{2ax - xx}{2aa - 2ax}\dot{x}$. Multiply each by $2a$, and 'tis $2a\dot{y} = \frac{2ax - xx}{a - x}\dot{x}$. The *Flowing quantity* of $2a\dot{y}$ is $2ay$ and the *flowing quantity* of $\frac{2ax - xx}{ax}\dot{x}$ is the Hyperbolic Area ILM (as is shewn before.) These two Area's beginning together at F and I, and having every where equal

equal *Fluxions*, or Augments, are therefore themſelves every where equal.

N. The Quadrature of the Trilinear Figure *ILM* being thus found, any other Area bounded with the Curve Line *IL*, and any other Right Lines, is alſo given.

IV. Suppoſing the ſame things as in the precedent Propoſition, I ſay, that the Area of the Quadratrix *FabHF* is equal to half the ſquare of *Fg*, wanting the Cube of *Fg* divided by ſix *FH*, or $FabHF = \frac{xx}{2} - \frac{xxx}{6a}$. The Fluxion of this Area is the Rectangle $CabB = \overline{a-x} \times \dot{y} = \overline{a-x} \times \frac{2ax - xx}{2aa - 2ax}\dot{x} = x\dot{x} - \frac{xx}{2a}\dot{x}$. The flowing quantity of $x\dot{x}$ is $\frac{1}{2}xx$: And the flowing quantity of $-\frac{xx}{2a}\dot{x}$ is $-\frac{xxx}{6a}$ [as is eaſily ſhewn by bringing back theſe flowing quantities to their reſpective Fluxions.] And hence alſo it follows, that the whole Area continued on infinitely towards *E*, *is one third of the Square FIKH*; or $\frac{1}{3}aa$. For ſuppoſing $x = a$ the Area above becomes $\frac{aa}{2} - \frac{aa}{6} = \frac{aa}{3}$.

V. Suppoſing ſtill the ſame things, I ſay that the Solid made by the converſion of the Area *FabHF* about the Line *Hb* as an Axis, is equal to a Cylinder whoſe Radius is $FH = a$, and height equal to $\frac{xx}{2a} - \frac{x^3}{2aa} + \frac{x^4}{8a^3}$. And the whole Solid made by converſion of the whole Figure infinitely continued, is equal to an eighth part of a Cylinder, whoſe Radius and Height are each equal to *FH* or *a*.

Let $\frac{P}{D}$ expreſs the Proportion of the Periphery and Diameter of a Circle. Then is $\frac{P}{D}\,ab$ quad. the Area of a Circle whoſe Radius is *ab*.

And becauſe $Ca = \dot{y} = \frac{\frac{-xx}{2a}}{a-x}\dot{x}$ the fluxion of the Solid is $\frac{P}{D}\,ab^2 \times \frac{x - \frac{xx}{2a}}{a-x}\dot{x}$, or $\frac{P}{D}\,\overline{a-x}^2 \times \frac{x - \frac{xx}{2a}}{a-x}\dot{x} = \frac{P}{D}\,\overline{ax - \frac{3}{2}xx + \frac{x^3}{2a}} \times \dot{x}$ whoſe flowing quantity is $\frac{P}{D} - \frac{axx - xxx}{2} + \frac{x^4}{8a}$. Which Solid being divided by $\frac{P}{D}\,aa$ (the Area of a Circle whoſe Radius is *a*) gives

xx

$\frac{xx}{2a} - \frac{xxx}{2aa} + \frac{x^4}{8aa}$ for the height of a Cylinder on the ſaid circular Baſe, and equal to the Solid made by converſion of the Area $FabHF$ about the Line Hb as an Axis. When $x = a$ (that is when the whole Figure is turn'd about its Aſymptote) the height $\frac{xx}{2a} - \frac{x^3}{2aa} + \frac{x^4}{8a^3}$ becomes $\frac{1}{8}a$.

VI. The Curve ſurface of the Solid generated by the Converſion of the Figure $FabHF$ about HB, is equal to the Curve ſurface of a Cylinder, whoſe Radius is a, and height equal to $\frac{x}{2} - \frac{xx}{4a} + \frac{xxx}{12aa}$. And the whole Curve Surface of the Solid infinitely continued, is equal to *one third part of the Curve Surface of a Cylinder whoſe Radius and Height are equal to* FH *or* a. Which may be demonſtrated after the manner of the precedent Propoſition.

VII. The Radius of the Curvature of any Particle of the Quadratrix is $\frac{tt}{a-x}$. and this found Geometrically. FAE is the *Quadratrix*, HD the Aſymptote, AD the Tangent, BD the Subtangent to a given point A. Make $BV = AD$. Upon V raiſe the perpendicular VW, from A draw AW perpendicular to the Tangent AD, till it meet VW in W. So is AW the Radius of the Curvature at A. *Fig. 7. Plate I.*

VIII. This Curve may be continued on infinitely above the point F (but by a different and more operoſe way of Conſtruction) whoſe Properties will be theſe, 1. The *Difference* of its Tangent and Subtangent (taking the Subtangent in the Line HS) will be always equal to the ſame given Line FH or a. That is, as $t + s = a$, below F, ſo $t - s = a$ above F. 2. As below F the Curve Line is equal to the *Sum* of its Ordinate and Subtangent, ſo above, it is equal to their *Difference* or $S - y$. 3. As below F, $2ay = ILM$, ſo above, $2ay = I\lambda\mu$. All which (and its other Properties) may be demonſtrated as the Precedent, *mutatis mutandis.*

IX. With a little variation in the precedent Conſtruction may the *Logarithmick Curve* be conſtructed, which is alſo a *Quadratrix* to the Hyperbola. Omitting the String MRP, let the diſtance MR be equal to the *Subtangent* of the intended Logarithmick Curve (which, as 'tis known, is invariable.) Stick a Pin at R in the Ruler CD, to which apply the Ruler EF, ſo that the edge of the little Quadrant kl, reſting upon the Ruler AB, the diſtance Mi be equal to MR. Then keeping the Ruler EF tight to the Pin R and Ruler AB, ſlide the Ruler CD along in a ſtraight Line (by the Ruler or Line SO.) So will the Wheel gh deſcribe a part of the Logarithmick Curve TV, whoſe *Subtangent* is every where MR.

X. Let FAE repreſent the *Logarithmick Curve*, whoſe Subtangent is equal to FH. $LI\lambda$ is an Equilater Hyperbola (*&c.* as before § III.) Let $FG = x$, $Ga = y$. $FH (= BD) = a$. $GH (= LS) = a - x$. $AC = \dot{x}$, $Ca = \dot{y}$. Then $AC : Ca :: AB : BD$, that is $\dot{x} : \dot{y} :: a - x : a :: a : \frac{aa}{a-x}$, therefore $a\dot{y} = \frac{aa}{a-x}\dot{x}$. The *Flowing quantity* of $a\dot{y}$ is ay; and the *Flowing quantity* of $\frac{aa}{a-x}\dot{x}$ is the Hyperbolick Area $FILG$ (for by the nature of the Hyperbola $GL = \frac{aa}{a-x}$) therefore is the Hyperbolick Area $FILG$ equal to ay, a Rectangle whoſe ſides are the Subtangent ($BD = FH$) and Ordinate GA (as here accounted) of a Logarithmick Curve.

Of the Length of Curve Lines. by Mr. Jo. Craig. n. 314. *p.* 64.

VI. Lemma. *Duorum Quadratorum ſummam in alia duo Quadrata dividere.*

Sint dz^2, ds^2, duo Quadrata data, quorum ſumma $dz^2 + ds^2$ dividenda eſt in alia duo Quadrata dx^2, dy^2; ſintque m & n duo quilibet numeri ad arbitrium ſumendi. Jam ex conditione Problematis eſt $dx^2 + dy^2 = dz^2 + ds^2$, unde (ut ex Diophanto conſtat) erit $dx = \frac{\overline{mm - nn} \times dz + 2mnds}{mm + nn}$, $dy = \frac{\overline{nn - mm} \times ds + 2mndz}{mm + nn}$. *Q. E. I.*

Problema. *Curvas innumeras invenire, quæ ſint ejuſdem Longitudinis cum Curva quavis propoſita, ſive Algebraica ſive Tranſcendente.*

Deſignent z, s Coordinatas Curvæ propoſitæ; & x, y Coordinatas Curvæ quæſitæ, quæ ejuſdem ſit longitudinis cum propoſita; Unde ex Curvarum Elementis $dx^2 + dy^2 = dz^2 + ds^2$, Ideoque per Lemma præcedens

$$dx = \frac{\overline{mm - nn} \times dz + 2mnds}{mm + nn},$$

$$dy = \frac{\overline{nn - mm} \times ds + 2mndz}{mm + nn};$$

Quarum integrales ſunt

$$x = \frac{\overline{m^2 - n^2} \times z + 2mns}{mm + nn},$$

$$y = \frac{\overline{n^2 - m^2} \times s + 2mnz}{mm + nn}.$$

Et ſic innoteſcunt Coordinatæ x, y unius ex Curvis quæſitis; ſimiliter ex hac una invenietur ſecunda, ex ſecunda tertia, & ſic porro innumeræ invenientur. *Q. E. I.*

VII. I

Description and Quadrature of a Curve of the Third Order, com. by Mr. de Moivre, *n.* 345. *p.* 329. *Fig.* 8.

VII. I have look'd a little farther into that Curve which fell lately under my consideration. It is not the *Foliate* as I did at first imagine, but I believe it ought not to make a *Species* distinct from it. AEB is the Curve I thus describe. Let AB and BK be perpendicular to each other. From the point A draw AR cutting BK in R, and make $RE = BR$, the point E belongs to the Curve. Draw BC making an Angle of 45 *grad.* with AB, this Line BC touches the Curve in B; from the point E draw ED perpendicular to BC, and calling BD, x; DE, y; AB, a; and making $\sqrt{8aa} = n$, the Equation belonging to that Curve is $x^3 + xxy + xyy + y^3 = nxy$ or $\frac{x^4 - y^4}{x - y} = nxy$. Taking $BG = AB$, and drawing GP perpendicular to BG, PG is an *Asymptote*. In the *Foliate* the Equation is $x^3 + y^3 = \frac{1}{2}nxy$, in which the two Terms $xxy + xyy$ of the former Equation are wanting; and its *Asymptote* is distant from B by $\frac{1}{2}BA$. Again draw EF perpendicular to AB: let BF be called z, and FE, v; the Equation belonging to the Curve AEB is $vv = \frac{azz - z^3}{a + z}$. In the *Foliate* the Equation is $vv = \frac{azz - z^3}{a + 3z}$. From these two last Equations it seems that these Curves differ no more from one another than the *Circle* from the *Ellipsis*.

The Quadrature of the Curve here described hath something of Simplicity with which I was well pleased. With the Radius BA and Center B describe a Circle AKG, let the Square $HPST$ circumscribe it, so that HP be parallel to AG · prolong FE till it meet the Circumference of the Circle in M, and through M draw LMQ parallel to HP. The Area BFE is equal to the Area $KHLM$, comprehended by KH, HL, LM and the Arc KM. And the Area Bfe is equal to the Area $KmLH$ or $KMPQ$. Therefore if BF and Bf are equal, the two Areas BFE, Bfe taken together are equal to the Rectangle HQ, and therefore the whole Space comprehended by $BEAXBeYGZ$ supposing T and Z to be at an infinite Distance) is equal to the circumscribed Square HS.

'*N.B.* This Quadrature is easily demonstrated from the Equation: for 'by it $a + z : a - z :: zz : vv$, that is $AF : EF :: MF : FB$, and so φF 'the *Fluxion* of AF to Ll the *Fluxion* of MF. Hence the *Areola* $EF\varphi e$ 'will be always equal to the *Areola* $MLl\mu$, and therefore the Area 'AEF always equal to the Area MAL.

'Hence it appears that this Curve requires the Quadrature of the Circle to square it; whereas the *Foliate* is exactly quadrable, the whole '*Leaf* thereof being but one third of the Square of AB, which in this is 'above three sevenths of the same. Again in our Curve, the greatest 'Breadth is when the Point F divides the Line AB in extreme and mean 'Proportion, whereas in the *Foliate* it is when AB is triple in power to 'BF.

'*BF.* And the greateſt *EF* or Ordinate in the *Foliate* is to that of our
'Curve nearly as 3 to 4, or exactly as $\sqrt{\frac{2}{3}\sqrt{\frac{1}{3}}-\frac{1}{3}}$ to $\sqrt{5\sqrt{\frac{5}{4}}-5\frac{1}{2}}$.

But ſtill theſe Differences are not enough to make them two diſtinct Species, they being both defin'd by a like Equation, if the Aſymptote *SGP* be taken for the Diameter. And they are both comprehended under the 40*th* kind of Curves of the 3*d* Order, as they ſtand enumerated by Sir *Iſaac Newton* in his incomparable Treatiſe on that Subject.

The Construction and Meaſure of Curves, by Mr. Maclaurin, *n.* 356. *p.* 803.

VIII. § 1. Sint L & l puncta quamproxima in Curva BlL; ſit lo arcus centro S deſcriptus perpendicularis in SL; & erit Ll ut momentum Curvæ & Lo momentum Radii SL: Ac ſi detur ratio Ll ad Lo, vel ad lo in diſtantia SL, dabitur æquatio Curvæ ad centrum S. Sint LP, lp Tangentes Curvæ in punctis L & l, in quas ex S demittantur normales SP, Sp iis occurrentes in punctis P & p; ſimiliter in omnes Curvæ Tangentes demittantur perpendiculares ex dato puncto S, & conſtruetur Curva tranſiens per omnes Tangentium & perpendiculorum interſectiones. Hujus triangulum elementare Pnp ſimile erit triangulo Lol, quæ proinde dabitur ex data Curva BlL. Quippe ob æquales Snp, PnL, & rectos Spn, SPL æquiangula erunt triangula Spn, PnL, & proinde $Pn : pn :: Ln : Sn :: Lo : lo$, adeoque ob angulos Pnp, SnL, Lol æquales, erunt triangula Pnp, SnL, Lol ſimilia. Cum igitur eadem ſit ratio Ll ad lo quæ Pp ad pn, & SL ad SP, manifeſtum eſt data ratione Ll ad lo, & recta SL, dari rationem Pp ad pn & rectam SP, adeoque Curvam DPp. Eadem ratione ex DP conſtrui poteſt Tertia, & ex ea dein Quarta, & progrediendo prodibit ſeries Curvarum infinita, quæ omnes ex uno dato innoteſcunt. Quod ſi erigantur LN & ln perpendiculares in radios SL, Sl, ſibi mutuo occurrentes in n; & per omnia ſimiliter definita perpendicularium concurſuum puncta deſcribatur Curva EN: ea ipſa erit Curva ex qua deduci poteſt BL, eadem ratione qua conſtruximus DP ex BL. Ex EN ſimiliter conſtrui poteſt alia Curva, atque ex hac quoque parte Series infinita Curvarum conſtrui poterit.

Fig. 9.

§ 2. Curvarum vero hac ratione conſideratarum ſimpliciſſimæ ſunt quarum Ll eſt ad Lo in ratione poteſtatis alicujus Radii, ita ut, ſi a ſit data quantitas, r denotet Radium Curvæ, n numerum quemcunque, ſit Ll ad lo ut a^n ad r^n æquatio earum generalis. Omnes vero hæ Apſidem habent cum $r=a$, quoniam in eo caſu $Ll=lo$. Ut inveſtigem æquationem Curvæ DP, cum in BL eſt ut Ll ad lo ita a^n ad r^n, ita r ad $SP = \frac{r^{n+1}}{a^n}$, ita $a^{\frac{n}{n+1}} \times SP^{\frac{1}{n+1}}$ ad SP, ita $a^{\frac{n}{n+1}}$ ad $SP^{\frac{n}{n+1}}$, ita Pp ad pn. Proinde ſi $\dot{z}$ repreſentet momentum Curvæ, $\dot{y}$ arcum circularem radio deſcriptum a centro S, & r radium correſpondentem, quæcunque ſit Curva cujus Æquatio inveſtigatur, erit Æquatio Curvæ BL, $\dot{z} : \dot{y} :: a^n : r^n$; Æquatio vero Curvæ DP, $\dot{z} : \dot{y} :: a^{\frac{n}{n+1}} : r^{\frac{n}{n+1}}$. Angulus autem PSp erit

ad

ad Angulum LSl ut $\frac{pn}{SP}$ ad $\frac{lo}{SL}$, sive ut $\frac{Pn}{SP}$ ad $\frac{Lo}{SL}$, vel (si SP dicatur x, & SL, r) ut $\frac{\dot{x}}{x}$ ad $\frac{\dot{r}}{r}$, hoc est, (ob $x = \frac{r^{n+1}}{a^n}$) ut $\frac{n+1}{r}\dot{r}$ ad $\frac{\dot{r}}{r}$, sive ut $n+1$ ad 1. Hinc BSP est ad BSL ut $n+1$ ad 1; unde facilius absque Tangentium ope duci potest Curva BP. Si sumatur angulus BSP ad BSL in ratione $n+1$ ad 1, & in SP demittatur perpendicularis ex L, erit occursus perpendiculi cum SP, in Curva BP prius Tangentium ope descripta. *Fig.* 10.

§ 3. Ostendimus quo pacto ex una series Curvarum infinita deducitur; quo vero pacto singularum longitudines ex illius & unius alterius longitudinibus datis innotescant pergo demonstrare. Cum angulus $SPp = SLl$, atque LSl sit ad PSp ut 1 ad $n+1$, erit Ll ad Pp ut SL ad $\overline{n+1}\,SP$, sive (ob $SL : SP :: Ll : lo$) ut Ll ad $\overline{n+1}\,lo$, ac proinde $Pp = \overline{n+1}\,lo$: sed $lo = ln - on = ln - LN + Nn$; ergo $Pp = \overline{n+1} \times \overline{ln - LN + Nn}$. Sed $ln - LN$ est momentum rectæ LN normalis in SL, Pp momentum Curvæ BP, & Nn momentum Curvæ BN: Cumque BP, BN, BL simul evanescant in B, erunt in ratione momentorum, adeoque $BP = \overline{n+1} \times \overline{BN + \text{vel} - LN}$. Unde Curva BP est ad summam vel differentiam Curvæ penultimæ in Serie ejusque Tangentis ab intermedia interceptæ, ut $n+1$ ad 1; sive, si m sit Index æquationis Curvæ BP (quoniam $m = \frac{n}{n+1}$) ut 1 ad $1-m$. *Fig.* 10.

Hinc 1^mo^ in serie Curvarum infinita supra descripta, si dentur Longitudines duarum proximarum, dabuntur longitudines omnium; quippe mensura cujusvis pendet a mensura penultimæ semper in serie, & proinde unum par omnibus mensurandis sufficiet: Si una Curva sit rectis commensurabilis vel incommensurabilis, erit integræ seriei pars dimidia rectis commensurabilis vel incommensurabilis. Hinc 2^do^. Licet Curvæ BP & BN essent rectis incommensurabiles, differentia tamen Curvæ BP ab $n+1$ Curvæ BN esset æqualis assignabili rectæ. 3^tio^. Si Curva transit per S, recta LN evanescente in S, erit $BPS = \frac{BNS}{1-m}$.

§ 4. Curvarum de quibus egimus, quarum nimirum $\dot{s} : \dot{y} :: a^n : r^n$, maxime insignis est Circulus, existente S in circumferentia, cujus æquatio est $\dot{s} : \dot{y} :: a : r$, ut ex similitudine triangulorum Lol, BLS manifestum est, adeoque $n = 1$; & proinde $m = \frac{n}{n+1} = \frac{1}{2}$, & æquatio Curvæ BP erit $\dot{s} : \dot{y} :: a^{\frac{1}{2}} : r^{\frac{1}{2}}$, quæ ipsa est æquatio *Epicycloidis* revolutione Circuli super basim sibi æqualem revolventis descripti, ad punctum ubi punctum describens tangit basim, quæ D^no^ *Paschal* dicitur *la Limaçon de M. Roberval*, quamque *M. De la Hire* considerat ut *Conchoidem* Basis Circularis, in Actis Academiæ Parisiensis Anni 1708. Perpendiculares omnes LN, ln concurrunt in puncto B, adeoque $BN = 0$: unde $BP =$ *Fig.* 11.

$\frac{BN+NL}{1-m} = 2BL$: Hinc Curva tota $BPS = 2BS$, ac longitudo *Epicycloidis* ſemper dupla eſt chordæ arcus in circulo correſpondentis. 2^{do}. Ex *Epicycloide* deſcribatur Curva $B\pi S$, eadem ratione qua *Epicycloidem* ex Circulo deſcripſimus: In hoc caſu $n=\frac{1}{2}$, & $m = \frac{n}{n+1} = \frac{\frac{1}{2}}{\frac{1}{2}+1} = \frac{1}{3}$, ac proinde æquatio Curvæ $B\pi S$ erit $\dot{s} : \dot{y} :: a^{\frac{1}{3}} : r^{\frac{1}{3}}$. Longitudo Curvæ erit $\frac{BL+LP}{1-m} = \frac{3}{2}\,\overline{BL+LP} = \frac{3}{2}\,\overline{BL+LG}$, & proinde $B\pi$ eſt ſeſquiplus ſummæ Arcus circularis ejuſque Sinus recti. Quod ſi ſumatur $CD = BD$, & radio SD centro S deſcribatur Circulus occurrens rectæ SP in H, & ſit HK perpendicularis in BS; quoniam $DH = \frac{3}{2}BL$, erit $B\pi = DH + HK$. Hinc arcus $B\pi$ neque ſunt rectis neque arcubus circularibus commenſurabiles, differentia tamen arcuum $B\pi$ & DH eſt recta HK. In puncto S evaneſcit LG, adeoque $B\pi S = \frac{3}{2}BLS$, unde tota Curva eſt ſeſcupla ſemicirculi. Nulla vero pars hujus Curvæ aſſignabilis commenſurari poteſt toti, nec integra Curva in data quavis ratione ſecabilis eſt, ita ut portiones rationem aſſignabilem habeant ad ſe mutuo aut ad totam. Si hæc curva in data aliqua ratione Geometrice ſecari poſſet, conſtaret Quadratura Circuli, nam ſi *e. gr.* eſſet $B\pi$ ad $B\pi S$ ut 1 ad m, & BL ad BLS ut 1 ad n, eſſet $B\pi = \frac{B\pi S}{m} = \frac{3BLS}{2m} = \frac{3nBL}{2m} = \frac{3}{2}\,\overline{BL+LG}$, unde eſſet $BL = \frac{mLG}{n-m}$ & $BLS = \frac{nm}{n-m}LG$. 3^{tio} Ex $B\pi S$ conſtruatur explicata methodo Curva BR, & quoniam $n=\frac{1}{3}$ erit $m = \frac{n}{n+1} = \frac{1}{4}$, atque æquatio Curvæ BR erit $\dot{s} : \dot{y} :: a^{\frac{1}{4}} : r^{\frac{1}{4}}$. Hinc longitudo Curvæ fiet $\frac{4}{3}\,\overline{2BL+P\pi}$, totalis vero Longitudo Curvæ $BRS = \frac{8}{3}$ diametri SB. Si harum Curvarum Conſtructiones continuentur, prodibit hujuſmodi ſeries Æquationum quæ facile producitur ad libitum.

Æquatio Circuli	1.	$\dot{s} : \dot{y} :: a : r$
Epicycloidis	2.	$\dot{s} : \dot{y} :: a^{\frac{1}{2}} : r^{\frac{1}{2}}$
Secundi	3.	$\dot{s} : \dot{y} :: a^{\frac{1}{3}} : r^{\frac{1}{3}}$
Tertii	4.	$\dot{s} : \dot{y} :: a^{\frac{1}{4}} : r^{\frac{1}{4}}$
Cujuſvis	n.	$\dot{s} : \dot{y} :: a^{\frac{1}{n}} : r^{\frac{1}{n}}$, &c.

Obſervare licet in genere, omnes quarum Indicum denominatores ſunt Numeri pares, perfectæ rectificationis eſſe capaces; cumque quævis ſit ad penultimam ut 1 ad $1-m$, perpendenti manifeſtum erit Curvæ cujuſvis longitudinem fore $= \frac{1}{1-m} \times \frac{1-2m}{1-3m} \times \frac{1-4m}{1-5m} \times \frac{1-6m}{1-7m}$, &c. $\times SB$

conti-

continuando seriem donec ad nihilum reducatur Fractio. Quod si Indicis denominator sit Numerus impar, Curvæ erunt perfectæ rectificationis incapaces, & earum arcus quicunque erunt sibi mutuo, ipsis totis, rectis quibusvis & arcubus Circularibus incommensurabiles: exprimi vero possunt omnes arcubus circularibus & rectis: At Curvæ cujusvis totalis Longitudo erit ad Semicirculum ut $\frac{1}{1-m} \times \frac{1-2m}{1-3m} \times \frac{1-4m}{1-5m}$, &c. ad unitatem. Denique si Areola a Corpore in harum quavis revolvente sumatur constans, hoc est si $r\dot{y} = 1$, subtensa anguli contactus, cui semper (ob datum data area tempus) proportionalis est *Vis Centripeta* tendens ad S, erit reciproce ut potestas distantiæ cujus Index est $2m+3$; atque hoc est non contemnendum harum Curvarum privilegium, quod in iis omnibus Vis centripeta tendens ad S sit ut aliqua reciproca distantiæ dignitas, quæ simplicissima est, & utilissima, in Naturæ indagine, Virium Centripetarum lex.

§ 5. Curvarum quarum $\dot{z} : \dot{y} :: a^n : r^n$ proxime consideranda venit (quæ Curva quidem improprie dicitur) ipsa Linea recta, existente S extra rectam. In hac linea, ob similia triangula Ppn, PBS erit (si $BS = a$ & $SP = r$) $\dot{z} : \dot{y} :: r : a$. Ex linea recta methodo directa nihil nisi punctum *Fig.* 12.
B construi potest, Methodo vero inversa, perpendicularium nimirum PL, pl concursu, construi potest Curva, cujus Index (si m sit Index Curvæ BP) æqualis erit $\frac{m}{1-m}$; nam si Index Curvæ BL sit n, erit $m = \frac{n}{n+1}$, ac proinde $n = \frac{m}{1-m}$. Unde in hoc casu, cum $m = -1$ erit $n = \frac{-1}{2}$, & æquatio Curvæ BL erit $\dot{z} : \dot{y} :: r^{\frac{1}{2}} : a^{\frac{1}{2}}$, quæ æquatio est Parabolæ ad Focum. Ex hac construe aliam, constituendo angulum $LSN = LSB$ & erigendo LN normalem in SL occurrentem ipsi SN in N. Quoniam vero $m = \frac{-1}{2}$ erit $n = \frac{-1}{3}$, & æquatio Curvæ $\dot{z} : \dot{y} :: r^{\frac{1}{3}} : a^{\frac{1}{3}}$ & $BP = \frac{BN-LN}{1-m} = \frac{1}{2}\overline{BN-LN}$, ergo $BN = 2BP + LN$; proinde hæc Curva est rectificabilis. Si Series continuetur, prodibunt ut prius æquationes in hoc ordine.

Æquatio	Rectæ	$\dot{z} : \dot{y} :: r : a$
	Parabolæ	$\dot{z} : \dot{y} :: r^{\frac{1}{2}} : a^{\frac{1}{2}}$
	Secundæ	$\dot{z} : \dot{y} :: r^{\frac{1}{3}} : a^{\frac{1}{3}}$
	Tertiæ	$\dot{z} : \dot{y} :: r^{\frac{1}{4}} : a^{\frac{1}{4}}$
	Cujusvis	$\dot{z} : \dot{y} :: r^{\frac{1}{n}} : a^{\frac{1}{n}}$

In hac Serie primæ ſunt Recta & Parabola, unde patet dimidiam hujus ſimiliter ac prioris Seriei eſſe rectis menſurabilem: alia vero dimidia pars in rectis & arcubus Parabolicis exhiberi poteſt. In his omnibus Vis centripeta ad S eſt reciproce ut poteſtas diſtantiæ cujus Index $3-2m$, ac proinde ſemper inter duplicatam & triplicatam rationem diſtantiæ reciproce.

§ 6. Æquatio Hyperbolæ æquilateræ ad centrum eſt $\dot{s} : \dot{y} :: r^2 : a^2$, ex qua deducitur methodo directa Series hujuſmodi,

$$1.\ \dot{s} : \dot{y} :: r^2 : a^2$$
$$2.\ \dot{s} : \dot{y} :: a^2 : r^2$$
$$3.\ \dot{s} : \dot{y} :: a^{\frac{2}{3}} : r^{\frac{2}{3}}$$
$$4.\ \dot{s} : \dot{y} :: a^{\frac{2}{5}} : r^{\frac{2}{5}}$$
$$5.\ \dot{s} : \dot{y} :: a^{\frac{2}{2n-1}} : r^{\frac{2}{2n-1}}$$

Ex his Curvæ, quarum Indicum denominatores ſunt in progreſſione $-1, 3, 7, 11,$ &c. exhiberi poſſunt in rectis & arcubus Hyperbolicis; reliquæ vero in rectis & arcubus Curvæ, cujus æquatio ad axem SB (ſi x Fig. 11. ſit abſciſſa, y vero Ordinata) eſt $\overline{xx+yy}|^2 = a^2x^2 - a^2y^2$, quæque conſtruitur biſecando angulum BSL & ſumendo SN mediam proportionalem inter SB & SL.

Curvæ quæ ex Hyperbola methodo inverſa conſtrui poſſunt progrediuntur in hac Serie,

$$\text{Hyperbolæ } 1.\ \dot{s} : \dot{y} :: r^2 : a^2$$
$$2.\ \dot{s} : \dot{y} :: r^{\frac{2}{3}} : a^{\frac{2}{3}}$$
$$3.\ \dot{s} : \dot{y} :: r^{\frac{2}{5}} : a^{\frac{2}{5}},\ \&c.$$

Ubi Curvæ quarum Indicum denominatores ſunt in progreſſione 1, 5, 9, 13, &c. exprimi poſſunt in rectis & arcubus Hyperbolicis; reliquæ vero in rectis & arcubus Curvæ modo explicatæ.

Si aliæ Curvæ deſiderentur quæ alias exhiberent Series, id facillime fieri poteſt ope vel Circuli vel Rectæ: quippe ex earum aliqua omnes, in quibus $\dot{s} : \dot{y} :: a^n : r^n$, conſtrui poſſunt; ſumendo, ſi ope Circuli Problema Fig. 13. ſit ſolvendum, BSR ad BSL ut 1 ad n, & SN in ipſa $SR = a^{\frac{n-1}{n}} \times SL^{\frac{1}{m}}$; quippe Curvæ per omnia puncta N ductæ æquatio erit $\dot{s} : \dot{y} :: a^n : r^n$. Similiter ope Rectæ conſtrui poſſunt quarum æquatio eſt $\dot{s} : \dot{y} :: r^n : a^n$.

Duas exhibuimus Series infinitas Curvarum rectis commenſurabilium; aliam arcubus circularibus, aliam Parabolicis, aliam Hyperbolicis una cum rectis menſurabiles demonſtravimus; eæ vero ad rectarum menſuram arte ſola infinita reduci poſſe videntur, ſicut æquatione ſola infinita in rectis exprimuntur.

IX. Inter

IX. Inter innumera sublimiaque Magni *Newtoni* inventa, quibus Geometria amplissime ditata in immensam excrevit luculentissimæ Cognitionis molem, Constructionem exhibuit Curvarum Mechanicam, post Enumerationem Linearum Tertii Ordinis, ad finem *Opticæ* editam, arduo summi Viri ingenio dignam; qua simpliciorem & simul adeo Universalem aliam exhibuit Nemo. Methodum vero suam ad Curvas Tertii Ordinis puncto duplice carentes, aut eas altioris Ordinis puncto multiplice destitutas, non extendit; earumque descriptionem Problematibus Geometriæ difficilioribus annumerandam pronuntiat. Atque hinc in spem venio Methodum sequentem, qua Curvæ Geometricæ cujuscunque Ordinis, licet puncto duplice aut multiplice quovis destitutæ, construuntur, non fore Geometris ingratam.

To describe all sorts of Curves mechanically with the help only of Angles and right Lines, by the same, n. 359. p. 939.

1. Lineæ primi Ordinis ipsæ sunt Rectæ; quæ in uno solo puncto sibi mutuo occurrere possunt. Lineæ secundi Ordinis sunt Sectiones Conicæ, quæ in pluribus punctis quam duobus a recta quavis secari non possunt. Eæ vero omnes secundum Lemma 21. Lib. I. *Princip.* D. *Newtoni* sic construi possunt, Circa data duo puncta C & S moveantur Anguli dati MCR, LSN; ita ut Crurum CM SL concursus semper ducatur per rectam indefinitam positione datam AE; tunc crurum aliorum CR & SN concursus in P describet Lineam secundi Ordinis seu Sectionem Conicam. *Fig.* 14.

2. Moveatur ut prius Angulus MCR circa datum punctum C; Angulus vero datus LNQ semper percurrat Angulari suo puncto N rectam datam AE, ita ut crus NQ semper transeat per datum punctum S. 1. Si concursus crurum CR & SN, tum punctum Q ducatur per rectam infinitam AB, concursus crurum CM & NL describet Curvam lineam Tertii Ordinis punctum duplex habentem in C. 2. Reliquis manentibus, si crurum CM & NL concursus ducatur per rectam indefinitam AB: concursus crurum CR & SN in P describet Curvam Tertii Ordinis punctum duplex habentem in S. *Fig.* 15. *Fig.* 16.

Exemplum Casus 1. Sint anguli MCR, LNS recti, & AE, DB, CS parallelæ; sint quoque SA & SD normales respective in rectas AE & DB; sitque $SD = 2SA$. Hisce positis, si SD sit minor recta CS, Curva secundum regulam Casus primi descripta, erit Parabola Nodata cum Ovali, Speciei 68*væ* Curvarum D. *Newtoni*: Quod si $SD = CS$, Ovalis evanescit & nodus evadit Cuspis, atque Curva descripta erit Parabola *Neiliana* seu semicubica; Si vero sit SD major quam CS, erit Curva Parabola punctata Campaniformis Speciei 69*næ*. *Fig.* 17.

3. Moveantur Anguli dati RMT, KNL, ita ut puncta M & N percurrant rectas indefinitas BM, DN respective; & crura RM, KN semper transeant per data puncta C & S. Si primo Crurum MT & NL concursus Q ducatur per rectam indefinitam AQ; tunc concursus crurum MR & NR in P describet lineam Quarti Ordinis puncta duo duplicia habentem, alterum in C, alterum vero in S. Sed secundo si crurum MR & NK concursus ducatur per rectam indefinitam AQ; tunc concursus cru- *Fig.* 18. *Fig.* 19.

rum MT & NL deſcribet Lineam Quarti Ordinis puncto duplice carentem.

4. Quod ſi in primo caſu hujus Conſtructionis rectæ CMR, SNK, una coincidant cum CS; tunc puncta C & S evadunt ſimplicia, & Curva erit Tertii Ordinis abſque puncto duplice. *Exemplum.* Sint rectæ BM, AQ, DN, ſibi mutuo parallelæ atque omnes perpendiculares in CS. Sint quoque Anguli RMT, KNL recti, & ſi ſecundum regulam primi Caſus deſcribatur Curva, Crura CMR, SNK una coincident cum CS; & hac conſtructione deſcribi poſſunt Curvæ D. *Newtoni* 10, 11, 20, 21, 40, ſecundum varias poſitiones punctorum C & S reſpectu trium rectarum BM, AQ, DN; Omnes vero hæ Species puncto duplice carent.

Fig. 18.

Fig. 20.

5. Lineæ vero Quarti Ordinis quæ punctum triplex habent ſic conſtrui poſſunt. Sint tres rectæ AQ, BN, DM poſitione datæ; ſint etiam Anguli QCT, SNM & NML dati & invariabiles; percurrant puncta N & M rectas BN & DM, ita ut crus NQ ſemper tranſeat per datum punctum S: Revolvatur QCT circa C ita ut concurſus crurum CK, SN percurrat tertiam rectam AQ; tunc concurſus crurum CT, ML deſcribet Lineam Quarti ordinis punctum triplex habentem in C.

Fig. 21.

6. Oſtendi quo pacto Lineæ Quarti Ordinis deſcribi poſſunt, quæ punctum triplex habent aut duo duplicia; Aliæ quæ unicum habent punctum duplex ſic commode deſcribuntur. Sint tres rectæ ut prius poſitione datæ, AQ, BN, DM, dentur etiam Anguli SNK, SML, RCT; ſint puncta N, M & S ſemper in eadem recta linea; Moveantur puncta N & M ut prius per rectas BN, DM; Si concurſus crurum CR, NK ducatur per rectam indefinitam AQ, tunc concurſus crurum CT, ML deſcribet Lineam Quarti Ordinis habentem punctum duplex unicum in C. Hæ vero duæ ultimæ Propoſitiones novas Methodus ſuppeditant lineas Tertii Ordinis deſcribendi, tum quæ puncta duplicia habent, tum quæ iis deſtituuntur; Eæ vero in brevi hoc Methodus noſtræ ſpecimine ſunt omittendæ.

Fig. 22.

7. Maneant Anguli atque rectæ ut in *Prop.* III. Concurſus vero nunc rectarum MT, NK ducatur per indefinitam rectam AQ; & Concurſus crurum MR & NL deſcribet Lineam Quinti Ordinis punctum qnadruplex habentem in S. Habeo etiam alias Methodus curvas deſcribendi Quinti Ordinis, quæ punctum habent triplex, duplex, aut duo duplicia, vel nulla niſi puncta ſimplicia; ſed hæc ſufficiant ad ſimplicitatem & univerſalitatem Methodus demonſtrandam. Notandum vero in ſpecialibus ſimplicioribus Angulorum & Rectarum circumſtantiis, Lineam aliquando migrare in Curvam ordinis inferioris quam in *Prop.* explicatur; Imo ſingulæ Propoſitiones Methodus ſuppeditant particulares, curvas aliqnas ordinis cujuſcunque inferioris deſcribendi.

Fig. 23.

8. *Propoſitio Generalis.* Sumantur ad libitum Rectæ in eodem plano ubicunque poſitæ, quarum ſit numerus (n) ut BN, ER, FT. Sumantur etiam ad libitum aliæ rectæ ut DM, GL, & HK &c. quarum ſit numerus (m). Sint Anguli CNR, NRT, RTQ, &c. atque anguli SML, MLK, LKQ, &c. invariati, dum puncta angularia N, R, T, M, L, K, per-

Fig. 24.

percurrant rectas indefinitas BN, ER, FT, DM, GL, HK; Ducatur concursus crurum TQ & KQ per rectam indefinitam AQ; Invenire ordinem curvæ quam concursus cruris SM cum aliqua rectarum CN, NR, RT, TQ, &c. *ex. gr.* cum RT, perpetuo tanget.

In Serie rectarum CN, NR, RT, TQ, &c. denotet s numerum rectæ RT, cujus concursu cum SM Curva est describenda, a CN inclusive; qui in hoc casu est ternarius: erit Curva ordinis quem exprimit numerus $sm+s+m+1$; unde in Casu quem Figura designat, cum $s=m=n=3$, erit Curva ordinis $16^{tæ}$.

In his descriptionibus Rectas solummodo atque Angulos dari postulavimus: Sed facilius sæpe simpliciorum Curvarum ope complexiores describuntur; atque Propositiones his non minus Universales huic pertinentes investigavi: Eas vero cum harum demonstrationibus utpote prolixis impræsentiarum omitto; easdem postea publici juris facturus.

X. 1. *Invenire Curvam quam Corpus descendens brevissimo tempore describeret; urgente Vi Centripeta ad datum punctum tendente, quæ crescat vel decrescat juxta quamvis Potentiam distantiæ a Centro; dato nempe imo Curvæ puncto & altitudine in principio Casus.* *The Curve of quickest Descent, by Mr. Machin, n. 358. p. 860.*

Sit centrum Virium C, quo centro ad distantiam CB æqualem altitudini unde Corpus casurum est, describatur Circulus BEG, & fiat angulus BCG rectus. Ponatur A punctum Curvæ infimum, ubi axi CB occurrit ad datam distantiam CA. Oportet invenire punctum Q, ubi Curva celerrimi descensus EQA occurrit circulo QF, ad datam aliam distantiam CF. Problema hoc duos habet Casus, quorum alter pendet ab Hyperbola & Circulo, alter ab Ellipsi & Circulo. *Fig. 25.*

Cas. 1. Si fuerit Vis centripeta reciproce ut distantia a Centro. Sit KLM Hyperbola quævis rectangula centro C & Asymptoto CB descripta, quæ occurrat normalibus BK, AM, super ipsam BC ad puncta B, A erectis, in K & M; ordinatæ vero cuilibet intermediæ FL ad punctum F erectæ, in L. Fiat CD ad CG ut $\sqrt{AFLM}$ ad $\sqrt{ABKM}$, & sit DH normalis super CG: dein capiatur Sector RCB ad Aream $HDCB$ ut data Area Hyperbolica $ABKM$ ad datum Rectangulum $CA \times AM$. Tum recta RC occurret circulo FQ in puncto Q, quod quidem est ad Curvam celerrimi descensus EQA.

Habebitur autem punctum E, a quo inciperet Corporis casus, capiendo Sectorem BCE ad Aream Quadrantis BCG, in eadem ratione Areæ Hyperbolicæ $ABKM$ ad rectangulum sub CA & AM contentum.

Coroll. Hinc si recta RC, circa centrum C revoluta, faciat Sectores RCB proportionales Areis $HDCB$, in quibus quadrata Basium CD sumuntur in progressione Arithmetica: tum rectæ CR intersecabunt Curvam EQA ad distantias a centro CQ, quæ decrescant in progressione Geometrica.

Cas. 2. Si vero Vis centripeta fuerit reciproce ut alia quævis Potestas distantiæ a centro; sit $n+1$ Index istius Potestatis (ubi n potest esse Numerus quilibet integer vel fractus, affirmativus vel negativus) sitque $H=CB$ altitudo maxima Curvæ quæsitæ EQA, $b=CA$ altitudo minima ejusdem, & $A=CF$ altitudo alia quævis intermedia. *Fig. 26.*

In

In recta CG capiatur CD ad CB ut $\sqrt{h^n}$ ad $\sqrt{H^n}$, atque etiam CH ad CD ut $\sqrt{A^n - h^n}$ ad $\sqrt{H^n - h^n}$. Centro C, semiaxibus CD, CB, describatur Ellipsis BLD, cui occurrat ordinatim applicata HL in puncto L; & ducatur recta LK, quæ Ellipsin tangat in L, & Axi minori CD producto conveniat in K: dein Tangenti KL parallela ducatur NM, circulum $BEMG$ tangens in M & ipsi CD occurrens in N. Denique capiatur Sector RCB, qui sit ad Aream $NMBLKN$, inter Circulum & Ellipsin & utriusque Tangentes rectamque NK comprehensam, in ratione Numeri binarii ad Numerum n. Tum recta RC intersecabit Circulum FQ in puncto Q, quod erit ad Curvam celerrimi Descensus EQA.

Quod si fiat Sector BCE ad aream BDG, inter Ellipseos & Circuli Quadrantes interceptam, in ratione dicta Binarii ad Numerum n, coeuntibus scilicet punctis L, D & M, G; (ob $A^n = H^n$) erit punctum E unde inchoaretur Casus Corporis brevissimo tempore descendentis ad A, descensuque suo Curvam EQA describentis, quam tangit recta CE in E, quamque ad angulos rectos secat CB in A.

Harum Constructionum Demonstrationes e Celeberrimi D. *Newtoni Quadraturis*, ejusdemque *Philos. Nat. Principiis* (Prop. XXXIX. & sequentibus aliquibus) petitæ, alia data occasione ostendentur. Problema autem est alterius generis, Describere Curvas per quas Corpora, de puncto summo E, seu principio casus, demissa, celerrimo descensu ad inferiora data puncta Q, urgente qualibet Vi centripeta, ferrentur; cujus quidem solutio in potestate est. In præsentia sufficiat generalem hujusmodi Curvarum tradidisse Ideam, earumque ad Circuli & Hyperbolæ Quadraturas relationes indicasse, absque quibus easdem Geometrice construere haud adeo proclive est.

The same, by Mr. Craig. n. 268. p. 750.

2. *Problema. Invenire Lineam Celerrimi Descensus.*

Sint BC, CD duæ particulæ infinite parvæ in curva quæsita. Jam Curva illa debet esse talis ut transitus a B ad D post casum ab horizontali AQ fiat in tempore minimo; quærendum itaque est in linea RS (ita ad AQ parallela ut differentiæ ordinatarum GC, DE sint æquales) tale punctum C ut hoc contingat.

Jam velocitas ejus in puncto C est $\sqrt{LC}$ & velocitas in puncto D est $\sqrt{QD}$; Ergo $\frac{BC}{\sqrt{LC}}$ est tempus descensus per BC, & etiam $\frac{CD}{\sqrt{QD}}$ est tempus descensus per CD (per *Prop.* liv. *pag.* 158. *Newtoni*) Ergo punctum C debet esse tale ut $\frac{BC}{\sqrt{LC}} + \frac{CD}{\sqrt{QD}} =$ minimo. Supponendo B & D esse

Fig. 27.

fixa, sint constantes $GC = DE = m$, $LC = b$, $QD = p$; indeterminatæ $BG = u$, $CE = z$; unde $\frac{\sqrt{m^2+u^2}}{\sqrt{b}} + \frac{\sqrt{m^2+z^2}}{\sqrt{p}} =$ minimo; Ergo $\frac{u\,du}{b^{\frac{1}{2}}\sqrt{m^2+u^2}} + \frac{z\,dz}{p^{\frac{1}{2}}\sqrt{m^2+z^2}} = 0$. sed $du = -dz$ (quia $u + z$ = constanti)

Ergo

Ergo $\frac{u}{b^{\frac{1}{2}}\sqrt{m^2+u^2}} = \frac{z}{p^{\frac{1}{2}}\sqrt{m^2+z^2}}$; unde patet $\frac{u}{b^{\frac{1}{2}}\sqrt{m^2+u^2}} =$ constanti; sit jam Abscissa $AL = x$, ordinata $LC = y$; adeoque $BG = dx$, $GC = dy$, $BC = \sqrt{dx^2+dy^2}$ sitque a linea quævis constans. Erit $\frac{dx}{y^{\frac{1}{2}}\sqrt{dx^2+dy^2}} = \frac{1}{\sqrt{a}}$, unde $dx\sqrt{a} = \sqrt{y}\sqrt{dx^2+dy^2}$. Sed in omni Curva dx est ad $\sqrt{dx^2+dy^2}$ ut Subtangens ad Tangentem: Ergo talis est Natura Curvæ quæsitæ, ut ejus Subtangens sit ad Tangentem ut $\sqrt{a}$ ad $\sqrt{y}$. Quam utique Cycloidis proprietatem esse sciunt omnes, quibus notum est Tangentem Cycloidis esse parallelam Chordæ arcus contermini in Circulo genitore, cujus Diameter est a, & cujus vertex deorsum spectat.

XI. *Lemma.* Invenire rationem inter resistentiam, quam patitur Triangulum rectangulum AIG, & resistentiam quam patitur rectangulum circumscriptum $AIGg$, dum utrumque in fluido movetur juxta directionem Lineæ IA, ab I versus X. *The Solid of least Resistance, by the same.* ibid.

A puncto quovis B ducatur BC normalis ad AG; & Bb parallela ad AI, item BM normalis ad AI. Tum in bB capiantur $bH = \frac{CM^2}{BC}$ & $bE = BC$; & per puncta H, E ducantur rectæ HA, EA, quæ productæ secent Gg in K & F: Dico Resistentiam Trianguli AIG esse ad resistentiam Rectanguli $AIGg$ ut Area trianguli AKG, ad Aream Trianguli AFG. Imo & resistentiam in partem quamlibet lineæ AG ad resistentiam in partem correspondentem lineæ Ag, *exem. gra.* in AB & Ab ut Area AHB ad Aream AEB. Demonstratio pendet a Theoremate generali, quod facillime deduxi ex *Prop.* xxxv. *Newtoni, p.* 324. *Fig.* 28.

Coroll. 1. Sint jam BG, bg partes infinite parvæ linearum AG, Ag, & producatur bB ad L; dico resistentiam in BG (quam vocemus e) esse ad resistentiam in bg (quam vocemus E) ut GL^2 ad GB^2.

Nam $e:E :: KHbg:FEbg$, id est $e:E :: bg \times bH : bg \times bE$ (per Lemma præcedens) Ergo $e:E :: bH:bE$, id est $e:E :: \frac{CM^2}{BC} : BC$ (per constructionem superioris Lemmatis) Ergo $e:E :: CM^2 : BC^2$. Sed $CM^2 : BC^2 :: GL^2 : GB^2$. (ob similia Triangula BMC, GLB) Ergo $e:E :: GL^2 : GB^2$. *Q.E.D.*

Corol. 2. Resistentia in partem infinite parvam GB est æqualis Cubo lineæ GL diviso per Quadratum lineæ GB. Nam si omnes partes infinite parvæ in linea Ag ut bg supponantur æquales, tum Resistentia in bg per ipsam bg exprimi possit, id est, $E = bg$, adeoque $E = GL$. Ergo per Corollarium primum $e : GL :: GL^2 : GB^2$; unde $e = \frac{GL^3}{GB^2}$ *Q. E. D.*

Corol. 3. Sit r radius & c circumferentia cujusvis circuli, dico resistentiam in conicam superficiem genitam a rotatione lineolæ GB circa AI esse æqualem producto ex $\frac{c \times BM}{r}$ in $\frac{GL^3}{GB^2}$. Nam resistentia in Conicam illam

illam superficiem est æqualis omnibus resistentiis in lineolam GB, id est omnibus e; id est æqualis circumferentiæ circuli cujus radius est BM in e multiplicatæ; id est, resistentia in Conicam illam superficiem est æqualis $\frac{c \times BM}{r} \times e$; adeoque per *Corol.* 2. æqualis $\frac{c \times BM}{r} \times \frac{GL^3}{GB^2}$ *Q. e. D.*

Fig. 29. *Problema* Invenire Lineam curvam cujus rotatione producatur Solidum rotundum, quod (dum in medio fluido secundum axis sui directionem movetur) minimam patiatur Resistentiam.

Sint OG, GB duæ particulæ infinite parvæ in Curva quæsita, quæ circa AQ rotata producat Solidum rotundum minimæ Resistentiæ. Ducantur BM, GP normales ad AQ, item BL, GN ad AQ, & ON ad BM parallelæ. Jam $\frac{c \times BM \times GL^3}{r \times GB^2}$ est resistentia in superficiem genitam a rotatione lineolæ GB circa AQ, & $\frac{c \times GP \times ON^3}{r \times OG^2}$ est resistentia in superficiem genitam similiter ab OG per *Cor.* 3. Jam utraque hæc Resistentia simul sumpta debet esse minima scil. $\frac{c \times BM \times GL^3}{r \times GB^2} + \frac{c \times GP \times ON^3}{r \times OG^2} =$ minimæ. Adeoque in linea RS ita ad AQ parallela ut ON sit $= GL$, quærendum est punctum G ut hoc contingat; quod supponendo puncta O & B esse fixa facile invenietur per notissimam Maximorum & Minimorum Methodum. Calculum prosequendo devenietur tandem ad $\frac{BM \times BL}{BG^4} = \frac{GP \times NG}{OG^4}$; unde patet $\frac{BM \times BL}{BG^4} =$ constanti; sic si abscissa AM vocetur x, & ordinata BM, y, erit $BL = dx$, $LG = dy$ (quam constantem in toto hoc calculo supposui) adeoque $BG^2 = dx^2 + dy^2$, unde $\frac{y\,dx}{dx\,dx + dy\,dy^2} =$ constanti; Sit a linea quælibet constans, & proinde, ut observetur *Lex* homogeneorum erit $\frac{y\,dx}{dx\,dx + dy\,dy^2} = \frac{a}{dy^3}$ ut ab Illustriss. *Hospitalio* & celeber. *Jo. Bernoullio* inventum est.

The same, by Mr. Facio. n. 337. p. 172. 2. In adjuncta Figura sit C Centrum Circuli Osculantis AEF, qui cum Sectione Solidi quæsiti cujus Axis sit ST quam intime coincidat in A. Eritque hujus Circuli Radius CA vel $u = \frac{3psx}{tt} - \frac{px}{s}$: quæ erat Solutio nostra, in Tractatu hac de re *Londini* impresso.

Fig. 30. Fiat, ut prius, AS ad Solidi Axem TS perpendicularis $= x$; cujus fiat Fluxio invariatæ Magnitudinis $AB = \dot{x}$: Sitque BE ad Axem parallela $= \dot{y}$: Rursusque erigatur $EG = \dot{x}$; Et erit GF ad Axem parallela $= \dot{y} + \ddot{y}$.

Erit autem p ad t ut u seu $\frac{3psx}{tt} - \frac{px}{s}$ ad $\frac{3sx}{t} - \frac{tx}{s}$ sive $\frac{3\dot{y}x}{\dot{x}} -$

$-\frac{x\dot{x}}{\dot{y}}$; quod æquabitur ipſi n ſeu AD ad Axem parallelæ, poſita ſcilicet CD ad eundem Axem perpendiculari: quæ CD vocetur m.

Rurſus erit p ad s ut n ſeu $\frac{3psx}{tt} - \frac{px}{s}$ ad $\frac{3ssx}{tt} - x$, ſive $\frac{3\dot{y}\dot{y}x}{\dot{x}\dot{x}} - x$; quod æquabitur ipſi m ſeu CD. Cujus Valorem dediſſe otioſum quidem hic eſt, ſed uſum habebit in ſequentibus.

Jam vero ex Oſculantis Circuli AEF Proprietate habebitur, productis ipſis BA, BE ad alteram uſque Circumferentiæ partem, $\dot{x} \times \overline{2m + \dot{x}} = \dot{y} \times \overline{2n - \dot{y}}$.

Rurſuſque ex ejuſdem Circuli Proprietate habebitur, productis ipſis GE, GF ad alteram uſque Circumferentiæ Partem, $\dot{x} \times \overline{2m + 3\dot{x}} = \overline{\dot{y} + \ddot{y}} \times \overline{2n - 3\dot{y} - \ddot{y}}$.

Ergo, ſubducta priori hac Æquatione a poſteriori, erit $2\dot{x}\dot{x} = -2\dot{y}\dot{y} - \dot{y}\dot{y} + 2n\ddot{y} - 3\dot{y}\ddot{y} - \ddot{y}\ddot{y}$.

Deletiſque Terminis infinite minoribus quam ſint reliqui, erit $2\dot{x}\dot{x} = -2\dot{y}\dot{y} + 2n\ddot{y}$.

Subſtitutoque ipſius n Valore, erit $\dot{x}\dot{x} = -\dot{y}\dot{y} + \frac{3x\dot{y}\ddot{y}}{\dot{x}} - \frac{x\dot{x}\ddot{y}}{\dot{y}}$: Id eſt $\underset{*}{\dot{x}^3\dot{y}} + \underset{**}{\dot{x}\dot{y}^3} - \underset{**}{3x\dot{y}\dot{y}}\ddot{y} + \underset{*}{x\dot{x}\dot{x}}\ddot{y} = 0$.

Componitur hæc Æquatio ex ſolis Indeterminatis x, $\dot{y}$, earumque Fluxionibus $\dot{x}$, $\ddot{y}$, invariabilique Quantitate $\dot{x}$, Quantitatibuſve Coefficientibus datis. Bina autem ſunt Paria Terminorum in quibus occurrunt eædem utrinque literæ, literarumque Poteſtates, niſi quatenus Quantitas Fluens per Literam unam expreſſa in Fluxionem convertitur, vel Fluxio in Fluentem. Quæ Paria Terminorum ſunt $\dot{x}^3\dot{y} + x\dot{x}\dot{x}\ddot{y}$, & $\dot{x}\dot{y}^3 - 3x\dot{y}\dot{y}\ddot{y}$; ex Terminis utique Generatoribus duobus duntaxat orta. In tota enim Æquatione nihil obſtat quominus ipſa transformetur ſcilicet Multiplicatione facta in $x^{\kappa}\dot{y}^{\lambda}$, determinatis rite ipſis Indicibus κ & λ, ut ea ratione nova Æquatio proveniens tractabilis evadat.

Ergo juxta noſtram iſtarum Transformationum Theoriam, in Generatore ex quo exoritur Terminorum Par primum unico Aſteriſco notatum, erit Numerus Dimenſionum Indeterminatæ x ad Numerum Dimenſionum Indeterminatæ $\dot{y}$, id eſt, Erit $1 + \kappa$ ad $1 + \lambda$, ut Coefficiens 1 in Termino $\dot{x}^3\dot{y}$ ad Coefficientem 1 in Termino $x\dot{x}\dot{x}\ddot{y}$. Rurſus in Generatore, ex quo exoritur Terminorum Par alterum Aſteriſco duplici notatum, Erit Numerus Dimenſionum Indeterminatæ x ad Numerum Dimenſionum Indeterminatæ $\dot{y}$, id eſt, Erit $1 + \kappa$ ad $1 + \lambda$, ut Coefficiens 1 in Termino $\dot{x}\dot{y}^3$ ad Coefficientem -3 in Termino $-3x\dot{y}\dot{y}\ddot{y}$; unde fit $\kappa = -\frac{3}{2}$, & $\lambda = -\frac{3}{2}$; ac proinde Multiplicator $x^{\kappa}\dot{y}^{\lambda} = x^{-\frac{3}{2}} \times \dot{y}^{-\frac{3}{2}}$.

Erit igitur $-x^{-\frac{1}{2}}\dot{x}^2\dot{y}^{-\frac{1}{2}} - x^{-\frac{1}{2}}\dot{y}^{\frac{3}{2}} = \pm q$ Æquatio ſuperioris Æquationis per $x^{-\frac{3}{2}}\dot{y}^{-\frac{3}{2}}$ multiplicatæ Generatrix: Eſt autem q Quantitas determinata. Quam Æquationem Generatricem, (Fluentem autem

vocant alii) si quadraveris, ut tollantur Radices, proveniet $x^{-1}\dot{x}^4\dot{y}^{-1} + 2x^{-1}\dot{x}^2\dot{y} + x^{-1}\dot{y}^3 = qq$; id est $\frac{\dot{x}^4 + 2\dot{x}^2\dot{y}^2 + \dot{y}^4}{x\dot{y}} = qq$. Quæ ipsa est Æquatio *Newtoniana*, quam & *Joh. Bernoullius* invenit, & ipse ego antehac erui, facillima omnium quæ sperari possint ejusdem Æquationis Investigatione. Determinatur autem Quantitas qq, vel datis Positione Axe indefinito *TS*, Puncto *A*, & Solidi Tangente in *A*; vel datis Positione Puncto *A*, Centro Osculantis circuli *C*, & *AD* ad Axem Solidi parallela.

A Problem propos'd in the Leipsick Acts, solv'd generally. by ---. n. 347. p. 399.

XII. Problema. *Quæritur Methodus generalis inveniendi Seriem Curvarum, quæ Curvas in serie alia quacumque data constitutas, ad angulum vel datum vel data lege variabilem secabunt.*

Solutio. Natura Curvarum secandarum dat Tangentes earundem ad intersectionum puncta quæcumque; & anguli intersectionum dant perpendicula Curvarum secantium; & perpendicula duo coeuntia, per concursum suum ultimum, dant centrum Curvaminis Curvæ secantis ad punctum intersectionis cujuscumque. Ducatur Abscissa in situ quocumque commodo, & sit ejus Fluxio Unitas; & positio perpendiculi dabit Fluxionem primam Ordinatæ ad Curvam quæsitam pertinentis; & Curvamen hujus Curvæ dabit Fluxionem secundam ejusdem Ordinatæ. Et sic Problema semper deducetur ad æquationes. Quod erat faciendum.

Scholium. Non hujus sed alius est methodi æquationes reducere, & indeterminatas separare, absolute si fieri possit, sin minus per Series infinitas.

Another, solv'd, by Dr. Taylor. n. 354. p. 696.

Problema supra scriptum ediderunt Cl. V. *Leibnitius* & *Bernoulli*, quo vires Geometrarum Anglorum experirentur in Methodo Fluxionum, cujus Inventionem sibi appropriare conatus est ipse *Leibnitius*. Solutum est ab Anonymo nostrate methodo generali supra exposita. Illa vero minime contenti fuerunt *Leibnitius* & Fautores ejus, quin illam derisui habuere quasi qui illam excogitaverat non potuisset eam ad casum specialem applicare. *Si non viderint quomodo ex illa æquationes sunt deducendæ*, dicit Cl. *Taylor*, *id profecto illorum imperitiæ tribuendum erit.* Paulo ante *Leibnitii* obitum prodiit Problema sequens Problematis illius generalis Casus particularis.

Fig. 31.

XIII. Problema. *Super recta* A G *tanquam axe, ex puncto* A *educere infinitas Curvas, qualis est* A B D, *ejus naturæ, ut radii Osculi, in singulis punctis* B *& ubique ducti,* B O *secentur ab axe* A G *in* C, *in data ratione, ut nempe sit* B O *ad* B C *ut* 1 *ad* n.

Deinde construendæ sunt Trajectoriæ E B F *primas Curvas* A B D *normaliter secantes.*

Inven-

Inventio Curvarum secandarum ABD. *Solutionis pars prima.*

1. Ducta ordinata BH ad axem AG normali, sint, Abscissa $AH = z$, Ordinata $HB = x$, Curva $AB = v$. Tum per Methodum Fluxionum directam erit $BC = \frac{\dot{v}}{\dot{z}} x$, & fluente uniformiter v, $BO = \frac{\dot{v}\dot{x}}{\ddot{z}}$. Unde per conditionem Problematis fit $BO\left(\frac{\dot{v}\dot{x}}{\ddot{z}}\right) : BC\left(\frac{\dot{v}}{\dot{z}} x\right) :: 1 : n$; adeoque $\dot{z}\dot{x} - n\ddot{z}x = 0$.

2. Collata hac æquatione cum formula Fluxionum secunda, in calce *Prop.* 6. Methodi Incrementorum, invenitur $\dot{z}x^{-n} = \dot{v}\alpha^{-n}$; existente α linea data, per cujus valorem potest Curva ABD accommodari conditioni alicui Problemati annexæ.

3. Pro $\dot{v}$ scripto ipsius valore $\sqrt{\dot{x}^2 + \dot{z}^2}$, migrat æquatio $\dot{z}x^{-n} = \dot{v}\alpha^{-n}$ in hanc $\dot{z} = \frac{\dot{x}x^n}{\sqrt{\alpha^{2n} - x^{2n}}}$. Unde datur z ex data x, per quadraturam Curvæ cujus abscissa existente x est ordinata $\frac{x^n}{\sqrt{\alpha^{2n} - x^{2n}}}$.

4. Sint σ & τ numeri integri, vel affirmativi vel negativi, tales ut sit Curvarum isto modo provenientium simplicissima, ea cujus est Abscissa y, & Ordinata $y^{\frac{1-n+2\sigma n}{2n}} \times \overline{\alpha - y}|^{\tau - \frac{1}{2}}$; tum erit ea omnium Curvarum simplicissima, per quarum Quadraturam datur Abscissa z ex data Ordinata x.

5. Est Curva ABD Geometrica, quoties pro n sumitur reciprocum numeri cujusvis imparis.

6. In prædictis Curvam ABD consideravimus ut versus axem AG concavam, quo in casu maxima ordinata x æqualis est lineæ datæ α, quam Parametrum Curvæ commode vocare licet. Et in hoc casu Curva actu occurret Axi. Unde fluente ipsius $\frac{\dot{x}x^n}{\sqrt{\alpha^{2n} - x^{2n}}}$ debite sumpta, hoc est, ita ut simul evanescant z & x, transibit Curva per punctum datum A, sicut postulat Problema.

7. Sed si quæratur Curva ABD, quæ sit versus axem convexa, ad eundem modum pervenietur ad æquationem $\dot{z} = \frac{\alpha^n \dot{x}}{\sqrt{x^{2n} - \alpha^{2n}}}$; quæ etiam ex æquatione priori derivari potest mutando signum ipsius n. Et in hoc casu est curva ABD Geometrica, quoties pro n sumitur reciprocum cujusvis numeri paris. In hoc vero casu Ordinata omnium minima x æqualis est Parametro α; adeoque Curva nusquam occurrit Axi. Quare limitatur Problema ad casum priorem.

8. Ex præmissis facile colligitur Curvas omnes ABD esse inter se similes, & circa punctum datum A similiter positas, lateribus earum homologis existentibus proportionalibus Parametris α.

Inventio Curvæ secantis. *Solutionis pars altera.*

9. Ex § 2. fit $\dot{v} : \dot{z} :: \alpha^n : x^n$. Sed est $BC : BH :: \dot{v} : \dot{z}$, Unde fit $BC : BH :: \alpha^n : x^n$. Ex conditione vero Problematis est BC tangens

 Curvæ

Curvæ quæſitæ EBF. Quare ſi jam ſumantur $AH\ (z)$ & $BH\ (x)$ pro coordinatis Curvæ EBF, Curva ipſa EB exiſtente r, erit, per Meth. Flux. direct. $\dot{r} : -\dot{x} :: (BC : BH ::)\ a^n : x^n$. Unde fit $\frac{x^n}{a^n} = \frac{-\dot{x}}{\dot{r}}$.

10. In Curva ABD finge æquationem $\dot{z} = \frac{\dot{x}x^n}{\sqrt{a^{2n} - x^{2n}}}$ transformari in æquationem ſignis radicalibus non affectam $\dot{z} = A\dot{x}\frac{x^n}{a^n} + B\dot{x}\frac{x^{3n}}{a^{3n}} +$ &c. Tum regrediendo ad Fluentes fiet $z = \frac{1}{n+1}A\frac{x^{n+1}}{a^n} + \frac{1}{3n+1}B\frac{x^{3n+1}}{a^{3n}}$ $+$, &c. coefficiente nova introducta nulla, quoniam per conditionem Problematis debent ſimul naſci z & x. Hinc vice $\frac{x^n}{a^2}$ ſubſtituto ipſius valore $\frac{-\dot{x}}{\dot{r}}$ in § 9 invento, fit $z = \frac{1}{n+1}Ax\frac{-\dot{x}}{\dot{r}} + \frac{1}{3n+1}Bx\frac{-\dot{x}^3}{\dot{r}^3} +$ &c. quæ æquatio fluxionalis eſt primi gradus ad Curvam quæſitam EBF. Revocatur autem ad formulam ſimpliciorem in terminis numero finitis, modo ſequenti.

11. Fluat uniformiter r, & exiſtente a quantitate non fluente, ſit $\frac{-\dot{x}}{\dot{r}} = \frac{s^n}{a^n}$. Subſtituto hoc valore ipſius $\frac{-\dot{x}}{\dot{r}}$ in æquatione noviſſime inventa, atque ducta æquatione in $\frac{s}{x}$, transformatur ea in hanc $\frac{zs}{x} =$ $\frac{1}{n+1}A\frac{s^{n+1}}{a^n} + \frac{1}{3n+1} \times B\frac{s^{3n+1}}{a^{3n}} +$ &c. Unde capiendo Fluxiones fit $\frac{\dot{s}zx + s\dot{z}x - sz\dot{x}}{x^2} = A\dot{s}\frac{s^n}{a^n} + B\dot{s}\frac{s^{3n}}{a^{3n}} = \frac{\dot{s}s^n}{\sqrt{a^{2n} - s^{2n}}}$. Quod ultimum conſtat ex Analogia Serierum $A\dot{x}\frac{x^n}{a^n} +$ &c. & $A\dot{s}\frac{s^n}{a^n} +$ &c.

Hinc pro s & $\dot{s}$ ſubſtitutis eorum valoribus ex æquatione $\frac{-\dot{x}}{\dot{r}} = \frac{s^n}{a^n}$ collectis, elicitur æquatio $n\dot{x}^2\dot{z}z - \ddot{x}x\dot{z}z - n\dot{x}x\dot{z}^2 - \ddot{x}\dot{x}x^2 = 0$. Quæ ad Fluxiones primas revocatur modo ſequenti.

12. In termino ultimo $-\ddot{x}\dot{x}x^2$ vice $\ddot{x}\dot{x}$ ſcripto ipſius valore $-\ddot{x}\dot{z}$, & æquatione deinde applicata ad $\dot{z}$, fit $n\dot{x}^2z - \ddot{x}xz - nx\dot{x}\dot{z} + xx\ddot{z} = 0$. Quæ æquatio in x^{-n-1} ducta eſt Fluxio æquationis $-\dot{x}x^{-n}z + x^{1-n}\dot{z} = a^{1-n}\dot{r}$; exiſtentibus a & $\dot{r}$ non fluentibus. Eſt ergo $-\dot{x}x^{-n}z + x^{1-n}\dot{z} = a^{1-n}\dot{r}$, ſeu $\overline{\dot{z}x - z\dot{x}} \times a^{n-1} = \dot{x}x^n$, æquatio fluxionalis primi gradus ad Curvam quæſitam EBF.

13. In iſta autem æquatione eſt a valor Ordinatæ BH, quando incidit punctum H in punctum A.

14. Haud proclive eſt æquationem $\overline{\dot{z}x - z\dot{x}} \times a^{n-1} = \dot{r}x^n$, manente n in terminis generalibus, revocare ad æquationem Fluentes tantum in-

vol-

volventem, vel ad quadraturam Curvarum. Sed puncta curvæ EBF poſſunt commode inveniri per deſcriptionem Curvæ ABD, & Curvæ cujuſdam Geometricæ. Per Geometricam hic intelligo Curvam, cujus æquationem non ingrediuntur Fluxiones, nec fluentes in Indicibus dignitatum. Secetur enim Curva ABD, cujus Parameter ſit α, in B, a Curva geometrica cujus æquatio eſt $a\,\alpha^n x^n - z\,a^n x^n = x\,a^n \sqrt{a^{2n}-x^{2n}}$; atque erit punctum illud interſectionis B ad unam ex Trajectoriis quæſitis, nempe quæ tranſit per punctum E, exiſtente $AE = a$ & normali ipſi AG.

15. Hinc ſi ABD ſit Curva Geometrica, erit etiam EBF geometrica.

Scholium. Poteſt & alio modo inveniri æquatio $\overline{\dot z x - z \dot x} \times a^{n-1} = \dot r x^n$. Nam certa quadam Analyſi quam nunc celare ſtatuo, inveni æquationem $\frac{\dot\alpha}{\alpha} = \frac{\dot r\,\dot r}{\dot z\,\dot z + \dot x\,\dot x}$. Qua comparata cum æquatione $\frac{x^n}{\alpha^n} = \frac{-\dot x}{\dot r}$ (§ 9.) eliminando α & $\dot\alpha$, tandem pervenitur ad prædictam æquationem $\overline{\dot z x - z \dot x} \times a^{n-1} = \dot r x^n$.

Exemplum. Ad demonſtrationem Solutionis noſtræ ſuffecerit exemplum ſimpliciſſimum. Sit itaque $n = 1$; quo in Caſu eſt ABD ſemicirculus diametro AG deſcriptus, atque eſt EBF item ſemicirculus deſcriptus diametro AE. Eſt autem in hoc Caſu $\frac{\dot x x^n}{\sqrt{\alpha^{2n}-x^{2n}}} = \frac{\dot x x}{\sqrt{\alpha^2-x^2}}$. Unde in § 3. fit $\dot z = \frac{\dot x x}{\sqrt{\alpha^2-x^2}}$; adeoque $z = \alpha - \sqrt{\alpha^2-x^2}$, quæ æquatio eſt ad Circulum diametro $AG = \alpha$ deſcriptum, ut fieri debuit. Item pro n ſcripto 1, æquatio $\overline{\dot z x - z \dot x} \times \alpha^{n-1} = \dot r x^n$ (§ 12.) migrat in hanc $\dot z x - z \dot x = \dot r x$. Unde exterminando $\dot r$ ope æquationis $\dot r\,\dot r = \dot x\,\dot x + \dot z\,\dot z$, fit $\frac{2\dot z z x - \dot x z^2}{x^2} = -\dot x$; adeoque regrediendo ad Fluentes $\frac{zz}{x} = -x + a$, quæ æquatio eſt ad Circulum diametro $AE = a$ deſcriptum, ut etiam fieri debuit.

XIV. *Suppono Materiam omnem diviſibilem eſſe in infinitum, eamque poſſe formam quamcunque ſeu figuram induere, & ad quamcunque tenuitatem ſeu craſſitiem quamcunque exiguam reduci.* *Of the infinite Diviſibility of Matter, by Dr.* John Keill, *n.* 339. *p.* 82.

Lemma. Data quavis materiæ quantitate, ex ea, vel ex quavis ejus parte, formari poteſt ſphera concava, cujus ſemidiameter ſit datæ rectæ æqualis.

Sit materiæ particula a^3 & data recta ſit b. Ratio peripheriæ circuli ad Radium ſit p ad r, dicatur ſemidiameter concavitatis x, & craſſities pelliculæ concavitatem ſphæræ ambientis, erit $b - x$, & Cylindrus ſphæræ circumſcriptus cujus radius eſt b erit $\frac{p \times b^3}{r}$, unde ſphæra cylindro inſcripta erit $\frac{2 \times pb^3}{3r}$, Eadem ratione ſphæra cujus radius eſt x erit $\frac{2 \times px^3}{3r}$ qua-

rum

rum differentia $\frac{2p}{3\times r} \times b^3 - x^3$ ponenda est sphæricæ lamellæ æqualis, seu materiæ particulæ datæ; hoc est erit $\frac{2p}{3r} \times \overline{b^3 - x^3} = a^3$ seu $b^3 - x^3 = \frac{3ra^3}{2p}$ unde $x^3 = b^3 - \frac{3ra^3}{2p}$ & $x = \sqrt[3]{b^3 - \frac{3ra^3}{2p}}$ adeoque crassities lamellæ sphæricæ seu $b - x$ erit $= b - \sqrt[3]{b^3 - \frac{3ra^3}{2p}}$.

Eadem ratione fieri possunt ex data materiæ quantitate Cubi *concavi*, Cylindri *concavi, vel corpora etiam alterius cujusvis figuræ concavæ, quorum latera sunt datæ rectæ æqualia.*

Theorema Primum. *Data quavis materiæ quantitate quantumvis exigua, & dato spatio quovis finito utcunque amplo; quod* v. gr. *sit cubus, qui sphæram Saturni circumscriberet; Possibile est ut materia istius Arenulæ per totum illud spatium diffundatur, atque ipsum ita adimpleat, ut nullus sit in eo porus cujus diameter datam superet lineam.*

Sit datum spatium Cubus cujus latus sit recta *AB*, diametro scil. orbitæ Saturni æqualis, deturque materiæ particula cujus quantitas sit b^3, & data recta (qua pororum diametri non majores esse debent) sit d. Dividi concipiatur recta AB in partes æquales rectæ d, quarum numerus finitus erit, cum nec recta AB ponitur infinite magna, nec recta d infinite parva: sit numerus ille n, hoc est sit $nd = AB$, adeoque erit $n^3 d^3$ æqualis cubo rectæ AB. Concipiatur item spatium datum dividi in cubos quorum singulorum latera sunt æqualia rectæ d, eritque cuborum numerus n^3, & hi cubi per spatia $efgh$ in figura representententur. Dividi porro supponatur particula b^3 in partes quarum numerus sit n^3, & in unoquoque spatio cubico ponatur una harum particularum, & hac ratione materia b^3 per omne illud spatium diffundetur. Potest præterea unaquæque ipsius b^3 particula in sua quasi cella locata in sphæram concavam formari, cujus diameter sit æqualis datæ rectæ d; unde fiet, ut sphæra quælibet proximam quamque tangat, & data materiæ particula utcunque exigua b^3 spatium datum ita adimplebit, ut nullus fiet in eo porus cujus diameter datam rectam d superat. *Q. E. D.*

Fig. 32.

Cor. Hinc dari potest corpus, cujus materia si in spatium absolute plenum redigatur; spatium illud fieri potest prioris magnitudinis pars quælibet data.

Theorema Secundum. *Possunt esse duo corpora mole æqualia, quorum materiæ quantitates sint utcunque inæquales, & datam quamvis ad se invicem obtineant rationem, pororum tamen summæ, seu spatia vacua inter corpora, ad rationem æqualitatis fere accedant.* Vel in stilo Cartesiano: *Spatium omne, quod a materia subtili intra unius corporis poros occupatur, posset esse fere æquale spatio quod a simili materia intra alterum corpus tenetur. Licet materia propria unius corporis decies millies vel centies millies superat materiam propriam alterius Corporis, & Corpora sint mole æqualia.*

Ex.

Ex. gr. Sit Digitus cubicus *Auri* & Digitus cubicus *Aeris* vulgaris non condensati. Certum est quantitatem materiæ in *Auro* vicies millies circiter superare materiam aeris, attamen fieri potest, ut spatia in *auro* vel absolute vacua, vel materia subtili repleta, sint fere æqualia spatiis in aere, vel vacuis, vel materia tantum subtili repletis.

Sint *A* & *B* corpora duo, magnitudine æqualia: utrumque *v. gr.* sit cubus unius digiti. Et corpus *A* decies millies sit gravius corpore *B*, unde & corpus *A* quantitate materiæ decies millies superabit corpus *B*. Ponamus jam materiæ quantitatem in *A* redigi in spatium absolute plenum, quod sit digiti cubici pars centies millesima; (liquet enim ex corollario præcedentis Theorematis id fieri posse). Unde cum materia in *A* decies millies superat materiam in *B*, materia illa in *B*, si in spatium absolute plenum compingatur, occupabit tantum digiti cubici partem $\frac{1}{1000000000}$ seu millies decies centies millesimam; Adeoque partes reliquæ 999999999 vel erunt absolute vacuæ, vel materia aliqua subtili, qualis supponitur Cartesiana, tantum repletæ. Porro, cum materiæ quantitas in *A* impleat tantum digiti partem centies millesimam, erunt in corpore *A* partes 99999 centies millesimæ, vel vacuæ, vel materia subtili repletæ, hoc est reducendo fractionem ad denominatorem prioris fractionis, erunt in *A* partes vacuæ 999990000 millies decies centies millesimæ. Adeoque vacuitates in *A* erunt ad vacuitates in *B*, ut numerus 999990000 ad numerum 999999999, qui numeri sunt ad se invicem fere in ratione æqualitatis, nam eorum differentia parvam admodum ad ipsos numeros obtinet rationem. Adeoque spatia vacua, vel materia subtili tantum repleta, quæ sunt in duobus corporibus *A* & *B*, eandem cum ipsis numeris ad se invicem rationem obtinentes, sunt etiam fere in ratione æqualitatis. *Q. E. D.*

Corpora autem omnia esse rarissima, hoc est pro mole sua parvam admodum continere materiæ quantitatem, ex diaphanorum proprietatibus certissime constat; nam *Radii Lucis* inter vitrum vel aquam non secus ac in aere per rectas lineas diffunduntur; quæcunque luci exposita sit corporis Diaphani facies; Adeoque a minima quavis assignabili Diaphani parte, ad aliam quamvis ejusdem partem, semper extenditur in his corporibus porus rectilineus, per quem transiverit lux, atque hoc fieri non potest nisi Materia Diaphani ad ejus molem parvam admodum obtineat rationem, nec fortasse materiæ quantitas in vitro ad ejus magnitudinem majorem habet rationem, quam magnitudo unius Arenulæ ad totam Terreni orbis molem: Hoc autem non esse impossibile, superius ostensum est. Unde cum Aurum non sit octuplo densius Vitro; ejus quoque materia, ad propriam molem, exiguam admodum obtinebit rationem.

Hinc ratio reddi potest, cur effluvia magnetica eadem fere facilitate densum Aurum & tenuem aerem pervadunt.

Ex his etiam propositionibus, & ex maxima lucis celeritate, ratio reddi potest, cur *Lucis* radii ex pluribus objectis prodeuntes & per tenue foramen transmissi, se mutuo non impediunt, sed per eandem rectam in

motu

motu suo perseverant. Quod per motum seu impulsum fluidi, plenum efficientis, vix explicari potest; *corpus enim omne a pluribus potentiis, secundum diversas directiones, simul impulsum, unam tantum & determinatam directionem accipit ex omnibus compositam.*

To find the Center of Oscillation, by Dr. Taylor. n. 337. p. 11.

XV. Definitio. *Est Centrum Oscillationis punctum quoddam in corpore pendulo, cujus vibrationes singulæ eodem modo atque eodem tempore peraguntur, ac si illud solum ad eandem distantiam a puncto suspensionis filo suspenderetur.*

Per se vix satis manifestum est in corpore aliquo dari hujusmodi punctum: utpote cujus acceleratio debeat, (*per hanc def.*) in omnibus inclinationibus corporis penduli ad Horizontem, perinde esse, ac si a propria tantum gravitate urgeatur; reliquis particulis totius corporis ejus motum proprium haud perturbantibus. Itaque in ordine ad inventionem hujus Centri, præmittenda est una atque altera propositio, unde constet tale punctum dari.

Prop. I. Prob. I. *In corporis Oscillantis data quavis inclinatione ad Horizontem, invenire punctum cujus acceleratio perinde sit, ac si ab ipsius propria tantum gravitate urgeatur.*

Fig. 33. Sit ABD corporis propositi sectio in plano ad Horizontem perpendiculari, in quo movetur centrum gravitatis G, centro suspensionis existente C. Distinguatur corpus in elementa prismatica plano ABD perpendicularia, adeoque Horizonti semper parallela; ut patebit ex motu centri gravitatis G in plano illo ABD. Atque ob hujusmodi situm, tale elementum quodvis spectari potest tanquam punctum Physicum p in plano eodem ABD ad punctum z locatum. Reducatur itaque corpus propositum in planum Physicum ABD constans ex hujusmodi particulis p.

In hoc plano ut inveniatur punctum O, cujus acceleratio propria non mutatur ab actionibus particularum reliquarum, attendendum est ad vires particulæ cujusvis singularis p in puncto z sitæ. Nam ex hisce viribus conjunctis oritur plani totius motus absolutus; cujus ope datur motus puncti cujusvis propositi; unde vicissim invenitur punctum cujus motus est datus.

At urgetur particula p a vi propriæ gravitatis; quæ si partium cohæsio dissolveretur, in dato tempore minimo, datam produceret accelerationem motus in perpendiculari ad Horizontem zy. Ad Cz duc normalem yx, & resolvetur acceleratio zy in partes zx & xy. Ob corporis rigiditatem, tollitur vis zx per resistentiam puncti C. At vi reliqua xy trahitur spatium ABD in gyrum circa punctum C; & ducta horizontali Co & perpendiculari zs, erit ea ut $\frac{Cs}{Cz}$: Nempe ob gravitatis vim datam, & similia triangula xyz & sCz. Ergo vis particulæ p ad movendum spatium ABD est ut $\frac{Cs}{Cz}\times p$.

Ad has vires in unum colligendas, sit O punctum invariabile, in linea ad libitum ducta & ad distantiam adhuc incognitam CO. Tum erit vis particulæ

particulæ p ad movendum punctum O, ut $\frac{Cz}{CO} \times \frac{Cs}{Cz} \times p$, hoc est ut $\frac{Cs}{CO} \times p$. Acceleratio autem, quam tribuit p eidem puncto O, erit ut $\frac{CO}{Cz} \times \frac{Cs}{Cz}$. Itaque applicata vi illa $\frac{Cs}{CO} \times p$ ad hanc accelerationem $\frac{CO \times Cs}{Czq:}$, erit quotiens $\frac{Czq:}{COq:} \times p$ particula, quæ, si in ipso puncto O fingatur moveri cum eadem acceleratione $\frac{CO \times Cs}{Czq:}$, eundem omnino produceret motum, quem in eodem puncto O producit particula p. Hinc demum reducitur Problema ad motuum Theorema notissimum: Applicata enim summa virium $\frac{Cs}{CO} \times p$ ad summam particularum $\frac{Czq:}{COq:} \times p$, erit quotiens acceleratio absoluta puncti O. Dein ducta perpendiculari $O\,o$, & posita hac acceleratione æquali datæ accelerationi $\frac{Co}{CO}$ ipsius puncti O, dabitur distantia CO. Sit enim $\frac{Co}{CO} = d$, & (juxta methodum *Fluxionum*) $Cs \times p = \dot{M}$, & $Czq: \times p = \dot{C}$. Tum ob CO invariabilem erit summa omnium virium $\frac{Cs}{CO} \times p = \frac{M}{CO}$, & summa omnium particularum $\frac{Czq:}{COq:} \times p = \frac{C}{COq:}$. Unde, applicata summa momentorum ad summam corporum, erit $\frac{M}{C} \times CO = d$ adeoque $CO = \frac{dC}{M}$. Inventis igitur C & M, per *Fluxionum* methodum inversam, dabitur CO. *Q. E. I.*

Cor. A Centro gravitatis G ad horizontalem Co duc perpendicularem Gg, & sit corpus ipsum $ABC = A$. Tum ex notissima indole centri gravitatis erit $M = Cg \times A$. Unde est $CO = \frac{dC}{Cg \times A}$.

Prop. 2. Theor. 1. *Iisdem positis, quæratur punctum* O *in recta* CG *transeunte per centrum gravitatis* G. *Tum erit* O *centrum Oscillationis corporis* A.

Etenim in hoc casu fit $\frac{Co}{CO} = \frac{Cg}{CG} = d$; Unde $CO = \left(\frac{dC}{Cg \times A}\right.$, *per Cor. Prop.* 1. $\left.\right) \frac{C}{CG \times A}$. At datur A, & dato puncto C, dantur CG & quantitas C. Unde datur CO, qualiscunque sit corporis Oscillantis in- Fig. 34.

clinatio ad Horizontem. Ideoque *per Def. & Prob.* 1. eſt O centrum Oſcillationis corporis A. *Q. E. D.*

Prop. 3. Theor. 2. *Iiſdem poſitis, ſit* D *aggregatum omnium* $Gz^2 \times p$; *Tum erit* $CO = CG + \frac{D}{CG \times A}$.

Ad CG duc normalem zF, atque erit $Czq := CGq :+ Gzq :- 2CG \times GF$. nempe cadente F intra C & G. At ubi F cadit in CG producta, erit $Czq := CGq :+ Gzq :+ 2CG \times Gf$: Eſt ergo $C =$ (aggregato omnium $Czq : \times p =$) aggregato omnium $CGq : \times p + Gzq : \times p - 2CG \times GF \times p + 2CG \times Gf \times p$. At ob centrum gravitatis G, eſt aggregatum omnium $2CG \times GF \times p =$ aggregato omnium $2CG \times Gf \times p$. Quare eſt $C =$ aggregato omnium $CGq : \times p + Gzq : \times p = CGq : \times A + D$. At enim *per Theor.* 1. eſt $CO = \frac{C}{CG \times A}$. Ergo $CO = CG + \frac{D}{CG \times A}$. *Q. E. D.*

Fig. 35.

Cor. Hinc datur parallelogrammum $CG \times GO$. Eſt enim $GO = \frac{D}{CG \times A}$. At dantur A & D. Quare datur $CG \times GO = \frac{D}{A}$.

Prop. 4. Theor. 3. *Iiſdem poſitis, ſi in puncto* O *conſtituatur particula phyſica* $\frac{CG \times A}{CO}$, *quæ propria gravitate agitata Oſcillet circa punctum* C, *ſpatii* ABC *motus perinde omnino erit, ac ſi agitaretur ab Oſcillatione ipſius corporis* A.

Conſtat tam ex Natura centri gravitatis, quam *per Prob.* 1. Eſt enim $\frac{CG \times A}{CO}$ aggregatum omnium $\frac{Czq : \times p}{COq :} = \frac{C}{COq :}$.

Prop. 5. Prob. 2. *Datis corporis cujuſvis magnitudine* A, *centro gravitatis* G, *& puncto ſuſpenſionis* C: *Invenire ejuſdem centrum Oſcillationis* O.

Fit per *Theor.* 1. inveniendo quantitatem C; vel per *Theor.* 2. quærendo quantitatem D.

Scholium. Ad inſtituendum calculum in caſu particulari, eligenda eſt quantitas C vel D, prout ſuggerit natura figuræ propoſitæ. Dein data earum alterutra, altera item dabitur per æquationem (*Prop.* 3.) $C = CGq : \times A + D$. Unde etiam dabitur pgr. $CG \times GO = \frac{D}{A}$ (*Cor. Prop.* 3.) $= \frac{C}{A} - CGq :$. Cujus ope, ex datis centro gravitatis & puncto ſuſpenſionis, datur centrum Oſcillationis per ſolam diviſionem. Quare in quolibet exemplo ſemper commodiſſimum erit hoc parallelogrammum primum eruere, vel per computum ipſius D, vel per quantitatem C, ex idonea aſſumptione centri ſuſpenſionis.

Super-

Superest, ut hæc exemplis aliquot illustremus.

Ex. 1. Sit figura proposita Pyramis ADC, cujus basis est pgr. AD, sitque motus centri gravitatis in plano transeunte per verticem C & diametrum basis EF lateri AB parallelam. *Fig.* 36.

Ad calculum commodissime instituendum, sit ipse vertex C centrum suspensionis. Tum ad modum *Prob.* 1. reducatur figura ad planum physicum trianguli Isoscelis CEF, in quo ef parallela ipsi EF repræsentat lineam physicam ex particulis p compositam. Sit $CH = a$, $HF = b$, & $Cb = x$. Tum ex natura figuræ erit $eb = \frac{bx}{a}$, & particula p sita ad punctum z erit ut x; vel potius, facto $bz = v$, erit $\dot{v}\,\dot{x}$ elementi prismatici basis, & p erit ut $\dot{v}\,\dot{x}\,x$. Unde erit $\dot{c} = Czq : \times \dot{v}\,\dot{x}\,x = \dot{v}\,\dot{x}\,x^3 + \dot{x}\,\dot{v}\,v^2\,x$. Ideoque summa omnium $Czq : \times p$ in linea bz erit $v\,\dot{x}\,x^3 + \frac{\dot{x}\,x\,v^3}{3}$; & in linea ef (pro v ponendo $\frac{bx}{a}$) erit summa illa $\frac{6ba^2 + 2b^3}{3a^3} \times \dot{x}\,x^4$. Unde iterum capiendo fluentem, & pro x scribendo a, erit $C = \frac{6ba^2 + 2b^3}{15} \times a^2$. Est autem pyramis ipsa $A = \frac{2baa}{3}$, & distantia centri gravitatis G a vertice C est $CG = \frac{3}{4}a$. Unde $\frac{C}{A} - CGq : = \frac{D}{A} = CG \times GO = \frac{3a^2 + 16b^2}{80}$. *Fig.* 37.

Ex. 2. Sit figura proposita Conus rectus descriptus rotatione trianguli isoscelis ECF circa perpendiculum CH.

Hic iterum sumpto vertice C pro centro suspensionis, & factis $CH = a$, $HE = b$, $Cb = x$, $bz = v$, ut supra; erit $p = 2\,\dot{x}\,\dot{v} \times \sqrt{\frac{bb}{aa}xx - vv}$; unde $\dot{c} = 2\,\dot{v}\,\dot{x} \times \overline{xx + vv} \times \sqrt{\frac{bb}{aa}xx - vv}$. Sit B segmentum circuli diametro ef descripti, quod adjacet Abscissæ $bz = v$, & Ordinatæ $\sqrt{\frac{bb}{aa}xx - vv}$; tum erit summa omnium $Czq : \times p$ in recta $bz = 2\,\dot{x} \times \frac{4a^2 + b^2}{4a^2}x^2 B - \frac{1}{2}\,\dot{x}\,v \times \overline{\frac{b^2}{a^2}x^2 - v^2}\Big|^{\frac{3}{2}}$. Et quando $v = eb$, erit hæc summa $2\,\dot{x} \times \frac{4a^2 + b^2}{4a^2}x^2 B$; cujus duplum $\frac{4a^2 + b^2}{a^2}\,\dot{x}\,x^2 B$ est pars ipsius C in recta ef. Est autem area B ut x^2; sit ergo $B = cx^2$; atque pars illa ipsius C erit $\frac{4a^2 + b^2}{a^2} \times c\,\dot{x}\,x^4$. Unde capiendo fluentem erit $C = \frac{4a^2 + b^2}{5} \times ca^3$. Est autem conus ipse $A = \frac{4}{3}ca^3$, & $CG = \frac{3}{4}a$. Unde $\frac{C}{A} - CGq : = \frac{D}{A} = \frac{3a^2 + 12b^2}{80}$.

 Atque

Atque ad hunc modum procedit calculus in aliis figuris, ubi rationes Cb ad be, & bz ad p sunt magis compositæ.

Ex. 3. Ut pateat ratio calculi quantitatis D, sit figura proposita parallelepipedon, cujus facies Horizonti perpendicularis, & parallela plano motus centri gravitatis est ABD. Duc diametros EF & HI, & sit altitudo elementorum p, & sit tr parallela HI; & $GF = a$, $GH = b$, $Gs = x$, & $sz = v$. Tum erit $\dot{D} = \dot{v}\dot{x}xx + \dot{x}\dot{v}vv$. Unde ipsius D pars in recta tr erit $2b\dot{x}x^2 + 2b^3\dot{x}$: atque iterum sumendo fluentis duplum, erit $D = \frac{4ba^3 + 4b^3a}{3}$. Atqui est $A = 4ab$; unde est $\frac{D}{A} = \frac{aa+bb}{3}$ $= \frac{1}{12}$ DB quad.

Fig. 38.

Ex. 4 Sit ultimum exemplum in Sphæra, cujus circulus maximus Btr, diameter AB, & centrum G. Tum ductis lineis ut in Schemate satis patent, erit $\dot{D} = Gsq : \times p + Gmq : \times p$. At summa omnium $Gsq : \times p$ in recta tr est Gsq: ductum in aream circuli diametro tr descripti. Item summa omnium $GMq : \times p$ in recta ki est $Gmq : \times$ aream circuli diametro ki descripti. Unde statim constat esse $D =$ quater fluenti ipsius Gsq: in aream circuli cujus diameter est tr. Sit ergo c area circuli cujus radii quadratum est 1, & sit $GA = a$, & $Gs = x$. Tum erit $\dot{D} = 4\dot{x}x\,x \times caa - cxx = 4ca^2\dot{x}x^2 - 4c\dot{x}x^4$. Unde sumendo fluentem, & faciendo $x = a$, erit $D = \frac{8}{15}ca^5$. Est autem $A = \frac{4}{3}ca^3$. Unde $\frac{D}{A} = \frac{2}{5}aa$.

Fig. 39.

Ob affinitatem solutionis libet his subjungere Problema de inventione Centri Percussionis.

Prop. 6. Prob. 3. *Corporis cujusvis circa datum punctum rotati, invenire Centrum Percussionis; punctum scilicet tale, ut Corpus in illud impingens, & eadem opera solutum a puncto suspensionis, neque huc neque illuc inclinet.*

Primum constat hoc punctum quæri debere in plano motus centri gravitatis. Si enim corpus resolvatur in elementa prismatica plano isti normalia, ferentur ea motu sibi parallelo; unde momenta ex utraque parte istius plani erunt æqualia; adeoque per resistentiam factam in hoc plano, corporis punctum nullum de eo pelletur. Sit ergo planum illud AB, ad quod reducetur corpus per contractionem elementorum prismaticorum in particulas p ad puncta z sitas, ut in *Prob.* 1. In hoc plano sit C centrum rotationis; aut saltem ejus projectio, facta per lineam perpendicularem in hoc planum demissam; & sit Q punctum quæsitum. Per C duc ad libitum $C\xi$, in qua sume puncta duo z & ξ, ita ut ductis zQ, & ξQ, sit angulus CzQ obtusus, & angulus $C\xi Q$ acutus: atque in punctis z & ξ sint particulæ p & π. Tum ad $C\xi$ ductis normalibus zr & ξr, quæ sint ad invicem ut Cz ad $C\xi$, iis repræsentabuntur velocitates absolutæ particularum p & π. At harum velocitatum partes

Fig. 40.

quæ

quæ ſunt in directionibus $z\mathcal{Q}$ & $\xi\mathcal{Q}$, tolluntur per reſiſtentiam puncti $\mathcal{Q}$. Ad $\mathcal{Q}z$ & $\mathcal{Q}\xi$ duc normales CD & Cd; & ob angulos æquales $zCD = rz\mathcal{Q}$, & $\xi Cd = r\xi\mathcal{Q}$, velocitatum partes reliquæ, in directionibus ipſis $\mathcal{Q}z$ & $\mathcal{Q}\xi$ perpendicularibus, erunt ut zD & ξd. Unde habita ratione diſtantiarum $\mathcal{Q}z$ & $\mathcal{Q}\xi$, erunt vires particularum p & π ad movendum ſpatium AB in partes contrarias, ut $Dz \times z\mathcal{Q} \times p$, & $d\xi \times \xi\mathcal{Q} \times p$. At per conditiones Problematis debent ſummæ hujuſmodi contrariarum virium eſſe inter ſe æquales.

Ob angulos ad D & d rectos, ſunt puncta D & d ad circumferentiam circuli diametro $C\mathcal{Q}$ deſcripti. Sit iſtius circuli centrum E. Tum ductis Ez & $E\xi$ circulo occurrentibus in F & I, f & i, erit $Dz \times z\mathcal{Q} = Fz \times zI = EFq: - Ezq: = E\mathcal{Q}q: - Ezq:$, & $d\xi \times \xi\mathcal{Q} = E\xi q: - E\mathcal{Q}q:$ Quare erit ſumma omnium $E\mathcal{Q}q: \times p - Ezq: \times p =$ ſummæ omnium $E\xi q: \times \pi - E\mathcal{Q}q: \times \pi$; & terminis tranſpoſitis, ſumma omnium $E\mathcal{Q}q: \times \overline{p + \pi}: =$ ſummæ omnium $Ezq: \times p + E\xi q: \times \pi$, hoc eſt, ſi p ponatur tam pro particula p intra circulum, quam pro particula π extra circulum, erit ſumma omnium $E\mathcal{Q}q: \times p =$ ſummæ omnium $Ezq: \times p$. Ad $C\mathcal{Q}$ duc normalem zs. Tum erit $Ezq: = Czq: + ECq: - \mathcal{Q}C \times Cs$. Quo valore ipſius $Ezq:$ ei ſubſtituto, & æquatione debite tractata, tandem invenies ſummam omnium $C\mathcal{Q} \times Cs \times p =$ ſummæ omnium $Czq: \times p$. Unde eſt $C\mathcal{Q} = \dfrac{\text{ſummæ omnium } Czq: \times p}{\text{ſumm: omnium } Cs \times p}$. At enim eſt ſumma omnium $Czq: \times p$ ipſa quantitas C in calculo centri Oſcillationis: & ſi centrum gravitatis ſit G, & ad $C\mathcal{Q}$ ducatur normalis Gg, & corpus ipſum dicatur A, erit ſumma omnium $Cs \times p = Cg \times A$. Unde eſt $C\mathcal{Q} = \dfrac{C}{Cg \times A}$. Sit centrum Oſcillationis O; tum per *Theor.* 1. erit $CO = \dfrac{C}{CG \times A}$. Unde eſt $Cg : CG :: CO : C\mathcal{Q}$. Quare per O ducta ad CO perpendicularis tranſibit per punctum $\mathcal{Q}$. $\mathcal{Q}.E.I.$

XVI. Lemma I. *Sint* ADFB, *&* A $\Delta\Phi$ B *Curvæ duæ, quarum relatio inter ſe hæc eſt, ut, ductis ad libitum ordinatis* C Δ D, E Φ F, *ſit* C Δ : CD :: E Φ : E F. *Tum ordinatis in infinitum imminutis, adeo ut coincidant Curvæ cum axe* AB; *dico quod ſit ultima ratio curvaturæ in* Δ *ad curvaturam in* D, *ut* C Δ *ad* C D. *Of the Motion of a ſtretcht String, by the ſame. n.* 337. *p.* 26. *Fig.* 41.

Demonſtratio. Duc ordinatam $c\delta d$ ipſi CD proximam; & ad D & Δ duc tangentes Dt & $\Delta\theta$, ordinatæ cd occurrentes in t & θ. Tum ob $c\delta : cd :: C\Delta : CD$ (per Hypotheſin) tangentes productæ ſibi invicem & axi occurrent in eodem puncto P. Unde ob triangula ſimilia CDP & ctP, $C\Delta P$ & $c\theta P$, erit $c\theta : ct :: C\Delta : CD$ ($:: c\delta : cd$, per Hyp.) $:: \delta\theta$ ($= c\theta - c\delta$) ad dt ($= ct - cd$.) Atqui ſunt curvaturæ in Δ & D, ut anguli contactus $\theta\Delta\delta$ & tDd; & ob $\delta\Delta$ & dD coincidentes cum cC, anguli iſti ſunt ut eorum ſubtenſæ $\delta\theta$ & dt, hoc eſt (per analogiam ſupra inventam) ut $C\Delta$ & CD. Quare, *&c.* $\mathcal{Q}.E.D.$

Lemma

Fig. 42. Lemma 2. *In aliquo articulo vibrationis ſuæ induat Nervus tenſus, inter puncta A & B, formam curvæ cujuſvis $Ap\pi B$. Tum dico quod ſit incrementum velocitatis puncti alicujus* P, *ſeu acceleratio oriunda a vi tenſionis Nervi, ut curvatura Nervi in eodem puncto.*

Demonſtratio. Finge Nervum conſtare ex particulis rigidis æqualibus infinite parvis pP & $P\pi$, *&c.* & ad punctum P erige perpendicularem PR = radio curvaturæ in P, cui occurrant tangentes pt & πt in t, iis parallelæ πs & ps in s, & chorda $p\pi$ in c. Tum, per Principia Mechanicæ, vis abſoluta, qua urgentur particulæ ambæ pP & $P\pi$ verſus R, erit ad vim tenſionis fili, ut st ad pt; & hujus vis dimidium, quo urgetur particula una pP, erit ad Nervi tenſionem, ut ct ad tp, hoc eſt, (ob triangula ſimilia ctp, tpR) ut tp vel Pp ad Rt vel PR. Quare, ob tenſionis vim datam, erit vis acceleratrix abſoluta ut $\frac{Pp}{PR}$. Sed eſt acceleratio genita in ratione compoſita ex rationibus vis abſolutæ directe & materiæ movendæ inverſe; atque eſt materia movenda ipſa particula Pp. Quare eſt acceleratio ut $\frac{1}{PR}$, hoc eſt ut Curvatura in P. Eſt enim Curvatura reciproce ut radius circuli oſculatorii. *Q. E. D.*

Prob. 1. *Definire motum Nervi tenſi.*

In hoc Problemate & ſequentibus pono Nervum moveri per ſpatium minimum ab axe motus; ut incrementum tenſionis ex aucta longitudine, item obliquitas radiorum curvaturæ poſſint tuto negligi.

Fig. 43. Itaque extendatur Nervus inter puncta A & B; & plectro deducatur punctum z ad diſtantiam Cz ab axe AB. Tum amoto plectro, ob flexuram in puncto ſolo C, illud primum incipiet moveri (*per Lemma* 2.) At ſtatim inflexo Nervo in punctis proximis Φ & d, incipient hæc puncta etiam moveri; & deinde E & e, & ſic deinceps. Item ob magnam flexuram in C, illud punctum primo velociſſime movebitur; & exinde aucta curvatura in punctis proximis D, E, *&c.* ea continuo velocius accelerabuntur; &, eadem opera, imminuta curvatura in C, id punctum viciſſim tardius accelerabitur. Et univerſaliter, punctis juſto tardioribus magis & velocioribus minus acceleratis, tandem fiet ut viribus inter ſe rite temperatis, motus omnes conſpirent, punctis omnibus ad axem ſimul euntibus & ſimul redeuntibus, vicibus alternis ad infinitum.

Sed ut hoc fiat debet Nervus ſemper induere formam curvæ $ACDEB$, cujus curvatura in quovis puncto E eſt ut ejuſdem diſtantia ab axe $E\eta$; velocitatibus etiam punctorum C, D, E, *&c.* conſtitutis inter ſe in ratione diſtantiarum ab axe Cz, $D\vartheta$, $E\eta$, *&c.* Etenim in hoc caſu, ſpatia Cx, $D\delta$, $E\varepsilon$, *&c.* eodem tempore minimo percurſa, erunt inter ſe ut velocitates, hoc eſt ut ſpatia percurrenda Cz, $D\vartheta$, *&c.* Unde erunt ſpatia reſidua xz, $\delta\vartheta$, $\varepsilon\eta$, *&c.* inter ſe in eadem ratione. Item (*per Lemma* 2.) erunt accelerationes inter ſe in eadem ratione. Quo pacto, ſemper ſervata ratione velocitatum inter ſe eadem ac ſpatiorum percurrendorum, puncta omnia ſimul pervenient ad axem & ſimul redibunt: adeoque recte definitur curva $ACDEB$. *Q. E. D.*

Præ-

Præterea, comparatis inter ſe duabus curvis $ACDEB$, & $A x \delta \epsilon B$, *per Lemma* 1. erunt curvaturæ in D & δ, ut diſtantiæ ab axe $D\vartheta$ & $\delta\vartheta$: adeoque *per Lemma* 2. acceleratio dati cujuſvis puncti in Nervo erit ut ejuſdem diſtantia ab axe. Unde (*per Phil. Nat. Princip. Math. Sect.* X. *Prop.* 51.) vibrationes omnes, tam maximæ quam minimæ, peragentur in eodem tempore periodico, & puncti cujuſvis motus ſimilis erit oſcillationi corporis Funipenduli in Cycloide. *Q. E. I.*

Cor. Sunt Curvaturæ reciproce ut radii circulorum oſculantium. Sit ergo a linea data, atque erit radius curvaturæ in $E = \frac{aa}{En}$.

Prob. 2. *Datis longitudine & pondere Nervi, una cum pondere tendente; invenire tempus unius vibrationis.*

Extendatur nervus inter puncta A & B per vim ponderis P, & ſit nervi ipſius pondus N, & longitudo L. Item conſtituatur nervus in poſitione $AFpCB$, & ad punctum medium C erige normalem CS = radio curvaturæ in C, & occurrentem axi AB in D; & ſumpto puncto p ipſi C proximo, duc normalem pc & tangentem pt. Fig. 44.

Ergo, ut in *Lemmate* 2, conſtat vim abſolutam qua acceleratur particula pC, eſſe ad vim ponderis P, ut ct ad pt, *i. e.* ut pC ad CS. Sed eſt pondus P ad pondus ipſius particulæ pC, in ratione compoſita ex rationibus P ad N, & N ad pondus particulæ pC, vel L ad pC, hoc eſt, ut $P \times L$ ad $N \times pC$. Quare compoſitis his rationibus, eſt vis acceleratrix ad vim gravitatis ut $P \times L$ ad $N \times CS$. Conſtituatur itaque pendulum longitudine CD: tum (per *Princip. Math. Sect.* X. *Prob.* 52.) erit tempus periodicum Nervi ad tempus periodicum iſtius penduli, ut $\sqrt{N} \times CS$ ad $\sqrt{P} \times L$. At (per eandem Propoſit.) data vi gravitatis longitudines pendulorum ſunt in duplicata ratione temporum periodicorum; unde erit $\frac{N \times CS \times CD}{P \times L}$, vel (pro CS ſcripto $\frac{aa}{CD}$, *per Cor. Prob.* 1.) $\frac{N \times aa}{P \times L}$ longitudo penduli cujus vibrationes ſunt iſochronæ vibrationibus Nervi.

Ad inveniendam lineam a, ſit Curvæ abſciſſa $AE = z$, & ordinata $EF = x$, & ipſa Curva $AF = v$, & $CD = b$. Tum (*per Cor. Prob.* 1.) erit radius curvaturæ in $F = \frac{aa}{x}$. At dato $\dot{v}$ eſt radius curvaturæ $\frac{\dot{v}\dot{x}}{\ddot{z}}$. Unde $\frac{aa}{x} = \frac{\dot{v}\dot{x}}{\ddot{z}}$; adeoque $aa\ddot{z} = \dot{v}x\dot{x}$: & ſumptis fluentibus $aa\dot{z} = \frac{\dot{v}xx}{2} - \frac{\dot{v}bb}{2} + \dot{v}aa$ (ubi additur data quantitas $-\frac{\dot{v}bb}{2} + \dot{v}aa$, ut fiat $\dot{z} = \dot{v}$ in puncto medio C.) Et hinc peracto calculo erit $\dot{z} = \frac{a^2\dot{x} - \frac{1}{2}b^2\dot{x} + \frac{1}{2}x^2\dot{x}}{\sqrt{a^2b^2 - a^2x^2 - \frac{1}{4}x^4 - \frac{1}{4}b^4 + \frac{1}{2}b^2x^2}}$. Evaneſcant jam b & x reſpectu a, ut coincidat curva cum axe, & fiet $\dot{z} = \frac{a\dot{x}}{\sqrt{bb - xx}}$. At centro C

&

& radio $CD = b$ deſcripto quadrante circulari DPE, & facto $CQ = x$, & erecta normali QP, atque arcu DP exiſtente y, erit $\dot{y} = \sqrt{\frac{bx}{bb - xx}} = \frac{b}{a}\dot{z}$.

Fig. 45.

Unde $y = \frac{b}{a}z$, & $z = \frac{a}{b}y$. Et facto $x = b = CD$, (quo caſu etiam fit $y =$ arcui quadrantali DPE, & $z = AD = \frac{1}{2}L$) erit $\frac{1}{2}L = a \times \frac{DE}{CD}$, atque $a = L \times \frac{CD}{2DE}$. Sit ergo CD ad $2DE$ (ut diameter circuli ad circumferentiam) ut d ad c; atque erit $aa = LL \times \frac{dd}{cc}$. Subſtituto itaque hoc valore pro aa, erit $\frac{N}{P} \times L \times \frac{dd}{cc}$ longitudo penduli iſochroni ipſi Nervo. Sit ergo D longitudo cujus tempus periodicum eſt 1, atque erit $\frac{d}{c}\sqrt{\frac{N}{P} \times \frac{L}{D}}$ tempus periodicum Nervi. *Q. E. I.* Sunt enim pendulorum tempora periodica in dimidiata ratione longitudinum.

Cor. 1. Numerus vibrationum Nervi in tempore unius vibrationis penduli D eſt $\frac{c}{d} \times \sqrt{\frac{P}{N} \times \frac{D}{L}}$.

Cor. 2. Ob datum $\frac{d}{c} \times \sqrt{\frac{1}{D}}$; tempus periodicum Nervi eſt ut $\sqrt{\frac{N}{P} \times L}$. Et dato pondere P eſt tempus ut $\sqrt{N \times L}$. Item conſtitutis Nervis ex eodem filo, quo caſu fit N ut L, eſt tempus ut L.

The Proportion of Mathematical Points to each other, by Fra. Robarts, *Eſq. n.* 334. *p.* 470.

XVII. It has heretofore paſs'd for a current Maxim, that all Infinites are equal. Divines and Metaphyſicians have not ſcrupled to ground many of their Arguments on that Foundation. The Poſition nevertheleſs is certainly erroneous, as * Dr. *Halley* abundantly has ſhewn, and has given divers Inſtances of infinite quantities which are in a determinate finite proportion one to another, and ſome infinitely greater one than another.

* *n.* 195. *p.* 556. Abr. *Vol.* I. *p.* 10.

The like may be obſerv'd of infinitely ſmall quantities (*viz.*) Mathematical Points,) as the following Propoſitions will make appear.

Prop. 1. *The Points of contact between Circles and their Tangents are in Subduplicate proportion to the Diameters of the Circles.*

Let two Circles $adcb$, $afbg$, touch one another from within at the point a. Draw the Tangent paq, and parallel to it the line mn. From the point a draw the Diameter ac.

Fig. 46.

Let ac the Diameter of the greater Circle be equal to R, and ab the Diameter of the leſſer Circle be equal to S.

Let

Plate I. pag. 56
Part I.



Let db the Chord of the Arch dab be equal to z, and fg the Chord of the Arch fag be equal to y, and let the Abſciſs ak be equal to x.

If the Line mn be ſuppoſed to move till it becomes coincident with the Tangent paq, the nature of a Circle will always give the following Æquations.

$$zz = 4Rx - 4xx.$$
$$yy = 4Sx - 4xx.$$

When the Line is arrived at the Tangent, z and y will become the two Points of Contact, and then $zz = 4Rx$ and $yy = 4Sx$. ($4xx$ being laid aſide as Heterogeneous to the reſt of the Æquation, by reaſon of x being become infinitely little) Therefore

$$zz : yy :: 4Rx : 4Sx :: R.S.$$
Therefore $z : y :: \sqrt{R} : \sqrt{S}$. *Q. E. D.*

Prop. II. *The Point of Contact between a Sphere and a Plane is infinitely greater than that between a Circle and a Tangent.* Fig. 47.

Let a be the Point of Contact between the Sphere $adqf$ and the Plane bc. About the Sphere deſcribe the Cylinder $npgm$.

Draw kh to repreſent a Circle parallel to the Plane. Let the Circle be ſuppos'd to move, till it becomes coincident with the Plane. The Cylindrical Surface $khgm$ will always be equal (according to *Archimedes*) to the Spherical Surface daf.

Now when theſe Surfaces become infinitely ſmall, one terminates in the Point of Contact, and the other in the Periphery of the Baſe of the Cylinder. Therefore the Point of Contact is equal to the Periphery of the Baſe of the Cylinder (equal to a Periphery which has the ſame Diameter as the Sphere) and by conſequence is infinitely greater than any point of Contact between a Circle and a Tangent. *Q. E. D.*

Prop. III. *The Points of Contact by Spheres of different Magnitude are to one another as the Diameters of the Spheres.*

For by the ſecond Propoſition the Points of Contact are equal to the Peripheries of ſuch Diameters, whoſe proportion is the ſame as the Diameters. *Q. E. D.*

XVIII. Ponenda ſunt fundamenti loco hæc tria, quibus omnis Phyſice innititur, principia. 1. Spatium inane. 2. Quantitatis in infinitum diviſibilitas. 3. Materiæ vis Attractrix. Dari ſpatium inane conſtat ex motu corporum. Quantitatis in infinitum diviſibilitatem ex continuæ quantitatis natura demonſtrant Geometræ. Materiæ ineſſe vim attractricem confirmat experientia. Ex duobus primis principiis ſequitur. *Of the Laws of Attraction and other Phyſical Principles, by Dr.* John Keill. n. 315. p. 97.

Theorema I. *Materiæ exigua qualibet particula poteſt ita ſpatium quantumvis largum occupare, ut pororum ſeu omnium meatuum diametri ſint data recta minores, vel ut particulæ omnes ſint a ſe invicem remotæ intervallo data recta minore.*

Theorema II. *Dari possunt duo corpora mole æqualia, at pondere seu densitate (id est quantitate materiæ) utcunque inæqualia, in quibus erunt meatuum seu pororum summæ fere æquales.*

Sit *v. g.* digitus cubicus alter auri, alter aeris: quamvis materia in cubo aureo vicesies millies superat materiam in cubo aereo, fieri tamen potest ut spatia vacua in digito cubico auri sint fere æqualia spatiis vacuis in digito cubico aeris, scil. ut auri vacuitates sint ad vacuitates aeris ut 999999 ad 1000000.

Theor. III. *Particulæ quæ aquam vel aerem vel alia ejusmodi fluida constituunt (si modo se tangant) non sunt absolute solidæ, sed ex aliis compositæ particulis multos meatus & poros intra se continentibus.*

Particulæ corporum minimæ & absolute solidæ, hoc est vacui omnino expertes, vocentur primæ compositionis; Moleculæ ex pluribus hisce particulis coalescentibus ortæ vocentur particulæ secundæ compositionis; Moles ex pluribus moleculis coeuntibus conflatæ, vocentur particulæ tertiæ compositionis; & sic deinceps, donec tandem perventum fuerit ad particulas, e quibus corporum fit ultima compositio, & in quas eorundem fit prima resolutio.

Theor. IV. *Præter vim illam Attractricem, qua Planetarum Cometarumque corpora in propriis orbitis retinentur, alia etiam inest materiæ potentia, qua singulæ, ex quibus illa constat, particulæ se invicem attrahunt, & reciproce a se invicem attrahuntur: quæ vis decrescit in majore quam duplicata ratione distantiæ augescentis.*

Theorema hoc multis potest probari experimentis; at ratio qua minuitur vis illa, dum a se invicem recedunt particulæ, num scilicet sit triplicata, quadruplicata, vel alia quævis distantiarum augescentium ratio, quæ major sit duplicata, nondum æque per experimenta patet; erit fortasse aliquando tempus, cum accuratiore adhibita diligentia innotescet.

Theor. V. *Si corpus constet ex particulis, quarum singulæ vi pollent attractrice, in triplicata vel plusquam triplicata ratione distantiarum decrescente; erit vis qua ab eo corpore urgetur corpusculum, in ipso contactu, vel intervallo a contactu infinite exiguo, infinite major, quam si corpusculum illud ad datam a dicto corpore distantiam locaretur.* *

* *Vide Prop.* 80. & 91. *Princip. Newtoni.*

Theor. VI. *Iisdem positis si vis illa attractiva in assignabili distantia, ad Gravitatem obtineat rationem finitam; eadem in ipso contactu, vel in distantia infinite parva, vi Gravitatis erit infinite major.*

Theor. VII. *Si vero in ipso contactu, vis corporum Attractiva ad Gravitatem obtineat rationem finitam, eadem in omni distantia assignabili est vi gravitatis infinite minor, adeoque evanescit.*

Theor. VIII. *Vis Attractiva, qua pollent singulæ materiæ particulæ in ipso contactu, vim gravitatis prope in immensum superat; non tamen est vi Gravitatis infinite major; adeoque in data distantia vis illa evanescet.*

Vis

Vis igitur hæc materiæ ſuperaddita, non niſi per ſpatiola admodum perexigua diffunditur; in majoribus diſtantiis prorſus nulla eſt; unde motus corporum Cœleſtium (quæ longis intervallis a ſe invicem disjuncta ſunt) per vim hanc Attractivam nulla ratione turbari poſſunt, ſed eadem ratione continuo peraguntur, ac ſi vis illa a corporibus iis prorſus abeſſet.

Theor. IX. *Si corpuſculum aliquod corpus tangat, vis qua urgetur illud corpuſculum, hoc eſt, vis qua cum eo corpore cohæret, erit quantitati contactus proportionalis; nam partes a contactu remotiores nihil conferunt ad cohærentiam.*

Adeoque pro vario particularum contactu varii orientur cohærentiæ gradus; omnium autem maximæ ſunt vires cohærentiæ, quando ſuperficies, in quibus ſe invicem tangunt corpora, planæ exiſtunt; quo in caſu, cæteris paribus, vis qua corpuſculum cum aliis cohæret, erit ut ſuperficierum partes ſeſe tangentes.

Hinc patet ratio, cur duo marmora exactiſſime polita, & ſeſe ſecundum ſuperficies planas tangentia, a ſe invicem divelli non poſſunt, niſi a pondere, quod Gravitatem Aeris incumbentis multum ſuperat.

Hinc etiam decantatiſſimi iſtius Problematis, de cohærentia materiæ, ſolutio elici poteſt.

Theor. X. *Ea corpuſcula facillime a ſe invicem ſeparantur, quarum contactus cum aliis ſunt pauciſſimi, & minimi; quales contingere ſolent in corpuſculis Sphæricis infinite exiguis.*

Hinc fluiditatis ratio redditur.

Theor. XI. *Vis qua corpuſculum aliquod ad aliud corpus maxime propinquum attrahitur, quantitatem ſuam non mutat, ſive augeatur corporis attrahentis materia, ſive minuatur, eadem manente corporis denſitate, & corpuſculi diſtantia.*

Nam cum vires particularum Attractrices per minima tantum diffundantur ſpatia; liquet partes remotiores ad *C*, *D* & *E*, nihil conferre ad attrahendum corpuſculum *A*. Adeoque eadem vi verſus *B* trahetur corpuſculum ſive adſint hæ partes, ſive amoveantur, ſive denique aliæ ipſis conjungantur. Fig. 48.

Theor. XII. *Si ea ſit corporis alicujus textura, ut particulæ ultimæ compoſitionis, per vim quandam externam (qualis eſt pondus eas comprimens, vel ab altero corpore proveniens ictus) a primigeniis ſuis contactibus paululum dimoveantur, nec interim in novos contactus commigrent; particulæ, per vim attractivam ſeſe mutuo petentes, ad contactus primigenios cito redibunt: iiſdem vero redeuntibus particularum corpus quodvis componentium contactibus & poſitionibus, eadem quoque redibit corporis figura; adeoque per vim attractivam corpora priſtinas quas amiſerunt figuras poſſunt denuo recuperare.*

Hinc Elaſticitatis ratio reddi poteſt. Cum autem per vim Elaſticam corpora, in ſe invicem impingentia, a ſe mutuo reſiliant (ut demonſtratum

tum est in Lectionibus nostris Physicis) a vi attractiva corporum oriri etiam debet eorundem a se invicem discessus.

Theor. XIII. *Quod si ea sit corporis textura, ut particulæ a prioribus contactibus per vim impressam dimotæ, in alios qui ejusdem sunt gradus immediate deveniant, corpus illud in pristinam figuram non se restituet.*

Hinc qualis sit textura, in qua corporum mollities consistit, intelligi potest.

Theor. XIV. *Particulæ materiæ pro diversa ipsarum structura & compositione diversis pollebunt viribus attractivis, puta non erit æque fortis attractio, cum particula datæ magnitudinis pluribus perforata sit meatibus, ac si omnino solida & vacui expers esset.*

Theor. XV. *Particularum perfecte solidarum vires attractivæ ex figuris ipsarum multum pendent*, Nam si parva aliqua materiæ particula in laminam circularem indefinite exiguæ crassitudinis formetur, & corpusculum in recta per centrum transeunte & ad planum circuli Normali locetur; sitque distantia corpusculi æqualis decimæ parti semidiametri circuli: vis qua urgetur corpusculum tricesies minor erit, quam si materia attrahens coalesceret in Sphæram, & virtus totius particulæ ex uno quasi puncto Physico diffunderetur. Quin etiam eadem circularis lamella fortius ad se trahit corpusculum, quam alia ejusdem ponderis particula, quæ in tenuem & longum formatur Cylindrum.

Theor. XVI. *Sales sunt corpora, quorum particulæ ultimæ compositionis magna vi attractiva pollent, inter quas tamen particulas plurimi interjacent meatus, particulis, quas habet aqua, ultimæ compositionis pervii: quæ igitur a salinis particulis fortiter attractæ, in eas cum impetu ruunt, & a mutuo contactu eas disjungunt, cohærentiamque salium dissolvunt.*

Theor. XVII. *Si corpuscula duo viribus attractivis decrescentibus in triplicata aut plusquam triplicata ratione distantiarum se mutuo petunt; erit velocitas in se invicem impingentium infinite major quam in dato intervallo.* Vide Prop. 39. Princip. Newtoni.

Theor. XVIII. *Corporis aqua gravioris eo usque diminui potest magnitudo, ut tandem in aqua suspensum maneat, nec vi propriæ Gravitatis descendat.*

Hinc patet ratio, cur particulæ Salinæ, Metallicæ, & aliæ ejusmodi, in minima redactæ, in suis menstruis suspensæ hæreant.

Theor. XIX. *Corpora majora minore velocitate ad se invicem accedunt, quam minora.*

Fig. 49. Vis enim, qua se mutuo petunt corpora *A* & *B*, particulis maxime propinquis tantum inest; remotiorum quippe vires nullæ sunt. Non igitur major vis adhibetur ad movenda corpora *A* & *B* quam ad particulas *c* & *d* movendas, sed corporum eadem vi motorum velocitates sunt corporibus reciproce proportionales: unde erit velocitas qua corpus *A* tendit versus

versus *B*, ad velocitatem, qua particula *c*, a corpore soluta, versus idem *B* tenderet, ut particula *c* ad corpus *A*. Multo igitur minor est velocitas corporis *A*, quam foret velocitas particulæ *c* a corpore solutæ.

Hinc fit, ut corporum majorum motus sua natura adeo languidus & lentus sit, ut ab ambiente fluido & aliis circumjacentibus corporibus plerumque impediatur. In minimis vero corpusculis viget virtus, & ab iis perplurimi producuntur effectus: tanto plus Energiæ minoribus inest corporibus, quam majoribus.

Hinc patet ratio istius Axiomatis Chymici, Sales non agunt nisi soluti.

Theor. XX. *Duo corpuscula sese non contingentia, adeo sibi vicina locari possunt, ut vis, qua se mutuo petunt, vim Gravitatis multum superet.*

Theor. XXI. *Si corpusculum in fluido locatum a particulis ambientibus undique æqualiter trahatur, nullus exinde orietur corpusculi motus; quod si ab aliis particulis magis, ab aliis minus urgeatur; ad eam partem tendet corpusculum, ubi major est attractio: & motus productus inæqualitati attractionis respondebit, scilicet in majori inæqualitate major erit motus, in minore minor.*

Theor. XXII. *Corpuscula in fluido natantia & magis se invicem trahentia quam fluidi particulas interjectas, depulsis fluidi particulis ad se invicem accedent ea vi, qua ipsorum attractio mutua superat attractionem particularum fluidi.*

Theor. XXIII. *Si corpus aliquod in fluido locetur, cujus partes fluidi particulas magis ad se trahunt, quam fluidi particulæ a se invicem trahuntur; sintque in corpore meatus plurimi particulis fluidi pervii, per hos meatus fluidum illud cito se diffundet; & si partium in corpore connexio non tam firma sit, quin ab impetu irruentium particularum superari possit, orietur exinde corporis immersi dissolutio.*

Hinc ut menstruum dato corpori dissolvendo sit idoneum, tria requiruntur, 1. Ut partes corporis particulas menstrui magis ad se trahant, quam eæ a se invicem trahuntur. 2. Ut corpus habeat meatus particulis menstrui patentes, & pervios. 3. Ut cohærentia particularum corpus constituentium tanta non sit, quin ab impetu irruentium particularum menstrui divelli possit. Hinc quoque constat particulas Spiritum Vini constituentes, magis a se invicem trahi, quam a particulis corporis salini in Spiritu Vini demersi.

Theor. XXIV. *Si corpuscula in fluido natantia, & se invicem petentia, Elastica sint, post congressum, a se mutuo resilient; & inde in alia corpuscula rursus impingentia, denuo reflectentur: ex quo fient innumeri alii cum aliis corpusculis conflictus continuæque resilitiones. Per vim autem attractivam, continuo augebitur corpusculorum velocitas, & sensui patebit partium motus Intestinus; sed prout fortius aut imbecillius se invicem trahunt corpuscula, & pro varia, qua pollent Elasticitate, varii erunt hi motus, & diversis gradibus atque temporibus, fient sensibiles.*

Theor.

Theor. XXV. *Si corpuscula se invicem trahentia, se mutuo contingant, nullus orietur motus; propius enim accedere nequeunt: Si ad exiguum admodum a se invicem seponantur spatium, orietur motus, sed si longius distent, non majore vi se invicem trahent, quam fluidi particulas interjectas; adeoque nullus producetur motus.*

Ex hisce principiis pendent omnia Fermentationis & Effervescentiæ Phænomena. Hinc patet ratio cur oleum Vitrioli, cui paululum aquæ immittitur, effervescit atque ebullit: corpuscula enim salina infusa aqua a mutuo contactu paululum dimoventur; unde cum magis se invicem trahant quam aquæ particulas, & cum undique æqualiter non trahuntur, motum exinde oriri necesse est.

Hinc etiam liquet ratio, cur tanta cietur ebullitio, cum limatura Chalybis mixturæ supradictæ injicitur: particulæ enim chalybis magna pollent Elasticitate, unde valida oritur reflectio. Hinc etiam videre est, cur menstrua quædam fortiori vi agunt, citiusque corpus aliquod dissolvunt, si aqua dilutiora fiant.

Theor. XXVI. *Si corpuscula se mutuo attrahentia vi Elastica careant, a se invicem non reflectuntur; sed congeries seu moleculas particularum efficient, unde fiet* Coagulum: *& si particularum sic coacervatarum Gravitas superet Gravitatem fluidi, succedet quoque* Præcipitatio. *Oriri quoque potest præcipitatio ex aucta vel diminuta Gravitate menstrui, in quo natant corpuscula.*

Theor. XXVII. *Si corpusculorum sese invicem attrahentium, & in fluido natantium, ea sit figura, ut in datis quibusdam ipsorum partibus, majore vi attractiva polleant, quam in aliis, & major sit in iisdem contactus; corpuscula illa coibunt in corpora datas figuras habentia, & inde emergent Chrystallisationes; corpusculorumque componentium figuræ ex data figura Chrystalli per Geometriam determinari possunt.*

Theor. XXVIII. *Si corpuscula magis trahantur a fluidi particulis, quam a se invicem; fiet ut quasi se mutuo fugientes, a se invicem recedant, & per omne fluidum cito diffundentur.*

Theor. XXIX. *Si inter duas fluidi particulas aliquod intercedat corpusculum, cujus binæ oppositæ facies maximis pollent viribus attractivis, hoc interjectum corpusculum particulas fluidi sibi agglutinabit; & plura istiusmodi corpuscula per fluidum diffusa ejus particulas omnes in corpus firmum compingent, fluidumque in* Glaciem *reducent.*

Theor. XXX. *Si corpus aliquod maximam emittat effluviorum copiam, quorum vires attractrices sunt fortissimæ; cum effluvia hæc corpori alicui leviusculo appropinquent, ipsorum vires attractrices Gravitatem corporis levioris tandem superabunt; & effluvia corpus illud ad se sursum trahent; cumque multo magis conferta sunt Effluvia, in minoribus ab emittente corpore distantiis, quam in majoribus; corpus leve versus densiora Effluvia semper urgebi-*

urgebitur, donec tandem ipsi corpori effluvia emittenti adhæreat. Hinc plurima Electricitatis *Phænomena explicari possunt.*

Contra nostram hanc de viribus attractricibus doctrinam fortasse objiciet aliquis; Si vis hæc attractrix omni inesset materiæ; corpora ponderosiora & plus materiæ in dato spatio habentia, plus debere attrahere, quam corpora minus Gravia, quod experientiæ repugnat. Sed huic objectioni facile respondetur. Particulæ scilicet ultimæ compositionis (quibus solis tribuitur vis attractrix) confertim juxta se invicem locatæ, possunt corpus ponderosum constituere, etiamsi ipsæ in se sint rariores, quam eæ quæ corpus leve constituunt ultimæ compositionis particulæ, a se invicem remotiores, & plures & patentiores meatus inter se habentes.

Alia multa sunt Naturæ Phænomena, quæ mihi videntur iisdem principiis explicari posse, uti ascensus succi in Plantis & Arboribus, foliorum & florum determinatæ & constantes figuræ, eorumque virtutes specificæ, *&c.* Multa quoque quæ in corpore animali quotidie occurrunt, præcipue quæ ad fluidorum cursus Secretionesque spectant, ab iisdem materiæ qualitatibus pendent, & hinc morborum *Theoria* & medicamentorum effectus optime eruuntur.

XIX. Theorema. *Si corpus urgente vi Centripeta in curva aliqua moveatur; Erit vis illa in quovis Curvæ puncto, in ratione composita ex directa ratione distantiæ corporis a centro virium, & reciproca ratione Cubi perpendicularis a Centro in rectam in eodem puncto Curvam Tangentem demissæ, ducti in Radium Curvaturæ quem ibi obtinet curva.* *Of the Laws of Centripetal Force. by the same. n. 317. p. 175.*

Sit *QAO* Curva quælibet a mobili urgente vi centripeta ad punctum *S* tendente descripta. Sitque *AO* arcus in minimo quovis tempore percursus, *Pm* ejus tangens, *AR* Radius circuli æquicurvi, hoc est cujus Peripheriæ pars minima cum Arcu *AO* coincidat. Et sit *SP* recta a puncto *S* in tangentem perpendiculariter demissa; Ducantur *Om* ad *SA* & *On* ad *SP* Parallelæ. Et exponat *Om* vim qua mobile in *A* urgetur versus *S*. Vis qua perpendiculariter a tangente recedit corpus, erit ut *On*, id est vis tendens versus *R*, & faciens ut mobile, eadem qua prius velocitate latum, describet circulum æquicurvum arcui *AO*, erit ad vim tendentem versus *S*, qua corpus in curva *AO* movetur, ut *On* ad *Om*, vel ob æquiangula triangula ut *SP* ad *SA*. Sed corporum in circulis latorum vires centripetæ sunt ut quadrata velocitatum applicata ad Radios; per *Corol. Theorem.* 4. *Princip. Newtoni.* Est vero velocitas reciproce ut *SP*, sive directe ut $\frac{1}{SP}$ adeoque quadratum velocitatum erit ut $\frac{1}{SP^2}$: vis igitur ut *On*, sive vis qua in circulo æquicurvo moveri potest corpus, erit ut $\frac{1}{SP^2 \times AR}$: Ostensum autem est, esse *SP* ad *SA* ut vis tendens versus *R*, qua corpus in circulo æquicurvo moveri potest, ad vim tendentem versus *S*: sed est vis tendens versus *R* ut $\frac{1}{SP^2 \times AR}$, adeoque cum sit *SP* : *SA* :: *Fig.* 53.

$:: \frac{1}{SP^2 \times AR} : \frac{SA}{SP^3 \times AR}$ erit vis tendens versus S, ut $\frac{SA}{SP^3 \times AR}$. *Q. E. D.*

Cor. Si curva QAO sit circulus, erit vis centripeta tendens versus S,
Fig. 51. ut $\frac{SA}{SP^3}$. Adeoque si vis centripeta tendat ad S punctum in circumferentia situm, erit [per 32 tertii] ang. $PAS =$ ang. AQS; adeoque ob similia triangula ASP, ASQ, erit $AQ : AS :: AS : SP$: unde $SP = \frac{AS^2}{AQ}$ & $SP^3 = \frac{AS^6}{AQ^3}$ unde $\frac{SA}{SP^3} = \frac{SA \times AQ^3}{AS^6} = \frac{AQ^3}{AS^5}$, hoc est, ob datum AQ, erit vis reciproce ut AS^5.

Sit DAB, Ellipsis cujus Axis DB, foci F & S, AR, OR duæ perpen-
Fig. 52. diculares in curvam sibi proximæ: ducantur KL, OT in SA, & KM in
(a) Prop. 3. El. 6ti. OR perpendiculares. Quia $SA : SK :: (a)\ FA + SA : FS$, hoc est data ratione, erunt rectarum SA, SK Fluxiones AT, Kk ipsis SA, SK pro-
(b) Prop. 6. partis 4tæ Sect. Con. Milnij. portionales; & est $AL = (b)\ \frac{1}{2}$ lateris Recti $= \frac{1}{2} L$. Porro ob KA ad SP parallelam, est angulus $ASP = KAL = TOA$ ob ang. TAO utrinque complementum ad rectum: quare $KA : AL :: SA : SP$, unde $SP = \frac{L}{2} \times \frac{SA}{KA}$ & $KA = \frac{L}{2} \times \frac{SA}{SP}$. Porro ob æquiangula triang. KMk, GPS & OTA, SPA.

Est $KM : Kk :: GP : GS :: AP : SK$
Item $Kk : AT \quad :: \quad SK : SA$
Item $AT : AO \quad :: \quad AP : SA$

Erit $KM : AO :: AP^2 : SA^2 :: SA^2 - SP^2 : SA^2 :: SA^2 - \frac{L^2 \times SA^2}{4AK^2} : SA^2 :: 4AK^2 - L^2 : 4AK^2$, unde $L^2 : 4AK^2 :: (AO - KM : AO ::)\ AK : AR$ ac proinde $AR = \frac{4AK^3}{L^2}$. Eodem prorsus ratiocinio invenietur Radius Curvaturæ in Hyperbola æqualis $\frac{4AK^3}{L^2} = \frac{L \times SA^3}{2SP^3}$.

In Parabola vero facilior est calculus. Nam ob datam subnormalem,
Fig. 53. est Kk semper $= AT =$ Fluxioni Axis; & triangula KkM, ATO, SPA, AKL, æquiangula, unde $KM : Kk :: AP : SA$, item est AT vel Kk : $AO :: AP : SA$, unde $KM : AO :: AP^2 : SA^2 :: SA^2 - SP^2 : SA^2 ::$ unde erit $SP^2 : SA^2 :: AO - KM : AO :: AK : AR$, ac proinde $AR = \frac{SA^2 \times AK}{SP^2}$ sed est $AL = \frac{1}{2}$ lateris Recti $= \frac{1}{2} L$, & $AK : AL :: SA : SP$, quare erit $\frac{L}{2} \times \frac{SA}{AK} = SP$, & $SP^2 = \frac{L^2 \times SA^2}{4AK^2}$; quare erit $AR = \frac{4AK^3}{L^2}$, vel quoniam est, $AK = \frac{L \times SA}{2SP}$, erit $AR = \frac{L \times SA^3}{2SP^3}$.

Atque ex his facillima oritur constructio, pro determinando Radio curvaturæ in quavis Sectione Conica. Sit enim AK perpendicularis in Sectionem occurrens Axi in K, ex K super AK erigatur perpendicularis HK,

HK, cum AS producta concurrens in H. Ex H erigatur super AH perpendicularis HR, erit AR radius curvaturæ. In Parabola paulo simplicior adhuc evadit constructio. Nam quoniam ex natura Parabolæ est $SA = SK$, & ang. AKH rectus, erit S centrum circuli per AKH transeuntis, unde invenitur Radius curvaturæ producendo SA in H, ut $SH = SA$, & in H erigendo perpendicularem HR; Et R erit centrum circuli osculantis Parabolam in A. Fig. 54.

Vis Centripeta tendens ad focum Sectionis Conicæ in qua corpus movetur, est reciproce proportionalis quadrato distantiæ. Nam quoniam $AR = \frac{L \times SA^3}{2SP^3}$ erit $\frac{SA}{SP^3 \times AR} = \frac{SA \times 2SP^3}{SP^3 \times L \times SA^3} = \frac{2}{L \times SA^2}$ hoc est ob datam $\frac{2}{L}$ erit vis centripeta ut $\frac{1}{SA}$.

Sit Ellipsis BAD quam tangit in A recta GE. Sintque SP per centrum Ellipsis & KA per contactum, transeuntes, perpendiculares in tangentem. Erit $SP \times KA =$ quartæ parti figuræ Axis seu $=$ quadrato semiaxis minoris $= BO \times DE$. Nam ob æquiangula triang. GBO, GLA, GAK, GPS & GDE, Fig. 55.

$$SP : SG :: BO : GO$$
$$SG : DG :: BG : LG :: GO : GA$$
$$DG : DE :: GA : AK,$$

unde $SP : DE :: BO : AK$; & $SP \times AK = DE \times BO = \frac{1}{2} L \times SB$.

Hinc si Mobile moveatur in Ellipsi, vi centripeta tendente ad centrum Ellipsis, erit vis illa directe ut distantia; Nam est $\frac{SP^3 \times 4 AK^3}{L^2} =$ datæ quantitati. Quia est $SP \times AK$ quantitas data. Vis igitur, ut $\frac{SA}{SP^3 \times AR}$, erit ut SA distantia.

In figura 52 demissa ab altero umbilico F: in Tangentem Perpendiculari FI. Ob æquiangula Triangula SAP, FAI, erit $SA : SP :: FA : FI = \frac{SP \times FA}{SA}$ unde erit $SP \times FI = \frac{SP^2 \times FA}{SA} =$ quadrato semiaxis minoris: unde si Axis major vocetur b, minor autem $2d$, erit $SP^2 = \frac{d^2 SA}{b - SA}$ & $SP = \frac{d SA^{\frac{1}{2}}}{\sqrt{b - SA}}$.

In Hyperbola autem est $SP = \frac{d SA^{\frac{1}{2}}}{\sqrt{b + SA}}$.

In Parabola est $SP = \sqrt{d\, SA}$, posito ejus latere recto $= 4d$.

Quoniam est $TA^2 : TO^2 :: AP^2 : SP^2 :: SA^2 - SP^2 : SP^2 :: SA^2 - \frac{d^2 SA}{b - SA} : \frac{d^2 SA}{b - SA} :: SA - \frac{d^2}{b - SA}\ \frac{d^2}{b - SA} :: bSA - SA^2 - d^2 : d^2$, erit $\sqrt{bSA - SA^2 - d^2} : d :: TA : TO$; cumque sit $TA = SA$, erit $TO = \frac{d S A}{\sqrt{bSA - SA^2 - d^2}}$.

Sit jam QAO quælibet curva, cujus arcus minimus ſit AO, tangentes in punctis A & O, AP, Op. Radius Curvaturæ AR, Perpendiculares in tangentes ſint SP, Sp, erit $\frac{SA\times TA}{fP}=AR$. Nam ob æquiangula triangula eſt $fP:AO::PA:RA$ & $AO:TA::SA:PA$; unde ex æquo erit $fP:TA$ vel $S\dot{A}::SA:RA$, eſt vero $fP=S\dot{P}$, quare erit $RA=\frac{SA\times S\dot{A}}{S\dot{P}}$.

Fig. 56.

Hinc ſi diſtantia SA, in ſuam Fluxionem ducatur, & dividatur per Fluxionem perpendicularis, habebitur radius Curvaturæ; Quo Theoremate facile determinatur Curvatura in Radialibus curvis. Exempli Gratia, Sit AQ, Spiralis Nautica; quoniam angulus SAP datur, ratio quoque SA ad SP dabitur; ſit illa ratio a ad b, erit $SP=\frac{bSA}{a}$ & $S\dot{P}=\frac{bS\dot{A}}{a}$ & $AR=\frac{SAS\dot{A}}{S\dot{P}}=\frac{aSA}{b}$; unde facile conſtabit, Spiralis Nauticæ Evolutam eſſe eandem Spiralem, in alia poſitione.

Quoniam $AR=\frac{SAS\dot{A}}{S\dot{P}}$, erit $\frac{SA}{SP^3\times AR}=\frac{S\dot{P}}{SP^3\times S\dot{A}}$. Atque hinc rurſus, ex data relatione SA ad SP, facile invenietur lex vis centripetæ.

Exemplum. Sit VAB Ellipſis cujus focus S, Axis major $VB=b$, Axis minor $=2d$, latus Rectum $=2R$. Sitque VaQ alia curva, ita ad hanc relata, ut ſit perpetuo angulus VSA angulo VSa proportionalis, & ſit $Sa=SA$. Quæritur lex vis centripetæ tendentis ad S, qua corpus in curva VaQ moveri poteſt.

Fig. 57.

Quoniam ang. VSA eſt ad VSa, in data ratione; horum angulorum incrementa erunt in eadem ratione, ſitque ea ratio m ad n; unde erit $ot=\frac{n\times OT}{m}$. Eſt autem $OT=\frac{dS\dot{A}}{\sqrt{bSA-SA^2-d^2}}$ unde erit $ot=\frac{ndS\dot{A}}{m\sqrt{bSA-SA^2-d^2}}$.

Quoniam autem eſt $SA^2+SP^2:SP^2::ta^2+ot^2:ot^2::S\dot{A}^2+\frac{n^2d^2S\dot{A}^2}{m^2\,bSA-SA^2-d^2}:\frac{n^2d^2S^2}{m^2\,bSA-SA^2-d^2}::1+\frac{n^2d^2}{m^2\times\overline{bSA-SA^2-d^2}}:\frac{n^2d^2}{m^2\times\overline{bSA-SA^2-d^2}}::m^2bSA-m^2SA^2-m^2d^2+n^2d^2:n^2d^2$, unde erit $\sqrt{m^2bSA-m^2SA^2-m^2d^2+n^2d^2}:nd::SA:SP$, & $SP=\frac{ndSA}{\sqrt{m^2bSA-m^2SA^2-m^2d^2+n^2d^2}}$. Cujus ut habeatur fluxio pro $m^2bSA-m^2SA^2-m^2d^2+n^2d^2$, ſcribatur x; & erit $SP=\frac{ndSA}{\sqrt{x}}$, & $SP^3=\frac{n^3d^3SA^3}{x^{\frac{3}{2}}}$; & eſt $\dot{x}=m^2bS\dot{A}-2m^2SAS\dot{A}$, & $S\dot{P}=ndS\dot{A}\times x^{-\frac{1}{2}}$

$-\frac{1}{2}$

$-\frac{1}{2}\frac{nASA\dot{x}}{x^{\frac{3}{2}}}$, & reducendo partes ad eundem denominatorem; erit $S\dot{P} = \frac{nd S\dot{A}\ x - \frac{1}{2} nd SA\dot{x}}{x^{\frac{3}{2}}}$. Et in numeratore, loco x & $\dot{x}$, ponendo ipsorum valores, & ordinando fit $S\dot{P} = \frac{nd S\dot{A} \times \frac{1}{2}m^2 bSA - m^2d^2 + n^2d^2}{x^{\frac{3}{2}}}$, unde erit $\frac{S\dot{P}}{SP^3 \times S\dot{A}} = \frac{\frac{1}{2}m^2 bSA - m^2d^2 + n^2d^2}{n^2d^2SA^3}$. Sed est $\frac{S\dot{P}}{SP^3 \times S\dot{A}}$, ut vis centripeta, quare erit vis, ut $\frac{\frac{1}{2}m^2 bSA - m^2d^2 + n^2d^2}{n^2d^2SA^3}$ vel ob datam n^2d^2 in denominatore erit vis, ut $\frac{\frac{1}{2}m^2 bSA - m^2d^2 + n^2d^2}{SA^3}$, vel loco d^2 ponendo $\frac{bR}{2}$ erit vis ut $\frac{\frac{1}{2}m^2 bSA - \frac{1}{2}m^2 bR + \frac{1}{2}n^2 bR}{SA^3}$, seu ob datam $\frac{b}{2}$, ut $\frac{m^2SA - Rm^2 + Rn^2}{SA^3} = \frac{m^2}{SA^2} + \frac{Rn^2 - Rm^2}{SA^3}$. Quæ omnia exacte coincidunt cum iis quæ a Domino *Newtono* de vi centripeta corporis in eadem curva moti, traduntur, in *Prop.* 44. *Princip.*

Quoniam vis Centripeta tendens ad punctum S, qua urgente corpus in curva moveri potest, est semper ut $\frac{S\dot{P}}{SP^3 \times S\dot{A}}$; hinc ex data lege vis Centripetæ, Inveniri potest relatio SA ad SP, ac proinde per methodum Tangentium Inversam, exhiberi potest Curva quæ data vi Centripeta describi possit.

Sit verbi gratia Vis reciproce ut distantiæ Dignitas quælibet m, hoc est, sit $\frac{S\dot{P}}{SP^3 \times S\dot{A}} = \frac{b}{a^2 \overline{SA}^m}$, erit $\frac{S\dot{P}}{SP^3} = \frac{bS\dot{A}}{a^2\overline{SA}^m}$, & capiendo harum fluxionum fluentes; erit $\frac{1}{2}\ SP^{-2} = \frac{bSA^{1-m} \mp e}{m - 1 \times a^2}$, unde erit $\frac{\frac{m-1}{2} \times a^2}{bSA^{1-m} \mp e} = SP^2$, & multiplicando tam numeratorem, quam denominatorem fractionis, per SA^{m-1}; & loco $\frac{m-1}{2}a^2$ ponendo d^2, fit $\frac{d^2 SA^{m-1}}{b \mp e\overline{SA}^{m-1}} = SP^2$; quare erit $SP = \frac{d\sqrt{\overline{SA}^{m-1}}}{\sqrt{b \mp e SA^{m-1}}}$.

Quod si quantitas constans e sit nihilo æqualis erit $SP \frac{\sqrt{SA^{m-1}}}{\sqrt{b}}$.

Adeoque si vis reciproce ut distantiæ quadratum, poni potest $SP = \frac{\sqrt{d^2 SA}}{\sqrt{b}}$, & curva erit Parabola cujus latus rectum est $\frac{4d^2}{b}$, vel potest esse $SP = d \times \frac{\sqrt{SA}}{\sqrt{b - SA}}$, & curva erit Ellipsis, vel denique potest esse $SP = d \times \frac{\sqrt{SA}}{\sqrt{b \times SA}}$, & curva evadit Hyperbola.

Si vis ſit reciproce ut diſtantiæ cubus, ſupponi poteſt, ut SP ſit $= \frac{dSA}{b}$ & curva ſit ſpiralis Nautica, vel fieri poteſt ut ſit $SP = \frac{dSA}{\sqrt{b - eSA^2}}$, & Curva erit eadem cum ea cujus conſtructionem a ſectore hyperbolæ petit Dominus *Newtonus*; vel poteſt eſſe $SP = \frac{dSA}{\sqrt{b + eSA^2}}$, & ejus Curvæ conſtructionem per Sectores Ellipticos tradit idem *Newtonus*, *Cor.* 3. *Prop.* I. *lib.* I. *Princip.*

Si vis centripeta ſit reciproce ut diſtantia; relatio inter SA & SP, æquatione Algebraica definiri nequit, Curva tamen per Logarithmicam vel per quadraturam Hyperbolæ conſtruitur, ſit enim $SP = \frac{d}{\sqrt{b - L.SA}}$, ubi $L.SA$ deſignat Logarithmum ipſius SA.

Fig. 50. Moveatur jam corpus in Curva QAO, urgente vi centripeta tendente ad S; & Celeritas corporis in A dicatur C; celeritas autem qua corpus urgente eadem vi centripeta, in eadem diſtantia, in circulo moveri poteſt, dicatur c. Conſtat ex Theoremate primo, quod ſi SA exponat vim Centripetam tendentem ad S; vis Centripeta tendens ad R, qua urgente, corpus cum celeritate C, circulum cujus radius eſt AR deſcribet; per SP exponetur. Corporum autem circulos deſcribentium vires Centripetæ ſunt ut velocitatum quadrata ad circulorum radios applicata, quare erit $SP : SA :: \frac{C^2}{AR} : \frac{c^2}{SA}$, unde erit $SP \times AR : SA^2 :: C^2 : c^2$ & $C : c :: \sqrt{SP \times AR} : SA$.

Si SP cum SA coincidat, ut ſit in figurarum verticibus, erit $C : c :: \sqrt{AR} : \sqrt{SA}$. Quod ſi curva ſit Sectio Conica AR, radius curvaturæ in ejus vertice eſt æqualis dimidio lateris recti $= \frac{1}{2} L$, ac proinde erit velocitas corporis in vertice Sectionis, ad velocitatem corporis in eadem diſtantia circulum deſcribentis, in dimidiata ratione lateris recti, ad diſtantiam illam duplicatam.

Quoniam eſt $AR = \frac{SA \times S\dot{A}}{S\dot{P}}$, erit $C^2 : c^2 :: \frac{SP \times SA \times S\dot{A}}{S\dot{P}} : SA^2 :: \frac{SP \times S\dot{A}}{S\dot{P}} : SA :: SP \times S\dot{A} : SA \times S\dot{P}$, adeoque ex data relatione SP ad SA, dabitur ratio C ad c. Exempli Gratia, Si vis ſit reciproce ut diſtantiæ dignitas m, hoc eſt ſit $\frac{S\dot{P}}{SP^3 \times S\dot{A}} = \frac{b}{a^2 SA^m}$ & erit $S\dot{P} : \frac{bSP^3 \times S\dot{A}}{a^2 SA^m}$, adeoque erit $C^2 : c^2 :: SP \times S\dot{A} : \frac{bSP^3 \times SA \times S\dot{A}}{a^2 SA^m} :: a^2 SA^{m-1} : bSP^2$.

Unde ſi ponatur $SP^2 = \frac{d^2 SA^{m-1}}{b} = \frac{m-1}{2} \frac{a^2 SA^{m-1}}{b}$, erit $C^2 : c^2 :: a^2 SA^{m-1} : \frac{m-1}{2} a^2 SA^{m-1} :: m - 1 : 2$ ac proinde erit $C : c :: \sqrt{2} : \sqrt{m-1}$.

Quod

Quod si ponatur $SP^2 = \frac{d^2\, SA^{m-1}}{b - e\, SA^{m-1}} = \frac{m-1}{2} \frac{a^2\, SA^{m-1}}{b - e\, SA^{m-1}}$ fiet C^2 ad c^2, ut $a^2\, SA^{m-1}$ ad $\frac{\frac{m-1}{2}\, a^2\, bSA^{m-1}}{b - eSA^{m-1}}$, hoc est ut $b - e\, SA^{m-1}$ ad $\frac{m-1}{2}\, b$, sed est ratio $b - e\, SA^{m-1}$, ad $\frac{m-1}{2} \times b$, minor ratione b ad $\frac{m-1}{2}\, b$, seu ratione 2 ad $m-1$, unde erit C ad c in minore ratione quam est $\sqrt{2}$ ad $\sqrt{m-1}$.

Similiter, si capiatur $SP = \frac{d^2\, SA^{m-1}}{b + e\, SA^{m-1}}$, invenietur esse C ad c in majore ratione quam est $\sqrt{2}$ ad $\sqrt{m-1}$.

Cor. Si corpus in Parabola moveatur, & vis Centripeta tendat ad focum S, erit velocitas corporis ad velocitatem corporis in eadem distantia circulum describentis ubique ut $\sqrt{2}$ ad 1, nam in eo casu est $m = 2$ & $m - 1 = 1$. Velocitas corporis in Ellipsi est ad velocitatem corporis in circulo ad eandem distantiam moti, in minore ratione quam $\sqrt{2}$ ad 1. Velocitas in Hyperbola est ad velocitatem in circulo in majore ratione, quam $\sqrt{2}$ ad 1.

Si Corpus in Spirali Nautica deferatur, est ejus velocitas ubique æqualis velocitati corporis in eadem distantia circulum describentis, nam in eo casu est $m = 3$ & $m - 1 = 2$.

Problema. *Posito quod vis Centripeta (cujus quantitas absoluta nota est,) sit reciproce ut distantiæ quadratum, & projiciatur corpus secundum datam rectam cum data velocitate. Invenire curvam in qua movetur corpus.* Fig. 56.

Projiciatur Corpus secundum datam rectam AB, cum data velocitate C. Et quoniam quantitas absoluta vis centripetæ nota est, dabitur inde velocitas qua corpus possit circulum ad distantiam SA describere urgente eadem vi; est enim æqualis ei quæ acquiritur, dum corpus vi illa uniformiter applicata urgente, cadit per $\frac{1}{2}\, SA$. Sit illa velocitas c. Ex A in AB, erigatur perpendicularis AK, & in ea capiatur AR, quarta proportionalis ipsis c^2 C^2 & $\frac{SA^2}{SP}$, & erit AR radius curvaturæ in A. Ex R in AS demittatur perpendicularis RH & ex H in AR perpendicularis HK, & ducta recta SK, dabit axis positionem; Fiat angulus FAK = angulo SAK. Et si FA sit ad SK Parallela, figura in qua movetur corpus erit Parabola. Si autem Axi SK occurrat in F; & puncta S & F cadant ad eandem partem puncti K, figura erit Hyperbola; sin ad contrarias partes cadant puncta S & K, erit figura Ellipsis, unde focis S & F & Axe $= SA \pm FA$ describetur sectio, in qua corpus movebitur.

XX. *Cum* D. J. Bernoulli *objectiones quasdam edidisset contra Solutionem* Newtonianam *hujusce Problematis, adjecta Solutione a seipso inventa; Cl.* Keillius, *Objectionibus ejus dilutis, Solutionem aliam edit, repetens pauca quæ supra tradita sunt.* *A Solution of the inverse Problem of Centripetal Forces, by Dr.* Keill. N. 340. p. 91.

Sit *VIL* Curva quævis, quam corpus urgente vi centripeta ad centrum C tendente describit: hanc Curvam in duobus punctis infinite vicinis I & K tangant rectæ IP, Kp, ad quas e centro demittantur perpendiculares CP, Cf; centro item C describantur KE, ID, & ducatur CI. Erit

Erit vis centripeta ut Quantitas $\frac{Pp}{PC^3 \times IN}$. Quod Theorema licet in prædicto loco demonſtravimus, ecce aliam ejus demonſtrationem. Ex K ducantur Km ad CP & Kn ad CI parallelæ. Et ob æquiangula triangula ICP, IKN, nKM. Itemque ob IKm & IpP æquiangula, Erit,

$$Ip \text{ vel } IP : IK :: pP : Km$$
$$PC : IP :: Km : mn$$
$$IN : IK :: mn : nK \quad \text{unde ex æquo fiet}$$
$$PC \times IN : IK^2 :: pP : nK, \text{ \& erit } nK = \frac{pP \times IK^2}{PC \times IN}.$$

Præterea tempus quo deſcribitur arcus IK eſt ut Area ſeu triangulum ICK, vel ejus duplum $PC \times IK$; adeoque ſi tempus detur erit $PC \times IK$ quantitas conſtans. Dato autem tempore, vis centripeta eſt ut lineola Kn quæ ſub urgente vi illa deſcribitur, adeoque vis centripeta eſt ut lineola illa Kn ducta in quantitatem conſtantem $\frac{1}{PC^2 \times IK^2}$, hoc eſt, erit vis centripeta ut $\frac{1}{PC^2 \times IK^2} \times \frac{Pp \times IK^2}{PC \times IN}$ ſeu ut quantitas $\frac{Pp}{PC^3 \times IN}$. Quod erat demonſtrandum.

Velocitas corporis in quovis loco eſt ut via in minimo quovis tempore percurſa directe & ut tempus illud inverſe; adeoque & ut $IK \times \frac{1}{PC \times IK}$, hoc eſt, velocitas erit reciproce ut Perpendicularis e centro in Tangentem.

Si diſtantia corporis a centro dicatur x, & Perpendicularis in tangentem p, erit $IN = \dot{x}$ & $Pp = \dot{p}$ & vis centripeta exponi poteſt per quantitatem $\frac{f^4 \dot{p}}{p^3 \dot{x}}$, aſſumendo quantitatem quamlibet pro f^4.

* Comm. Phyſ. Mathem. Par. An. 1710.

Adeoque ſi cum * Domino *Bernoullio* vim centripetam nominemus φ, erit $\frac{f^4 \dot{p}}{p^3 \dot{x}} = \varphi$ & $\frac{f^4 \dot{p}}{p^3} = \dot{x}\varphi$; & capiendo harum quantitatum fluentes erit $\frac{f^4}{2p^2} =$ Fluenti quantitatis $\dot{x}\varphi$.

At cum velocitas corporis ſit reciproce ut perpendicularis p, ejus quadratum exponi poteſt per $\frac{f^4}{2p^2}$. Si itaque velocitas dicatur v, erit $v^2 = \frac{f^4}{2p^2} =$ Fluenti quantitatis $\dot{x}\varphi$. Quod ſi A ſit locus de quo cadere debet corpus ut acquirat in D vel I velocitatem v, deque loco corporis D erigatur perpendicularis $DF = \varphi$ erit rectangulum $DE \times DF = \dot{x}\varphi$. Sit jam BFG linea curva cujus ordinatæ exponant vires centripetas, ſeu quantitates φ. Fluens quantitatis $\dot{x}\varphi$ erit Area curvilinea $ABFD = v^2 = \frac{f^4}{2p^2}$, adeoque erit v ut Areæ $ABFD$ latus quadratum. Quod ſi velocitas ea ſit

quæ


Fig. II.
Fig. III
Fig. IV
Fig. V.
Fig. VI
Fig. VII.
Fig. VIII.
I. Senex sculp.

quæ ab infinita diſtantia cadendo acquiritur, erit v^2 ſeu fluens ipſius $\dot{x}\,\phi$ æquale areæ $ODFO$ indefinite protenſæ.

Hinc ſemper dabitur quantitas p in terminis finitis, quando Area illa curvilinea terminis finitis exponi poteſt. Sit, verbi gratia, vis centripeta reciproce ut diſtantiæ dignitas m, hoc eſt, ſit $\dot{x}\,\phi = \frac{g\dot{x}}{x^m}$. Si velocitas corporis ſit ea quæ acquiritur cadendo ab infinita diſtantia, erit $v^2 = \frac{g}{\overline{m-1} \times x^{m-1}} = \frac{f^4}{2p^2}$ & in hiſce omnibus caſibus Area indefinite protenſa eſt quantitas finita. Poteſt autem corpus in trajectoria revolvi velocitate cujus quadratum vel majus fieri poteſt, vel minus quantitate $\frac{g}{\overline{m-1} \times x^{m-1}}$, vel huic æquale. Adeoque erit $v^2 = \frac{f^4}{2p^2} = \frac{g}{\overline{m-1}\, x^{m-1}} \pm e^2$.

Hinc urgentibus his viribus tria Curvarum genera deſcribi poſſunt; prout e^2 eſt quantitas poſitiva vel negativa vel nulla.

V.G. Si Velocitas major ſit ea quæ acquiritur ab infinita diſtantia cadendo, ſit $\frac{f^4}{2p^2} = \frac{g}{\overline{m-1}\, x^{m-1}} + e^2$: ſi velocitas ſit minor, erit $\frac{f^4}{2p^2} = \frac{g}{\overline{m-1}\, x^{m-1}} - e^2$: ſi æqualis, erit $\frac{f^4}{2p^2} = \frac{g}{\overline{m-1}\, x^{m-1}}$.

Sit $\frac{1}{2} f^4 = a^2 e^2$ & $\frac{1}{m-1} \times g = b^2 e^2$. Et ſi velocitas corporis ſit ea quæ ab infinito cadendo acquiritur, erit $p^2 = \frac{a^2 x^{m-1}}{b^2}$ ſeu $p = \frac{a x^{\frac{m-1}{2}}}{b}$.

At ſi velocitas major ſit aut minor hac velocitate, fiet uti oſtenſum eſt $\frac{f^4}{2p^2} = \frac{g}{\overline{m-1}\, x^{m-1}} \pm e^2 = \frac{\frac{1}{m-1} g \pm e^2 x^{m-1}}{x^{m-1}}$. Unde pro $\frac{1}{2} f^4$ & $\frac{g}{m-1}$ ponendo earum valores $a^2 e^2$ & $b^2 e^2$, erit $\frac{a^2 e^2}{p^2} = \frac{b^2 e^2 \pm e^2 x^{m-1}}{x^{m-1}}$ ſeu $\frac{a^2}{p^2} = \frac{b^2 \pm x^{m-1}}{x^{m-1}}$, & fiet $p^2 = \frac{a^2 x^{m-1}}{b^2 \pm x^{m-1}}$.

Adeoque ſi Vis centripeta ſit reciproce ut cubus diſtantiæ, hoc eſt, ſi ſit $m = 3$ & $m - 1 = 2$. Erit $p^2 = \frac{a^2 x^2}{b^2}$, vel $p^2 = \frac{a^2 x^2}{b^2 + x^2}$, vel denique $p^2 = \frac{a^2 x^2}{b^2 - x^2}$.

In primo caſu conſtat Curvam eſſe Spiralem Logarithmicam: nam ſit $p = \frac{ax}{b}$, & $b : a :: x : p$. adeoque ob conſtantem rationem b ad a, erit angulus CIP ubique conſtans.

Pona-

Ponamus jam eſſe $p^2 = \frac{a^2 x^2}{b^2 + x^2}$ & ex hac ſuppoſitione tres oriuntur diverſæ Curvarum ſpecies, prout a major eſt quam b, aut ei æqualis, aut minor.

Fig. 3. Et primo ſit a major quam b. Centro C & ad diſtantiam quamvis datam deſcribatur circulus HYX, cui rectæ CK, CI productæ occurrant in Y & X. Et eſt $IN^2 : KN^2 :: IP^2 : PC^2$ & ita $CI^2 - PC^2 : PC^2 :: x^2 - p^2 : p^2 :: x^2 - \frac{a^2 x^2}{b^2 + x^2} : \frac{a^2 x^2}{b^2 + x^2} :: 1 - \frac{a^2}{b^2 + x^2} : \frac{a^2}{b^2 + x^2} :: b^2 + x^2 - a^2 : a^2$. Quare erit $\sqrt{x^2 + b^2 - a^2} : a :: IN : KN : \dot{x} : \frac{a\dot{x}}{\sqrt{x^2 + b^2 - a^2}} = KN$. Et quoniam eſt a major quam b, erit $b^2 - a^2$ quantitas negativa. Sit illa $-c^2$, unde ſit $KN = \frac{a\dot{x}}{\sqrt{x^2 - c^2}}$. Dicatur radius circuli HYb, & eſt $CK : KN :: CY : YX$ hoc eſt $x : \frac{a\dot{x}}{\sqrt{x^2 - c^2}} :: b : \frac{ba\dot{x}}{x\sqrt{x^2 - c^2}} = YX = \dot{y}$, ſi arcus HY vocetur y.

Sit $x = \frac{c^2}{z}$ unde $\dot{x} = -\frac{c^2 \dot{z}}{z^2}$ & $\frac{\dot{x}}{x} = -\frac{\dot{z}}{z}$. Item erit $x^2 - c^2 = \frac{c^4}{z^2} - c^2 = \frac{c^4 - c^2 z^2}{z^2} = \frac{c^2}{z^2} \times c^2 - z^2$: unde $\sqrt{x^2 - c^2} = \frac{c}{z} \times \sqrt{c^2 - z^2}$: quibus valoribus ſubſtitutis, erit $\frac{ba\dot{x}}{x\sqrt{x^2 - c^2}} = \frac{-ba\dot{z}}{c\sqrt{c^2 - z^2}}$. Sit $a : c :: n : 1$. hoc eſt, ſit $a = nc$, & fiet XY ſeu $\dot{y} = -\frac{nb\dot{z}}{\sqrt{c^2 - z^2}}$. Eſt vero $\frac{nb\dot{z}}{\sqrt{c^2 - z^2}}$ ad $\frac{c\dot{z}}{\sqrt{c^2 - z^2}}$ ut nb ad c; hoc eſt in ratione data: adeoque eorum fluentes, ſi ſimul incipiunt, erunt in eadem ratione, hoc eſt erit HY ſeu y ad fluentem quantitatis $\frac{c\dot{z}}{\sqrt{c^2 - z^2}}$ ut nb ad c.

Quod ſi centro C radio $CV = c$ deſcribatur circulus VL, & CG ſit $= z$, & $no = \dot{z}$, fiet arcus $mn = \frac{c\dot{z}}{\sqrt{c^2 - z^2}} =$ fluxioni arcus Qm, quando fluxio eſt quantitas poſitiva: ſed quando eſt negativa, ejus fluens eſt arcus Vm prioris complementum. Arcus enim ejuſque complementum eandem habent quantitatem fluxionem denotantem, diverſis tantum ſignis affectam; quia creſcente uno decreſcit alter.

Hinc eſt HY ad Vm ut nb ad c: ſed eſt CV ad CH ut $Ve : HY$, hoc eſt $c : b :: Ve : \frac{b \times Ve}{c} = HY$, quare erit $\frac{b \times Ve}{c} : Vm :: nb : c$, unde $Ve : Vm :: n : 1$.

Præterea ex natura circuli erit $CG : CV :: CV : CT$, quando mT circulum tangit: hoc eſt erit $z : c :: c : \frac{c^2}{z} = CT = x$. Hinc ſi capiatur angulus

gulus VCe ad angulum VCm ut n ad 1, & producatur Ce ad K ut ſit CK = ſecanti CT, erit K punctum in Curva quæſita.

Hic obiter notandum eſt, ſi n ſit numerus, hoc eſt ſi ſit a ad c vel a ad $\sqrt{a^2 - b^2}$ ut numerus ad numerum, Curva VI fiet Algebraica: nam in hoc caſu relatio mG ad ſinum anguli VCe æquatione definitur, & inde habebitur relatio ſinus anguli VCe ad CT vel CK per æquationem determinatam, & inde demum dabitur æquatio quæ exprimet relationem inter ordinatam & interceptam a puncto C incipientem. Harum Curvarum ordines & gradus in Scala æquationum Algebraica diverſi erunt pro magnitudine numeri n. In his omnibus Curvis ſic deſcriptis Aſymptoti poſitio hac ratione determinatur: Fiat angulus VCL ad rectum angulum ut n ad 1. In eo angulo diſtantia corporis a centro evadit infinita. Jam quad. perpendicularis in Tangentem $PC = \frac{a^2 x^2}{b^2 + x^2}$, ubi x eſt infinita, fit $PC^2 = \frac{a^2 x^2}{x^2}$, ſeu $PC = a$. Ducatur itaque CR ad CL perpendicularis & æqualis rectæ a, & ſi per R ducatur RS rectæ CL parallela, hæc Curvam tanget ad infinitam diſtantiam, ſeu erit Curvæ Aſymptotos.

Lemma 2. Iiſdem poſitis, per z deſignetur terminus quilibet in Serie Arithmetice proportionalium $a, \overline{a+n}, \overline{a+2n},$ *&c.* & ſit jam $X = A + Bz + Cz \times \overline{z+n} + Dz \times \overline{z+n} \times \overline{z+2n} + Ez \times \overline{z+n} \times \overline{z+2n} \times \overline{z+3n} +$ *&c.* Tum ipſorum $A, B, C, D, E,$ *&c.* valores erunt

$$A = M + b \times \frac{-a}{n} + c \times \frac{-a}{n} \times \frac{-a-n}{2n} + d \times \frac{-a}{n} \times \frac{-a-n}{2n} \times \frac{-a-2n}{3n} + e \times \frac{-a}{n} \times \frac{-a-n}{2n} \times \frac{-a-2n}{3n} \times \frac{-a-3n}{4n} + \&c.$$

$$B = \frac{1}{n} \times b + c \times \frac{-a-n}{n} + d \times \frac{-a-n}{n} \times \frac{-a-2n}{2n} + e \times \frac{-a-n}{n} \times \frac{-a-2n}{2n} \times \frac{-a-3n}{3n} \&c.$$

$$C = \frac{1}{n} \times \frac{1}{2n} \times c + d \times \frac{-a-2n}{n} + e \times \frac{-a-2n}{n} \times \frac{-a-3n}{2n} + \&c.$$

$$D = \frac{1}{n} \times \frac{1}{2n} \times \frac{1}{3n} d + e \times \frac{-a-3n}{n} + \&c.$$

E =

$$E = \frac{1}{n} \times \frac{1}{2n} \times \frac{1}{3n} \times \frac{1}{4n} e + \&c.$$

Ordo formandi coefficientes ipſorum b, c, d, e, &c. in his valoribus, per ſe eſt ſatis manifeſtus.

Demonſtratio. Quoniam per x & z deſignantur termini correſpondentes progreſſionum Arithmeticarum $1, 2, 3, 4$, &c. & a, $a+n$, $a+2n$, $a+3n$, &c. indicabit $x-1$ numerum differentiarum n qui in z continetur, ut ſit $z = a + \overline{x-1}\, n$. Hinc fit $x - 1 = \frac{z-a}{n}$, $x - 2 = \frac{z-n-a}{n}$, $x - 3 = \frac{z-2n-a}{n}$, &c. Subſtituendo itaque hos valores $x-1$, $x-2$, $x-3$, &c. in Serie Lemmatis præcedentis, & terminis in ordinem redactis, prodeunt ipſorum A, B, C, &c. valores exhibiti.

Cor. Ubi $a = n$, prodeunt A, B, C, D, &c. per formulas ſimpliciores, nempe

$$A = M - b + c - d + e \ \&c.$$

$$B = \frac{1}{n} \times \overline{b - 2c + 3d - 4e \ \&c.}$$

$$C = \frac{1}{n} \times \frac{1}{2n} \times \overline{c - 3d + 6e \ \&c.}$$

$$D = \frac{1}{n} \times \frac{1}{2n} \times \frac{1}{3n} \times \overline{d + 4e \ \&c.}$$

Lemma 3. Symbolis X & x eodem modo interpretatis ac in Lemmate primo, ſint q, r, s, t, u, &c. generatores Trianguli Arithmetici, cujus lineam tranſverſam occupat Series M, N, O, P, Q, &c. in ordine nempe inverſo, ut ſit $q\ (= M)$ generator ultimus, r penultimus, s antepenultimus, & ſic porro. Tum erit

$$X = q + r \times \frac{x-1}{1} + s \times \frac{x-1}{1} \times \frac{x}{2} + t \times \frac{x-1}{1} \times \frac{x}{2} \times \frac{x+1}{3} + \&c.$$

Conſtat ex contemplatione ipſius Trianguli Arithmetici, quam exhibuimus *pag.* 63. tractatus *Eſſay d' Analyſe*, &c. ubi idem fuſius explicatur.

Lemma 4. Iiſdem poſitis, & Symbolo z eodem modo interpretato ac in *Lem.* 2. ſi ſit $X = A + Bz + Cz \times \overline{z+n} + \&c.$ ut in *Lem.* 2. erunt coefficientium A, B, C, D, &c. valores.

$$A = q + r \times \frac{-a}{n} + s \times \frac{-a}{n} \times \frac{-a+n}{2n} + t \times \frac{-a}{n} \times \frac{-a+n}{2n} \times \frac{-a+2n}{3n} + \&c.$$

$$B = \frac{1}{n} \times r + s \times \frac{-a}{n} + t \times \frac{-a}{n} \times \frac{-a+n}{2n} + \&c.$$

C =

Plate V. Part II. P. 92.

$$C = \frac{1}{n}\times\frac{1}{2n}\times s + t\times\frac{\overline{-a}}{n} + \&c.$$

$$D = \frac{1}{n}\times\frac{1}{2n}\times\frac{1}{3n}\times t + \&c.$$

Ordo coefficientium in his valoribus eſt manifeſtus, & demonſtratur Lemma ad modum *Lemmatis* 2.

Cor. 1. Ubi $a = n$, coefficientes $A, B, C, D,$ *&c.* prodeunt per formulas ſimpliciores, nempe

$$A = q - r, \qquad C = \frac{1}{n}\times\frac{1}{2n}\times\overline{s-t}$$

$$B = \frac{1}{n}\times\overline{r-s}, \qquad D = \frac{1}{n}\times\frac{1}{2n}\times\frac{1}{3n}\,\overline{t-u}, \ \&c.$$

Cor. 2. Unde ſi generatorum $q, r, s, t, u,$ *&c.* aliquot ſint inter ſe æquales, exhibebitur X per formulam ſimpliciorem, evaneſcentibus aliquot coefficientium $A, B, C, D,$ *&c.*

Sic exempli gratia, propoſita Serie numerorum 4, 69, 530, 2676, 10350, *&c.* qui conſtituunt lineam decimam tranſverſam in Triangulo Arithmetico cujus generatores tres priores ſunt 54, −18, 5, & ſeptem poſteriores ſunt æquales 4; exiſtente $a = 1 = n$, Terminus X exhibetur per formulam quatuor tantum terminorum, $-\frac{z}{1}\cdot\frac{z+1}{2}\cdot\frac{z+2}{3}\ \&c.\times\frac{z+6}{7} + 23\,\frac{z}{1}\cdot\frac{z+1}{2}\ \&c.\times\frac{z+6}{7} - 72\,\frac{z}{1}\cdot\frac{z+1}{2}\ \&c.\times\frac{z+7}{8} + 54\,\frac{z}{1}\cdot\frac{z+1}{2}\ \&c.\times\frac{z+8}{9}$, evaneſcentibus coefficientibus ſex primis A, B, C, D, E, F.

Prop. II. *Prob.* Invenire ſummam quotlibet terminorum Seriei $\frac{M}{a\times\overline{a+n}\times\&c.\times\overline{a+\overline{p-1}\,n}} + \frac{N}{\overline{a+n}\times\&c.\times\overline{a+pn}} + \frac{O}{\overline{a+2n}\times\&c.\times\overline{a+\overline{p+1}\,n}} + \&c.$ ubi numeratores $M, N, O,$ *&c.* conſtituunt Seriem quamlibet terminorum, quorum differentiæ, vel primæ, vel ſecundæ, vel aliæ quædam dantur; vel quod perinde eſt, qui conſtituunt lineam quamvis tranſverſam in dato quovis triangulo Arithmetico; Denominatores autem conſtituunt Seriem in *Prop.* I. exhibitam.

Solutio. Per X deſignetur primus factorum $a, a+n, a+2n,$ *&c.* in denominatore ejuſdem termini, ut ſint X & z iidem ac in *Lemm.* præmiſſis, adeoque deſignetur terminus quilibet Seriei per $\frac{X}{z\times\overline{z+n}\times\&c.\times\overline{z+p-n}}$

Per *Lem.* 2, vel per *Lem.* 4. (prout magis commodum videatur vel differentias, vel generatores trianguli Arithmetici adhibere,) reſolvatur X in Multinomium $A + B\times z + Cz\times\overline{z+n} + Dz\times\overline{z+n}\times\overline{z+2n} + \&c.$

Hoc

Hoc pacto (terminis multinomii ad denominatorem $z \times \overline{z+n} \times \&c. \times \overline{z+p-n}$, applicatis) terminus quilibet Seriei revocabitur ad formulam $\frac{A}{z \times \overline{z+n} \times \&c. \times \overline{z+p-1n}} + \frac{B}{\overline{z+n} \times \&c. \times \overline{z+p-1n}} + \frac{C}{\overline{z+2n} \times \&c. \times \overline{z+p-1n}} + \&c.$

Unde (per Scholium 4 *Prop.* I.) aggregatum totius Seriei, a termino $\frac{X}{z \times \overline{z+n} \times \&c. \times \overline{z+p-1n}}$ inclusive in infinitum continuatæ, est $\frac{A}{\overline{p-1} \times n \times z \times \overline{z+n} \times \&c. \times \overline{z+p-2n}} + \frac{B}{\overline{p-2} \times n \times \overline{z+n} \times \&c. \times \overline{z+p-2n}} + \frac{C}{\overline{p-3} \times n \times \overline{z+2n} \times \&c. \times \overline{z+p-2n}} + \&c.$ quare si dematur hoc aggregatum ab ejusdem aggregati valore quando $z=a$, residuum erit summa omnium terminorum ante terminum $\frac{X}{z+\&c.}$, hoc est, tot terminorum quot sunt unitates in $\frac{z-a}{n}$. *Q. E. I.*

Ex. 1. Sit primum exemplum in Serie $\frac{5}{3.5.7.9.11.13} + \frac{41}{5.7.9.11.13.15} + \frac{131}{7.9.11.13.15.17} + \frac{275}{9.11.13.15.17.19} + \frac{473}{11.13.15.17.19.21} + \&c.$ Sunt hic $a=3$, $n=2$, $p=6$, $M=5$, & capiendo differentias numeratorum inveniuntur $b=36$, $c=54$, $d=0=e=\&c.$ Hinc in Lemmate secundo sunt $A=5+36\times\frac{-3}{2}+54\times\frac{-3}{2}\times\frac{-5}{4}=\frac{209}{4}$, $B=\frac{-1}{2}\times 36+54\times\frac{-5}{2}=\frac{-99}{2}$, $C=\frac{1}{2}\times\frac{1}{4}\times 54=\frac{27}{4}$, $D=0=E=\&c.$ Summa itaque totius Seriei est $\frac{209}{4\times5\times2\times3.5.7.9.11.} + \frac{-99}{2\times4\times2\times5.7.9.11} + \frac{27}{4\times3\times2\times7.9.11} = \frac{283}{80\times3.5.7.9.11}$ atque summa terminorum numero $\frac{z-3}{2}(=\frac{z-a}{n})$ est $\frac{283}{80\times3.5.7.9.11} - \frac{209}{40\times z.\overline{z+2}.\overline{z+4}.\overline{z+6}.\overline{z+8}} + \frac{99}{16\times\overline{z+2}\times\overline{z+4}.\overline{z+6}.\overline{z+8}} - \frac{27}{24\times\overline{z+4}.\overline{z+6}.\overline{z+8}}$ Quærantur *v. g.* octo termini; tum existente $\frac{z-3}{2}=8$ fit $z=19$, quo valore in formula adhibito, prodit summa $\frac{155891}{2.3.3.3.3.5.5.5.7.11.19.23}$.

Iidem

Iidem Numeratores occupant lineam tertiam transversam in Triangulo Arithmetico

$$54 \cdot 54 \cdot 54 \cdot 54 \cdot 54 \cdot 54 \cdot \&c.$$
$$-18 \cdot 36 \cdot 90 \cdot 144 \cdot 198 \cdot \&c.$$
$$5 \cdot 41 \cdot 131 \cdot 275 \cdot \&c.$$

Unde in formula *Lem.* 4. sunt generatores $q=5$, $r=-18$; $s=54$, $t=0=\&c.$ & prodeunt coefficientes $A=5-18\times\frac{-3}{2}+54\times\frac{-3}{2}\times\frac{-3+2}{4}=\frac{209}{4}$, $B=\frac{1}{2}\times-18+54\times\frac{-3}{2}=\frac{-99}{2}$, $C=\frac{1}{2}\times\frac{1}{4}\times 54=\frac{27}{4}$, $D=0=E=\&c.$ iidem ac supra.

Ex. 2. Sit Series $\frac{4}{1.2.3.4.5.6.7.8.9.10.11}+\frac{69}{2.3.\&c.\,12}+\frac{530}{3.4.\&c.\,13}+\frac{2676}{4.5.\&c.\,14}+\frac{10350}{5.6.\&c.\,15}+\&c.$ Ubi sunt $a=1$, $n=1$, $p=11$, atque Numeratores constituant Seriem in *Corol.* 20. *Lem.* 4. exhibitam. Applicando itaque valorem X in *Corol.* illo ad denominatorem $z\times\overline{z+1}\times\&c.\times\overline{z+10}$, fit Seriei propositæ Terminus

$$\frac{-1}{1.2.3.4.5.6\times\overline{z+6}.\overline{z+7}.\overline{z+8}.\overline{z+9}.\overline{z+10}}$$
$$+\frac{23}{1.2.3.4.5.6.7.\times.\overline{z+7}.\overline{z+8}.\overline{z+9}.\overline{z+10}}$$
$$-\frac{72}{1.2.3.4.5.6.7.8\times\overline{z+8}.\overline{z+9}.\overline{z+10}}$$
$$+\frac{54}{1.2.3.4.5.6.7.8.9.\times\overline{z+9}\times\overline{z+10}}.$$

Adeoque per hanc *Prop.* summa Seriei a termino illo in infinitum continuatæ est

$$\frac{-1}{4\times 1.2.3.4.5.6\times\overline{z+6}.\overline{z+7}.\overline{z+8}.\overline{z+9}}$$
$$+\frac{23}{3\times 1.2.3.4.5.6.7.\times\overline{z+7}.\overline{z+8}.\overline{z+9}}$$
$$-\frac{72}{2\times 1.2.3.4.5.6.7.8.\times\overline{z+8}.\overline{z+9}}$$
$$+\frac{54}{1\times 1.2.3.4.5.6.7.8.9\times\overline{z+9}}.$$

Itaque pro z sumpto 1, fit summa totius Seriei $\frac{305}{12\times 1.2.3.4.5.6.7.8.9.10}$. Et in genere summa terminorum numero $\frac{z-1}{1}$, est $\frac{305}{12\times 1.2.3.4.5.6.7.8.9.10}$

$$+\frac{1}{4\times 1.2.3.4.5.6\times\overline{z+6}.\overline{z+7}.\overline{z+8}.\overline{z+9}}$$

$$-\frac{23}{3\times 1\,.\,2\,.\,3\,.\,4\,.\,5\,.\,6\,.\,7\,.\times z\,\overline{+7}\,.\,z\,\overline{+8}\,.\,z\,\overline{+9}}$$

$$+\frac{72}{2\times 1\,.\,2\,.\,3\,.\,4\,.\,5\,.\,6\,.\,7\,.\,8\times z\,\overline{+8}\times z\,\overline{+9}}$$

$$-\frac{54}{1\times 1\,.\,2\,.\,3\,.\,4\,.\,5\,.\,6\,.\,7\,.\,8\,.\,9\times z\,\overline{+9}}$$

Scholium 1. In computandis ſummis hujuſmodi Serierum, calculus plerumque levior eſt adhibitis generatoribus trianguli Arithmetici, quam ſi adhibeantur differentiæ. Libet itaque hac occaſione oſtendere quomodo ex datis differentiis inveniri poſſunt generatores Trianguli Arithmetici.

Sunto itaque ω primus Seriei terminus, a differentia ultima data, b prima differentiarum penultimarum, c prima antepenultimarum, & ſic porro d, e, &c. atque ſint t, u, x, y, &c. generatores quæſiti Trianguli Arithmetici, cujus lineam tranſverſam ordine p occupet Series propoſita. Tum (quod ex contemplatione Trianguli Arithmetici facile conſtat) ſunt.

$$a=t$$

$$b=\frac{p-1}{1}t+u$$

$$c=\frac{p-1}{1}\times\frac{p-2}{2}t+\frac{p-2}{1}u+x$$

$$d=\frac{p-1}{1}\times\frac{p-2}{2}\times\frac{p-3}{3}t+\frac{p-2}{1}\times\frac{p-3}{2}u$$
$$+\frac{p-3}{1}x+y \text{ \&c.}$$

Unde colliguntur generatorum valores

$$t=a$$

$$u=b-\frac{p-1}{1}t$$

$$x=c-\frac{p-1}{1}\times\frac{p-2}{2}t-\frac{p-2}{1}u$$

$$y=d-\frac{p-1}{1}\times\frac{p-2}{2}\times\frac{p-3}{3}t-\frac{p-2}{1}\times\frac{p-3}{2}u$$
$$-\frac{p-3}{1}x \text{ \&c.}$$

Ultimus autem generator æqualis eſt Seriei termino primo ω.

2. D^nus^ de *Monſoury Abbas Orbacenſis* mihi amiciſſimus, & ruri vicinus, poſtquam cum eo hæc communicaveram, aliam invenit hujus Problematis Solutionem, cujus formulam ob ejus miram ſimplicitatem hic referre juvat. Itaque in Serie numeratorum ſint ω terminus primus, b prima differentiarum primarum, c prima ſecundarum, d prima tertiarum, & ſic porro; atque ſit termini primi Denominator $z\times\overline{z+n}\times$ &c. $\times\ \overline{z+\overline{p-1}\,n}$; Tum ſumma totius Seriei in infinitum continuatæ exhibebitur per formulam $\frac{\omega}{n\times\overline{p-1}\times z\times\overline{z+n}\times\text{\&c.}\times\overline{z+\overline{p-2}\,n}}$

+

$$+\frac{b}{n^2\times\overline{p-1}\times\overline{p-2}\times\overline{z+n}\times\&c.\times\overline{z+p-2n}}+$$
$$\frac{c}{n^3\times\overline{p-1}\times\overline{p-2}\times\overline{p-3}\times\overline{z+2n}\times\&c.\times\overline{z+p-2n}}+\&c.$$

Sit exemplum in Serie $\frac{5}{3\,.\,5\,.\,\&c.\,13}+\frac{41}{5\,.\,7\,.\,\&c.\,15}+\frac{131}{7\,.\,9\,.\,\&c.\,17}+\frac{275}{9\,.\,11\,.\,\&c.\,19}+\&c.$ cujus ſummam jam exhibuimus. In hoc caſu ſunt $\omega=5$, $b=36$, $c=54$, $d=0=e=\&c.$ Unde per formulam ſumma Seriei integræ fit $\frac{5}{2\,.\,5\times3\,.\,5\,\ldots\,11}+\frac{36}{4\,.\,5\,.\,4\times5\,\ldots\,11}+\frac{54}{8\,.\,5\,.\,4\,.\,3\times7\,\ldots\,11}=\frac{283}{80\times3\,.\,5\,\ldots\,11}$, ut per formulam noſtram exhibetur. Si quæratur ſumma ejuſdem Seriei incipientis a termino decimo $\frac{2273}{21\,\ldots\,31}$, in eo caſu $\omega=2273$, $b=522$, $c=54$, & ſumma eſſet $\frac{2273}{2\,.\,5\times21\,\ldots\,29}+\frac{522}{4\,.\,5\,.\,4\times23\,\ldots\,29}+\frac{54}{8\,.\,5\,.\,4\,.\,3\times25\,\ldots\,29}$.

Hæc formula eſt commodiſſima, & ſummam exhibet nullo fere negotio, quoties quæritur ſumma Seriei integræ, & differentiæ non ſunt nimis multæ. Sed ubi plures ſunt differentiæ, & quæritur non Series integra, ſed termini tantum initiales aliquammulti, formulæ noſtræ ſunt commodiores.

3. Quando Serierum termini formantur tantum per Multiplicationem, nec afficiuntur diviſoribus variabilibus, ſummæ ſemper exhiberi poſſunt per Methodum in *Prop.* I. traditam, ſint licet formulæ quantumlibet compoſitæ. Nam poſſunt ſemper revocari ad terminos in forma quam poſtulat Propoſitio illa. Sic ſi differentiæ ipſorum z & x ſint m & n, & deſignetur terminus Seriei per $z\,x$; hic terminus revocabitur ad formam $\overline{a-n}\,z+\frac{n}{m}\,z\times\overline{z+m}$; cujus Integrale datur *per Prop.* I; nempe quoniam $d\,x=n$, & $d\,z=m$, eſt $d\,x=d\,z\times\frac{n}{m}$; unde regrediendo ad integralia fit $x=\frac{n}{m}\,z+a$ (adjecto invariabili a, ut habeatur ratio relationis inter z & x in Seriei termino primo,) quod ſic ſcribi poteſt $\overline{a-n}+\frac{n}{m}\times\overline{z+m}$, ut deinde in z ductum induat formam requiſitam. Et ad eundem modum procedere licet in aliis caſibus ejuſmodi. Sed ubi formulæ oblatæ diviſoribus afficiuntur, eædem ac in Calculo integrali, ut vocant, difficultates occurrunt, eadem induſtria ſuperandæ. Nec tamen ſemper ſuperari poſſunt. Nam præterquam quod vix certo ſciri poſſit quæ debeat relatio intercedere inter Numeratorem fractionis & Denominatorem, ut formula oblata ad Integrale revocari poſſit; ſæpe etiam difficillimum eſt

 explo-

explorare an adsit jam talis relatio in formula ista, aut si desit, an introduci possit. Quicquid ego in hac materia potissimum inveni, continetur in tribus sequentibus propositionibus.

Prop. III. *Prob.* Crescentibus, z, u, y, x, &c. per differentias datas n, m, l, o, &c. invenire valorem numeratoris integri N, ut existente Denominatore $z.\overline{z+n}.$ &c. $\overline{z+pn}\times u.\overline{u+m}.$ &c. $\overline{u+qm}\times y.\overline{y+l}.$ &c. $\overline{y+rl}\times x.\overline{x+o}$ &c. $\overline{x+so}$. &c. Fractio ad Integrale revocari possit.

Solutio. Fiat $N=\overline{z+pn}\times\overline{u+qm}\times\overline{y+rl}\times\overline{x+so}\times$ &c. $-\,zuyx$ &c. atque Integrale erit fractio, cujus Denominator $z.\overline{z+n}.$ &c. $\overline{z+p-1\,n}\times u.\overline{u+m}.$ &c. $\overline{u+q-1\,m}\times y.\overline{y+l}.$ &c. $\overline{y+r-1\,l}\times x.\overline{x+o}.$ &c. $\overline{x+s-1\,o}\times$ &c. existente 1 Numeratore.

Differentia enim hujus fractionis est fractio cujus numerator est ipsius N valor exhibitus, & denominator idem est ac denominator propositus, ut fieri debuit.

Ex. 1. Sit denominator propositus $z\times\overline{z+2}\times u\times\overline{u+3}$. In hoc casu sunt $n=2$, $m=3$, $p=1$, $q=1$; adeoque est $N=\overline{z+2}\times\overline{u+3}-zu$ $=3z+2u+6$, & per $\frac{3z+2u+6}{z.\overline{z+2}\times u.\overline{u+3}}$ representatur terminus Seriei summabilis, cujus nempe in infinitum continuatæ summa exhibetur per $\frac{1}{zu}$. Sint verbi gratia, ipsorum z & u primus valor communis 1, atque Series summabilis erit $\frac{11}{1.3\times1.4}+\frac{23}{3.5\times4.7}+\frac{35}{5.7\times7.10}$ + &c. quippe cujus totius summa est 1. Per p designetur ordo termini cujusvis in hac Serie, erit $p=\frac{z-1+2}{2}=\frac{u-1+3}{3}$, adeoque $z=2p-1$, & $u=3p-2$; quibus valoribus pro z & u scriptis, designabitur terminus per formulam $\frac{12p-1}{\overline{2p-1}\times\overline{2p+1}\times\overline{3p-2}\times\overline{3p+1}}$. Summa autem terminorum omnium ante terminum illum, hoc est terminorum initialium numero $\frac{z-1}{2}=p-1$, est $1-\frac{1}{zu}$, $=\frac{zu-1}{zu}$, hoc est $\frac{6pp-7p+1}{\overline{2p-1}\times\overline{3p-2}}$. Quare pro p scripto $p+1$, erit $\frac{p\times\overline{6p+5}}{\overline{2p+1}\times\overline{3p+1}}$ aggregatum tot terminorum initialium quot sunt unitates in p.

Ex. 2. Iisdem manentibus z, u, n, m, sit denominator $z.\overline{z+2}.\overline{z+4}\times u.\overline{u+3}$. Tum per formulam numerator erit $\overline{z+4}\times\overline{u+3}-zu=3z+4u+12$, & summa Seriei exhibebitur per formulam $\frac{1}{z.\overline{z+2}\times u}$. Sit ipsorum z & u primus valor communis 1, & hinc elicietur Series $\frac{19}{1.3.5\times1.4}+\frac{37}{3.5.7\times4.7}+\frac{55}{5.7.9\times7.10}$ + &c. $=\frac{1}{3}$.

Scholium. In Seriebus jam expositis eadem ubique est differentia inter factores continuos ejusdem cujusvis termini, ac inter factores homologos termi-

terminorum continuorum. In sequentibus exempla quædam sunt Serierum, quarum summæ in terminis numero finitis exhiberi possunt, quamvis ea regula non observetur.

Prop. IV. *Prob.* Crescente z per differentias datas qn, invenire numeratorem integrum N, ut ad Integrale revocari possit fractio, cujus Denominator sit ex certo numero p terminorum z, $z+n$, $z+2n$, &c. Arithmetice proportionalium in invicem ductorum. Debet autem esse q numerus integer minor quam factorum numerus p.

Solutio. Erit $N = \overline{z+p-1\,n} \times \overline{z+p-2\,n} \times \&c. \times \overline{z+p-q\,n} - z \times \overline{z+n} \times \&c. \times \overline{z+q-1\,n}$, Integrale existente

$$\frac{1}{z \times \overline{z+n} \times \&c. \times \overline{z+p-q-1\,n}}.$$

Demonstratur ad modum propositionis præcedentis.

Sumptis ad libitum n, p, q, & primo valore z, hinc oriuntur infinitæ Series summabiles, cujusmodi sunt Series tres sequentes.

$$A = \frac{5}{1.2.3.4} + \frac{9}{3.4.5.6} + \frac{13}{5.6.7.8} + \frac{17}{7.8.9.10} \&c.$$

$$B = \frac{1}{1.2.3.4.5} + \frac{4}{4.5.6.7.8} + \frac{9}{7.8.9.10.11} + \frac{16}{10.11.12.13.14} + \&c.$$

$$C = \frac{1}{1.2.3.4.5} + \frac{14}{5.6.7.8.9} + \frac{55}{9.10.11.12.13} + \frac{140}{13.14.15.16.17} + \&c.$$

Has Series jampridem communicavi cum primariis quibusdam Geometris, à quibus minime contemni videntur. Sic ad me scribit peritissimus Geometra D. *Nicolaus Bernoulli* in epistola data 25 *Julii* 1716. " Vous me ferez un extreme plaisir, *Monsieur*, de me communiquer la " Solution de vostre probleme, *Etant donnée une suitte des Fractions dont* " *les Numerateurs soient des nombres figurés quelconque, & dont les Deno-* " *minateurs soient formés du produit d'un nombre egal de Facteurs qui* " *soient en Progression Arithmetique, trouver la somme*; & principale- " ment comment vous avez trouvé ces deux formules $\frac{p}{24 \times \overline{4p+1}}$, " $\frac{p \cdot \overline{p+1}}{12 \times \overline{3p+1} \times \overline{3p+2}}$. Hæ formulæ spectant ad Series C & B, designante p numerum terminorum, quorum summa requiritur. Sic etiam ad me scribit D. *Taylor* in epistola data 22 *Aug.* 1716. " Ut & qua ratione " incidisti in summationem Serierum a te exhibitarum, præsertim loquor " de Serie $\frac{1}{1.2.3.4.5} + \frac{4}{4.5.6.7.8} + \frac{9}{7.8.9.10.11} + \&c.$ quæ vide- " tur esse altioris indaginis.

Sed

Sed ut ad exempla jam redeamus. In Serie *A* sunt $p=4$, $q=2$, $n=1$, primo valore z existente 1. Est itaque $\overline{z+3} \times \overline{z+2} - z \times \overline{z+1} = 2 \times \overline{2z+3}$ formula, unde (rejecto dato numero 2) derivantur numeratores 5, 9, 13, 17, &c. Formula etiam summæ est $\frac{1}{z \times \overline{z+1}}$. Quare habita ratione numeri 2, quem ex numeratoribus rejecimus, summa totius Seriei, a termino in quo est z in infinitum continuatæ, exhibetur per formulam $\frac{1}{2z \times \overline{z+1}}$; adeoque summa Seriei integræ est $\frac{1}{2 \times 1 \times 2} = \frac{1}{4}$.

In Serie *B* sunt $n=1$, $p=5$, $q=3$, primo valore z existente 1. Est itaque $N = \overline{z+4} \times \overline{z+3} \times \overline{z+2} - z \times \overline{z+1} \times \overline{z+2} = 6 \times \overline{z+2}|^2$. Ipsius autem $\overline{z+2}$ valores continui sunt 3, 6, 9, &c. qui quoniam omnes sunt divisibiles per 3, ponendo $z+2=3x$, fit $N = 6 \times \overline{3x}|^2 = 6 \times 9x^2 = 54x^2$, ipsius x valoribus continuis existentibus 1, 2, 3, &c. Rejecto itaque numero dato 54, hinc prodeunt numeratores 1, 2^2, 3^2, &c. hoc est 1, 4, 9, &c. Formula etiam Integralis est $\frac{1}{z \times \overline{z+1}}$; quare habita ratione numeri 54 quem ex numeratoribus rejecimus, summa Seriei a termino in quo est z in infinitum continuatæ est $\frac{1}{54z \times \overline{z+1}}$. Unde summa Seriei integræ est $\frac{1}{108}$.

In Serie denique *C* sunt $n=1$, $p=5$, $q=4$, & primus valor $z=1$. Unde fit $N = \overline{z+4} \times \overline{z+3} \times \overline{z+2} \times \overline{z+1} - z \times \overline{z+1} \times \overline{z+2} \times \overline{z+3} = 4 \times \overline{z+1} \times \overline{z+2} \times \overline{z+3}$. Valores autem N per hanc formulam prodeuntes semper possunt dividi per $4 \times 2 \times 3 \times 4 = 96$. Ergo hoc divisore rejecto prodeunt numeratores 1, 14, 55, 140, &c. Et formula Summæ, habita ratione numeri 96, est $\frac{1}{96z}$. Adeoque Summa Seriei integræ est $\frac{1}{96}$.

Scholium 1. Per Propositiones has duas novissimas nullo negotio inveniri possunt Series quot libuerit summabiles. Et vicissim oblata Serie hujus speciei, si summari potest, ejus summa plerumque revocatur ad alterutram ex his Propositionibus. In examine tamen solertia est opus. Optime autem procedit si termini Seriei oblatæ revocentur ad formulam *Prop.* III. Sic *e. gr.* proposita Serie $\frac{7}{3.5.7.9.11} + \frac{11}{7.9.11.13.15} + \frac{15}{11.13.15.17.19} +$ &c. Denominatores sic scribi possunt $3.7.11 \times 5.9 . 7.11.15 \times 9.13.11.15.19 \times 13.17.$ &c.

Unde juxta *Prop.* III. fit $n=4$, $m=4$, $p=2$, $q=1$, primus valor $z=3$, primus valor $u=5$. Hinc formula Numeratoris invenitur $4 \times \overline{z+2u+8}$. Est autem $z+2u+8$ semper divisibile per 3; quare rejectis divisoribus datis 4 & 3, per hanc formulam prodeunt Numeratores 7, 11,

15, *&c.* iidem ac Numeratores in Serie propofita, quæ proinde fummabitur per illam propofitionem.

2. Cum Series illas A, B, C, communicaveram cum D. *Taylor*, refcripfit fe earum fummas inveniffe primam quidem A & tertiam C, eas revocando ad cafus fimplices Methodi Incrementorum, tertiam C, *e.g.* revocavit ad hanc formam $\frac{1}{24}\times\frac{1}{1.5}+\frac{1}{5.9}+\frac{1}{9.13}+\frac{1}{13.17}$ *&c.* ut habeatur fumma per præcepta tradita in *Scholio Prop.* 1. In Serie autem fecunda B, cum hoc non æque fucceffit, fequenti ufus eft Analyfi, quam, ipfius venia jam impetrata, ob ejus eximiam elegantiam huc transferre non piget. " Seriei iftius terminus [in Stylo ejus] exhibetur per formulam $\frac{\overline{z+2}\times\dot{z}}{27z\times\overline{z+1}\times z_{,}\times\overline{z_{,}+1}}$; pro $z+3$ in denominatore fcripto $z_{,}$, quoniam
" eft $\dot{z}=3$. Pone $\frac{B}{27C}$ æquale effe Integrali quæfito, hoc eft $\frac{B}{C}$ effe Inte-
" grale ipfius $\frac{\overline{z+2}\times\dot{z}}{z.\overline{z+1}\times z_{,}.\overline{z_{,}+1}}$, fepofito divifore dato 27. Ipfius au-
" tem $\frac{B}{C}$ incrementum eft $\frac{\dot{B}C-B\dot{C}}{CC_{,}}$. Debet ergo $\frac{\dot{B}C-B\dot{C}}{CC_{,}}$ i-
" dem effe ac $\frac{\overline{z+2}\times\dot{z}}{z.\overline{z+1}\times z_{,}.\overline{z_{,}+1}}$. Comparando denominatores inve-
" nitur $C=z\times\overline{z+1}$. Hinc itaque fumendo incrementa fit $\dot{C}=2z\dot{z}+\dot{z}^2$
" $+\dot{z}$ ($=2\dot{z}z+4\dot{z}$, quoniam eft $\dot{z}=3$,) His valoribus in locum C & $\dot{C}$
" fubftitutis prodit $\dot{B}C-B\dot{C}=\overline{zz+z}\,\dot{B}-2\dot{z}\times\overline{z+2}\,B$, quod debet
" effe idem ac $\overline{z+2}\times\dot{z}$. Sit $B=a+v$, exiftente a ipfius B parte in-
" variabili, & v parte variabili. Tum fumendo incrementa fit $\dot{B}=\dot{v}$.
" Unde ad invenienda a & v habetur æquatio $\overline{zz+z}\,\dot{v}-2\dot{z}\times\overline{z+2}\times$
" $\overline{a+v}=\overline{z+2}\times\dot{z}$, quæ fic fcribi poteft $\overline{zz+z}\,\dot{v}-2\dot{z}\times\overline{z+2}\,v=\dot{z}\times$
" $\overline{z+2}\times\overline{1+2a}$, vel etiam $C\dot{v}-\dot{C}v=\dot{z}\times\overline{z+2}\times\overline{1+2a}$. Pone
" $1+2a=0$ (unde fit $a=\frac{-1}{2}$,) & fit $C\dot{v}-\dot{C}v=0$; ubi fieri poteft
" $v=0$, (quoniam æquationis termini finguli afficiuntur vel ab v, vel ab
" $\dot{v}$.) Hinc ergo fit $B=a=\frac{-1}{2}$, adeoque $\frac{B}{C}=\frac{-1}{2z\times\overline{z+1}}$. Unde ha-
" bita ratione diviforis 27, Integrale quæfitum fit $\frac{-1}{54\times z\times\overline{z+1}}$. Sed
" & comparando æquationem $C\dot{v}-\dot{C}v=0$ cum formula generali
" $\frac{\dot{B}C-B\dot{C}}{CC_{,}}=0$, inde etiam concludere licet effe $\frac{v}{C}=$ quantitati datæ,

(quo-

“ (quoniam ipsius incrementum est 0.) Unde pro n sumpto quovis numero dato, fit $v = nC$, atque $B = -\frac{1}{2} + nC$. Quo pacto Integrale quæsitum fit $\frac{B}{C} = \frac{-\frac{1}{2}+nC}{C} = \frac{-1}{2C} + n$, quod ab Integrali prius invento differt quantitate data n. Hoc inde fit, quod, ut in quadratura Curvarum Area inventa augeri potest vel minui area data, sic in Methodo incrementorum Integrale inventum augeri potest vel minui quantitate data. Per Integrale autem primum, ubi deest n, exhibetur summa Seriei in infinitum continuatæ.

Prop. V. Crescente z per unitates, & existentibus a, b, c, *&c.* numeris datis integris, quorum nullæ inter se æquantur; invenire Integrale ipsius $\frac{1}{z\times\overline{z+a}\times\overline{z+b}\times\overline{z+c}\times \&c.}$

Solutio. Ducendo tam numeratorem quam denominatorem fractionis in terminos $z+1$, $z+2$, *&c.* $z+a+1$, $z+a+2$, *&c.* $z+b+1$, $z+b+2$, *&c.* $z+c+1$, $z+c+2$, *&c.* in denominatore deficientes, revocetur Denominator ad formulam $z\times\overline{z+1}\times\overline{z+2}\times$ *&c.* denominatoris in *Prop.* I. *Schol. n.* 3. Deinde revocetur Numerator ad formam $A+Bz+Cz\times\overline{z+1}+Dz\times\overline{z+1}\times\overline{z+2}+$ *&c.* Tum applicando terminos ad Denominatorem novum $z\times\overline{z+1}\times\overline{z+2}\times$ *&c.* revocetur fractio ad hanc formam $\frac{A}{z\times\overline{z+1}\times\&c.}+\frac{B}{\overline{z+1}\times\overline{z+2}\times\&c.}+\frac{C}{\overline{z+2}\times\overline{z+3}\times\&c.}+\frac{D}{\overline{z+3}\times\overline{z+4}\times\&c.}$ *&c.* Unde denique quæratur Integrale per *Schol. Prop.* I. *n.* 3.

Ratio Solutionis per se satis est manifesta.

Scholium 1. Hujus Solutionis tota difficultas latet in revocatione numeratoris ad formam requisitam, quod tamen quomodo sit faciendum uno exemplo patebit. Proponatur itaque factum $\overline{z+2}\times\overline{z+3}\times\overline{z+7}$, quod ad formam propositam sit revocandum. Terminos itaque evolvo gradatim ut sequitur. Factorem primum $z+2$ sic scribo $2+z$, cujus terminum primum 2 duco in $3+z$, unde fit $6+2z$: Terminum secundum z duco in $2+\overline{z+1}$ $(=\overline{z+3})$ unde fit $2z+z\times\overline{z+1}$. Dein facta in unam summam colligendo, fit $\overline{z+2}\times\overline{z+3}=\begin{matrix}6+2z\\+2z\end{matrix}+z\times\overline{z+1}=6+4z+z\times\overline{z+1}$. Superest ut hoc ducatur in $z+7$. Itaque terminum primum 6 duco in $7+z$ $(=z+7)$ unde fit $42+6z$; terminum secundum $4z$ duco in $6+\overline{z+1}$ $(=z+7)$ unde fit $24z+4z\times\overline{z+1}$; terminum tertium $z\times\overline{z+1}$, duco in $5+\overline{z+2}$ $(=z+7;)$ unde fit $5z\times\overline{z+1}+z\times\overline{z+1}\times\overline{z+2}$. Factis itaque in unum collectis ut prius, fit $\overline{z+2}\times\overline{z+3}\times\overline{z+4}=42+30z+9z\times\overline{z+1}+z\times\overline{z+1}\times\overline{z+2}$. Et ad eundem modum procedere licet in aliis casibus.

2. Sit autem exemplum Propositionis in fractione $\frac{1}{z\times\overline{z+2}\times\overline{z+5}}$.

Resti-

Restituendo factores $z+1$, $z+3$, $\overline{z+4}$ in Denominatore deficientes, fractio fit $\frac{\overline{z+1}\times\overline{z+3}\times\overline{z+4}}{z\times\overline{z+1}\times\overline{z+2}\times\overline{z+3}\times\overline{z+4}\times\overline{z+5}}$. Revocandus itaque est Numerator $\overline{z+1}\times\overline{z+3}\times\overline{z+4}$ ad formam requisitam. Itaque per methodum jam traditam fit primo $\overline{z+1}\times\overline{z+3}=1\times\overline{3+z}+z\times\overline{2+z+1}=3+\overline{z+2z}+z\times\overline{z+1}=3+3z+z\times\overline{z+1}$. Deinde $\overline{z+1}\times\overline{z+3}\times\overline{z+4}=3\times\overline{4+z}+3z\times\overline{3+z+1}+z\times\overline{z+1}\times\overline{2+z+2}=12+3z+9z+3z\times\overline{z+1}+2z\times\overline{z+1}+z\times\overline{z+1}\times\overline{z+2}=12+12z+5z\times\overline{z+1}+z\times\overline{z+1}\times\overline{z+2}$. Applicando hoc factum ad Denominatorem $z\times\overline{z+1}\times$ &c. $\times\overline{z+5}$ fractio tandem revocatur ad hanc formam $\frac{12}{z\times\overline{z+1}\times\overline{z+2}\times\overline{z+3}\times\overline{z+4}\times\overline{z+5}}+\frac{12}{\overline{z+1}\times\overline{z+2}\times\overline{z+3}\times\overline{z+4}\times\overline{z+5}}+\frac{5}{\overline{z+2}\times\overline{z+3}\times\overline{z+4}\times\overline{z+5}}+\frac{1}{\overline{z+3}\times\overline{z+4}\times\overline{z+5}}$ Cujus denique Integrale est
$\frac{-12}{5z\times\overline{z+1}\times\overline{z+2}\times\overline{z+3}\times\overline{z+4}}+\frac{-12}{4.\overline{z+1}\times\overline{z+2}\times\overline{z+3}\times\overline{z+4}}+\frac{-5}{3.\overline{z+2}\times\overline{z+3}\times\overline{z+4}}+\frac{-1}{2.\overline{z+3}\times\overline{z+4}}$.

3. Quando duo tantum sunt factores z & $z+a$, exhibebitur etiam Integrale per formulam $\frac{1}{2}-\frac{1-a}{2z\times\overline{z+1}}-\frac{\overline{1-a}\times\overline{2-a}}{3z\times\overline{z+1}\times\overline{z+2}}-\frac{\overline{1-a}\times\overline{2-a}\times\overline{3-a}}{4z\times\overline{z+1}\times\overline{z+2}\times\overline{z+3}}$ &c. Seriem nempe continuando donec abrumpatur per evanescentiam terminorum. Si Factores duo sint z & $z-a$ exhibebitur Integrale per formulam $\frac{-1}{z-1}-\frac{-1+a}{2.\overline{z-1}.\overline{z-2}}-\frac{\overline{-1+a}\times\overline{-2+a}}{3.\overline{z-1}.\overline{z-2}.\overline{z-3}}-$ &c. Potest idem Integrale exprimi utroque modo; prout fractionis oblatae factor vel minor vel major sumatur pro z.

4. Si primus valor z sit $a+1$, migrabit formula posterior in hanc $\frac{-1}{a}\times\frac{1}{1}\times\frac{1}{2}\times\frac{1}{3}+$ &c. usque $\frac{1}{a}$ inclusive, qua, cum signo contrario, exhibetur summa Seriei $\frac{1}{1\times\overline{1+a}}+\frac{1}{2\times\overline{2+a}}+\frac{1}{3\times\overline{3+a}}+$ &c. in infinitum continuatae. Sit *e. gr.* $a=1$, atque Series erit $\frac{1}{1\times2}+\frac{1}{2\times3}+\frac{1}{3\times4}+$ &c. $=\frac{1}{1}\times\frac{1}{1}=1$. Si $a=2$, erit Series $\frac{1}{1\times3}+\frac{1}{2\times4}+$

$+ \frac{1}{3 \times 5} + \&c. = \frac{1}{2} \times \overline{\frac{1}{1} + \frac{1}{2}} = \frac{3}{4}$; Si $a = 3$, Series erit $\frac{1}{1 \times 4}$ $+ \frac{1}{2 \times 5} + \frac{1}{3 \times 6} + \frac{1}{4 \times 7}$ &c. $= \frac{1}{3} \times \overline{\frac{1}{1} + \frac{1}{2} + \frac{1}{3}} = \frac{11}{18}$.

5. Ex eadem Serie $\frac{1}{1 \times \overline{1+a}} + \frac{1}{2 \times \overline{2+a}} + \frac{1}{3 \times \overline{3+a}} + \&c.$ pro diverſo valore a oriuntur Series plures forma ſatis elegantes, quarum nonnullas Lectori ob oculos ſiſtere, credo, ingratum non erit.

Si pro a ſumantur ſucceſſive numeri pares, 2, 4, 6, 8, &c. Series erunt

$$\text{Si } a = 2)\ \frac{1}{1 \times \overline{1+2}} + \frac{1}{2 \times \overline{2+2}} + \frac{1}{3 \times \overline{3+2}} + \frac{1}{4 \times \overline{4+2}} + \&c.$$

$$4)\ \frac{1}{1 \times \overline{1+4}} + \frac{1}{2 \times \overline{2+4}} + \frac{1}{3 \times \overline{3+4}} + \frac{1}{4 \times \overline{4+4}} + \&c.$$

$$6)\ \frac{1}{1 \times \overline{1+6}} + \frac{1}{2 \times \overline{2+6}} + \frac{1}{3 \times \overline{3+6}} + \frac{1}{4 \times \overline{4+6}} + \&c.$$

$$8)\ \frac{1}{1 \times \overline{1+8}} + \frac{1}{2 \times \overline{2+8}} + \frac{1}{3 \times \overline{3+8}} + \frac{1}{4 \times \overline{4+8}} + \&c.$$

$$\text{Vel } \frac{1}{4-1} + \frac{1}{9-1} + \frac{1}{16-1} + \frac{1}{25-1} + \&c.$$

$$\frac{1}{9-4} + \frac{1}{16-4} + \frac{1}{25-4} + \frac{1}{36-4} + \&c.$$

$$\frac{1}{16-9} + \frac{1}{25-9} + \frac{1}{36-9} + \frac{1}{49-9} + \&c.$$

$$\frac{1}{25-16} + \frac{1}{36-16} + \frac{1}{49-16} + \frac{1}{64-16} + \&c.$$

$$\text{Vel } \frac{1}{4-1} + \frac{1}{9-1} + \frac{1}{16-1} + \frac{1}{25-1} + \&c.$$

$$\frac{1}{4+1} + \frac{1}{9+3} + \frac{1}{16+5} + \frac{1}{25+7} + \&c.$$

$$\frac{1}{4+3} + \frac{1}{9+7} + \frac{1}{16+11} + \frac{1}{25+15} + \&c.$$

$$\frac{1}{4+5} + \frac{1}{9+11} + \frac{1}{16+17} + \frac{1}{25+23} + \&c.$$

Si pro a ſumantur ſucceſſive numeri impares 1, 3, 5, 7, &c. Series erunt

$$a = 1)\ \frac{1}{1 \times \overline{1+1}} + \frac{1}{2 \times \overline{2+1}} + \frac{1}{3 \times \overline{3+1}} + \frac{1}{4 \times \overline{4+1}} + \&c.$$

$$3)\ \frac{1}{1 \times \overline{1+3}} + \frac{1}{2 \times \overline{2+3}} + \frac{1}{3 \times \overline{3+3}} + \frac{1}{4 \times \overline{4+3}} + \&c.$$

$$5)\ \frac{1}{1 \times \overline{1+5}} + \frac{1}{2 \times \overline{2+5}} + \frac{1}{3 \times \overline{3+5}} + \frac{1}{4 \times \overline{4+5}} + \&c.$$

$$7)\ \frac{1}{1 \times \overline{1+7}} + \frac{1}{2 \times \overline{2+7}} + \frac{1}{3 \times \overline{3+7}} + \frac{1}{4 \times \overline{4+7}} + \&c.$$

Vel

$$\text{Vel } \frac{1}{2} \times \frac{1}{1} + \frac{1}{3} + \frac{1}{6} + \frac{1}{10} + \&c.$$

$$\frac{1}{2} \times \frac{1}{3-1} + \frac{1}{6-1} + \frac{1}{10-1} + \frac{1}{15-1} + \&c.$$

$$\frac{1}{2} \times \frac{1}{6-3} + \frac{1}{10-3} + \frac{1}{15-3} + \frac{1}{21-3} + \&c.$$

$$\frac{1}{2} \times \frac{1}{10-6} + \frac{1}{15-6} + \frac{1}{21-6} + \frac{1}{28-6} + \&c.$$

$$\text{Vel } \frac{1}{2} \times \frac{1}{1+0} + \frac{1}{3+0} + \frac{1}{6+0} + \frac{1}{10+0} + \&c.$$

$$\frac{1}{2} \times \frac{1}{1+1} + \frac{1}{3+2} + \frac{1}{6+3} + \frac{1}{10+4} + \&c.$$

$$\frac{1}{2} \times \frac{1}{1+2} + \frac{1}{3+4} + \frac{1}{6+6} + \frac{1}{10+8} + \&c.$$

$$\frac{1}{2} \times \frac{1}{1+3} + \frac{1}{3+6} + \frac{1}{6+9} + \frac{1}{10+12} + \&c.$$

6. Ante aliquot annos D. *Jac. Bernoulli* Geometra insignis invenit summam Seriei cujuslibet, cujus Numeratores constituunt Seriem æqualium, Denominatores vero constituunt, vel Seriem quadratorum dato aliquo quadrato Q minutorum, vel Seriem Triangulorum, dato aliquo Triangulo T minutorum. Hæc invenit ille observando quod hujusmodi Series oriantur ex ablatione Seriei Harmonice proportionalium truncatæ ab eadem Serie integra; nempe ita ut numerus terminorum deficientium in Serie truncata, sit, vel duplus lateris dati quadrati Q, vel duplus unitate auctus lateris dati Trianguli T. Idem etiam observavit frustra quæri summam Seriei reciprocæ Quadratorum. Hoc idem etiam verum est de reciprocis Cuborum, vel aliarum quarumlibet dignitatum numerorum in progressione Arithmetica. Ratio est, quod nulla intercedit differentia inter factores denominatorum, quod ad hujusmodi summationes semper requiri constat ex Methodo sumendi differentias in *Scholio Prop.* I. jam explicata. Nam si per formulam aliquam exhiberi posset summa quæsita, differentia istius formulæ exhiberet terminos Seriei propositæ: sed in tali differentia denominator semper afficitur per factores ab invicem diversos, quod quoniam in Seriebus prædictis non obtinet, summæ Serierum hujusmodi in terminis finitis haberi nequeunt. Ad eundem fere modum, argumento petito a *Prop.* III. & IV. demonstrari potest summas Serierum exhiberi non posse in terminis numero finitis, quarum Numeratores constituunt Seriem æqualium. Denominatores vero constant ex certo numero terminorum in progressione Arithmetica, maximo factore cujusvis termini minore existente quam factor minimus in termino proxime insequenti, cujusmodi est Series $\frac{1}{1 \cdot 2} + \frac{1}{3 \cdot 4} + \frac{1}{5 \cdot 6} + \&c.$

7. Jam liceret regulas nonnullas tradere, quas pro casibus quibusdam singularibus concinnavi; sed hæc nos longius abducerent. Sufficiat itaque quæ generaliora sunt explicasse, & simul monuisse, ad novæ hujusce Serierum infinitarum doctrinæ provectionem nihil magis facere, quam si

excogitentur formulæ generaliores ſummarum, ex quarum differentiis, per regulas ſupra traditas computatis, deinde conficiantur Canones quantitatum ſummabilium; ita fere ut jam factum eſt in Calculo Integrali, *h. e.* in Stylo *Newtoniano*, in Methodo Fluxionum.

8. Reſtituendo factores in Denominatore deficientes potuiſſet præſens Problema revocari ad *Propoſitionem* II. Sed & in terminis generalioribus proponi poteſt, nempe pro Numeratore ſumpta quavis Formula, cujus differentia aliqua datur. Sub ea tamen conditione ut dimenſiones Denominatoris ad minimum binario ſuperent Dimenſiones Numeratoris; alias enim ſumma Seriei in terminis numero finitis haberi nequit. Sit hujus rei exemplum in Serie $\frac{1}{1.3.5.7} + \frac{4}{2.4.6.8} + \frac{9}{3.5.7.9} + \frac{16}{4.6.8.10} +$ &c. ubi Numeratores ſunt numerorum naturalium quadrata. Applicando tum Numeratores tum Denominatores ad numeros naturales, Series revocatur ad formam ſimpliciorem $\frac{1}{3.5.7} + \frac{2}{4.6.8} + \frac{3}{5.7.9} + \frac{4}{6.8.10} +$ &c. Per p deſignatis numeris naturalibus 1, 2, 3, 4, &c. terminus Seriei deſignabitur per formulam $\frac{p}{\overline{p+2} \times \overline{p+4} \times \overline{p+6}}$; vel per formulam $\frac{z-2}{z \times \overline{z+2} \times \overline{z+4}}$, nempe pro $p+2$ ſcripto z. Quoniam progrediendo de termino in terminum augetur z per unitates, reſtituendi ſunt factores in denominatore deficientes $z+1$, $z+3$; & hoc pacto revocatur terminus Seriei ad formulam $\frac{\overline{z-2} \times \overline{z+1} \times \overline{z+3}}{z \times \overline{z+1} \times \overline{z+2} \times \overline{z+3} \times \overline{z+4}}$. Per methodum in hac Propoſitione jam explicatam revocatur numerator ad formam $-6-6z-z \times \overline{z+1} + z \times \overline{z+1} \times \overline{z+2}$. Unde habita ratione denominatoris Terminus revocatur ad formam $\frac{-6}{z \times \overline{z+1} \times \text{&c.} \times \overline{z+4}} + \frac{-6}{\overline{z+1} \times \overline{z+2} \times \overline{z+3} \times \overline{z+4}} + \frac{-1}{\overline{z+2} \times \overline{z+3} \times \overline{z+4}} + \frac{1}{\overline{z+3} \times \overline{z+4}}$. Adeoque ſumendo Integrale fit $\frac{6}{4z \times \overline{z+1} \times \overline{z+2} \times \overline{z+3}} + \frac{6}{3 \times \overline{z+1} \times \overline{z+2} \times \overline{z+3}} + \frac{1}{2 \times \overline{z+2} \times \overline{z+3}} + \frac{-1}{z+3}$; quo, ſub ſigno contrario, exhibetur ſumma Seriei in infinitum continuatæ, incipientis a termino $\frac{z-2}{z \times \overline{z+2} \times \overline{z+4}}$. Summa itaque Seriei integræ incipientis a termino $\frac{1}{3.5.7}$ eſt $\frac{31}{240}$.

Si per *Prop.* II. procedere eſſet animus, ex formula $\overline{z-2} \times \overline{z+1} \times \overline{z+3}$ collectis numeratoribus primis 24, 70, 144, 252, ſumendo eorum differentias haberentur $46=b$, $28=c$, $6=d$, $e=0=$ &c. exiſtente $M=24$; unde

unde per *Lem.* 2. prodiret formula $-6-6z-z\times\overline{z+1}+z\times\overline{z+1}\times\overline{z+2}$, qua designatur Terminus, eadem ac supra; atque pergendo per *Prop.* II. haberetur summa.

Prop. VI. *Prob.* Invenire summam quotlibet terminorum Seriei Fractionum, quarum Numeratores & Denominatores constituunt lineas duas quasvis transversas in Triangulo Arithmetico *Paschalii*; nempe cujus generatores sunt unitates.

Solutio. Per n designetur Ordo Seriei Numeratorum in Triangulo Arithmetico, & sit p differentia inter ordinem Numeratorum & Denominatorum, & per q designetur numerus terminorum quorum summa requiritur. Tum si Denominatores sint plurium dimensionum quam sunt Numeratores, Summa exhibebitur per formulam primam sequentem; si dimensiones Numeratorum plures sint quam dimensiones Denominatorum, Summa exhibebitur per formulam secundam.

Formula I. $\dfrac{n+p-1}{p-1}-\dfrac{n\,.\,\overline{n+1}\,.\,\overline{n+2}\,.\,\&c.\,\overline{n+p-1}}{\overline{p-1}\times\overline{n+q}\,.\,\overline{n+q+1}\,.\,\&c.\,\overline{n+q+p-2}}$

Formula II. $-\dfrac{n-p-1}{p+1}+\dfrac{\overline{q+n-1}\,.\,\overline{q+n-2}\,.\,\&c.\,\overline{q+n-p-1}}{\overline{p+1}\times\overline{n-1}\,.\,\overline{n-2}\,.\,\&c.\,\overline{n-p}}$

Ex. 1. Inveniendum sit aggregatum sex primorum terminorum Seriei $\frac{1}{1}+\frac{4}{7}+\frac{10}{28}+\frac{20}{84}+\frac{35}{210}+\frac{56}{462}+$ &c. ubi Numeratores constituunt lineam quartam, Denominatores constituunt lineam septimam in Triangulo Arithmetico. Sunt itaque $n=4$, $p=3$, $q=6$; & quoniam dimensiones Denominatorum superant dimensiones Numeratorum, dabitur summa per Formulam primam; nempe $\dfrac{4+3-1}{3-1}-\dfrac{4\,.\,5\,.\,6}{\overline{3-1}\times\overline{4+6}\times\overline{4+7}}$ sive $3-\frac{6}{11}=2\frac{5}{11}$.

Ex. 2. Quæratur summa sex primorum terminorum Seriei $\frac{1}{1}+\frac{7}{4}+\frac{28}{10}+\frac{84}{20}+\frac{210}{35}+\frac{462}{56}+$ &c. cujus termini sunt terminorum Seriei prioris reciproci. Sunt itaque $n=7$, $p=3$, $q=6$, adeoque per formulam secundam summa fit $-\frac{3}{4}+\frac{12\,.\,11\,.\,10\,.\,9}{4\times6\,.\,5\,.\,4}=24$.

Scholium 1. Formulas in hac propositione exhibitas ante biennium communicavi cum Viris celeberrimis *Moivreo* & *Bernoulliis*. Facile autem derivari possunt ex præceptis in *Prop.* I. traditis. Sit exemplum in Serie priori $\frac{1}{1}+\frac{4}{7}+\frac{10}{28}+$ &c. Per p designato loco Termini in Serie hac, exhibetur Terminus per formulam $\dfrac{4\,.\,5\,.\,6}{\overline{p+3}\,.\,\overline{p+4}\,.\,\overline{p+5}}$. Unde regrediendo ad Integrale, summa Seriei incipientis a termino illo exhibetur

tur per formulam $\frac{4.5.6}{2\times\overline{p+3}\times\overline{p+4}}$; adeoque pro p ſumpto 1, Series integra fit $\frac{4.5.6}{2.4.5}=3$, atque ſumma primorum ſex terminorum fit $3-\frac{4.5.6}{2.10.11}$, omnino ut per formulam jam exhibetur.

2. In formula prima ſumma Seriei in infinitum continuatæ eſt $\frac{n+p-1}{p-1}$, evaneſcente jam parte altera formulæ. Sed in caſu formulæ ſecundæ ſumma hæc eſt infinitum quid, cujus ſpecies, reſpectu numeri infiniti q, exhibetur per formulæ partem alteram, quæ in hoc caſu fit $\frac{q^{p+1}}{\overline{p+1}\times\overline{n-1}.\overline{n-2}.\&c.\overline{n-p}}$.

3. De hujuſmodi Seriebus in epiſtola data menſe *Maio* 1716, ſic ad me ſcripſit Vir. Ill. *D. Leibnitius*, quem magno Scientiarum damno nobis nuper ereptum lugemus. " Il me ſemble qu'autrefois j'ay auſſi ſommé " quelques Series ou ſuittes comme $\frac{1}{1}+\frac{2}{4}+\frac{3}{10}+\frac{4}{20}+\frac{5}{35}+\frac{6}{56}+$ " *&c.* Le terme de cette ſuitte exprimé Analytiquement eſt " $\frac{x}{x.\overline{x+1}.\overline{x+2}\times\frac{1}{1}.\frac{1}{2}.\frac{1}{3}}=\frac{1.2.3}{\overline{x+1}.\overline{x+2}}=\frac{6}{xx+3x+2}$. On demande " donc la ſomme d'une ſuitte donnée, dont un terme ſoit " $\frac{ll}{xx+3lx+2ll}$ ou x ſignifie les nombres naturales 1, 2, 3, 4, *&c.* & l " ſignifie l'Unité, ou la difference des x. Suppoſons que le terme de la " ſuitte ſommatrice demandée ſoit $\frac{fx}{mx+nl}=\frac{\odot}{D}$. Or Diff. $\frac{\odot}{D}=-\frac{\odot}{D}+$ " $\frac{\odot+d\odot}{D+dD}=\frac{D\,d\odot-\odot\,dD}{D.D+D\,dD}$: ſed $d\odot=fdx$, & $dD=mdx=ml$; " donc la Difference de $\frac{\odot}{D}$ eſt $=\frac{nfll}{\begin{matrix}mmxx+2mnlx+nnll\\+mmlx+mnll\end{matrix}}$. Maintenant il " faut faire $\frac{nfll}{\begin{matrix}mmxx+2mnlx+nnll\\+mmlx+mnll\end{matrix}}=\frac{mfll}{mmxx+3mmlx+2mmll}$ c'eſt " a dire, il faut identifier ces deux formules, ou la donnée eſt multipliée " per $\frac{nf}{mm}$: donc égalant les termes reſpectifs, puiſque les xx convien- " nent, on aura par les x, $2n+m=3m$, c'eſt a dire il y aura $m=n$, & " par les abſolus on aura $nn+mn=2mm$, ce qui donne encore $m=n$; " donc l'identification reüſſit, & nous pouvons faire $n=m=l=1$, & " $f=1$ (car f demeure arbitraire) & le terme de la ſuitte ſommatrice ſe- " ra $\frac{x}{x+1}$, car diff. $\frac{x}{x+1}$ donne $-\frac{x}{x+1}+\frac{x+1}{x+2}=\frac{1}{xx+3x+2}$, &

" par

" par conſequente $\frac{6x}{x+1}$ donne la ſomme des $\frac{x}{x\,.\,\overline{x+1}\,.\,\overline{x+2}\times\frac{1}{1}\,.\,\frac{1}{2}\,.\,\frac{1}{3}}$
" $3, 4, \frac{9}{2}, \frac{24}{5}, 5, \frac{36}{7}$, &c. *Series ſummatrix, cujus terminus* $\frac{6x}{x+1}$.
" $\frac{1}{1}+\frac{2}{4}+\frac{3}{10}+\frac{4}{20}+\frac{5}{35}+$ &c. *Series ſummanda, cujus terminus*
" $\frac{x}{x\,.\,\overline{x+1}\,.\,\overline{x+2}\times\frac{1}{1}\times\frac{1}{2}\,.\,\frac{1}{3}}$. Et pour s'en ſervir aux ſommations, les
" 5 termes, *par Ex.* de la ſuitte donnée ſeront $\frac{36}{7}-3=\frac{15}{7}$: Et gene-
" ralement la ſomme des termes juſqu'a quelque terme
" $\frac{x}{x\,.\,\overline{x+1}\,.\,\overline{x+2}\times\frac{1}{1}\,.\,\frac{1}{2}\,.\,\frac{1}{3}}$, excluſivement, ſera $\frac{6x}{x+1}-3$: Et pour la
" ſomme de la ſuitte entiere a l'infinie, x devient infini, & $\frac{6x}{x+1}$
" $=6$: donc la ſomme de toutte la ſuitte eſt $6-3=3$, comme vous
" l'avez trouvé.

" Cette methode eſt le calcul des differences appliqué aux Nombres; &
" il faut vous avouer qu'avant que de l'appliquer aux Figures, & même
" avant que d'avoir été Geometre, Je le prattiquai en quelque façon dans
" les nombres; ayant trouvé encore jeune garçon que les ſuites dont les
" Numerateurs fuſſent des Unites, & dont les Denominateurs fuſſent les
" Nombres figurés, comme Triangulaires Pyramidaux &c. etoient les
" differences 1eres, 2es, 3emes, &c. multipliées par les conſtantes de la ſuitte
" $\frac{1}{1}+\frac{1}{2}+\frac{1}{3}+\frac{1}{4}+$ &c. & par conſequent ſommables. Mais quand
" je devins un peu Geometre & Analyſte, Je vis qu'il y avoit moyen
" de venir a bout de telles ſommations par une Methode generale, au-
" tant qu'il etoit poſſible: & que le calcul des differences eſtoit encore
" plus commode dans la Geometrie que dans les Nombres, puis qu'il y a
" plus d'evanouiſſements, & que les differences repondent aux Tan-
" gentes, les ſommes aux Quadratures. Cette methode generalle de
" chercher la ſuitte ſommatrice de la ſuitte donnée, quand elle eſt
" poſſible, reüſſit toujours, quand le terme de la ſuitte donnée exprimé
" Analytiquement n'a point la quantité variable enveloppé dans une
" racine, ny entrant dans l'expoſant; & alors, on peut toujours deter-
" miner la ſuitte ſommatrice, ou prouver qu'il eſt impoſſible d'en trou-
" ver. Et la choſe reüſſit même bien ſouvent, lors même que la variable
" entre dans l'Expoſant. Mais comme il y a quelquefois des Quadra-
" tures particulieres de quelques portions d'une Figure, dont on ne ſçau-
" roit donner la Quadrature generalle ou la Figure quadratrice; de même
" on peut trouver quelquefois la ſomme de toute la ſuitte, ou d'un
" certaine partie, quoy qu'on ne puiſſe pas trouver la ſomme de chaque
" partie; & alors il faut avoir recours a des Methodes particulieres, dont

" on

" on n'eſt pas toujours le maiſtre, noſtre Analyſe n'eſtant pas encore por-
" tée a ſa perfection.

Prop. VII. *Prob.* Invenire ſummam Seriei cujus Numeratores conſtituunt lineam quamlibet erectam in Triangulo Arithmetico *Paſchalii*, Denominatores vero conſtituunt lineam quamlibet tranſverſam.

Solutio. Deſignetur ordo lineæ erectæ per p, ordo lineæ tranſverſæ per q, & ſit m aggregatum tot terminorum primorum in linea erecta ordinis $p+q-1$ quot ſunt unitates in $q-1$, atque ſumma quæſita erit $\overline{2^{p+q-2}-m} \times \frac{1.2.3.\&c.\overline{q-1}}{p.\overline{p+1}.\&c.\overline{p+q-2}}$.

Ex. 1. Proponatur Series $\frac{1}{1}+\frac{5}{4}+\frac{10}{10}+\frac{10}{20}+\frac{5}{35}+\frac{1}{56}$. Ubi Numeratores conſtituunt lineam ſextam erectam, Denominatores occupant lineam quartam tranſverſam. In hoc itaque caſu ſunt $p=6$, $q=4$, $p+q-1=9$, $q-1=3$, adeoque $m=1+8+28=37$ *i.e.* tribus terminis primis lineæ nonæ erectæ. Unde fit ſumma quæſita $\overline{2^8-37} \times \frac{1.2.3}{6.7.8} = \frac{219}{56}$.

Ex. 2. Conſtituant Numeratores lineam centeſimam erectam, & ſint Denominatores Numeri Trigonales, qui occupant lineam tertiam tranſverſam. Tum erunt $p=100$, $q=3$, $m=102$ atque adeo ſumma quæſita fit $\overline{2^{101}-102} \times \frac{1.2}{100.101}$.

Cor. Si $q=2$, formula fit $\frac{2^p-1}{p}$, qua exhibetur aggregatum primi termini, una cum ſemiſſe ſecundi, triente tertii, quadrante quarti, & ſic porro, lineæ cujuſvis erectæ ordinis p Trianguli Arithmetici *Paſchalii*. Sic *v. gr.* eſt $\frac{1}{1}+\frac{5}{2}+\frac{10}{3}+\frac{10}{4}+\frac{5}{5}+\frac{1}{6}=\frac{2^6-1}{6}=10\frac{1}{2}$.

Prop. VIII. *Prob.* Invenire ſummam ejuſdem Seriei, quando terminorum ſigna ſunt alternatim $+$ & $-$.

Solutio. Summa quæſita exhibetur per formulam ſimpliciſſimam $\frac{q-1}{p+q-2}$.

Ex. Invenienda ſit ſumma Seriei $\frac{1}{1}-\frac{6}{9}+\frac{15}{45}-\frac{20}{165}+\frac{15}{495}-\frac{6}{1287}+\frac{1}{3003}$, ubi Numeratores conſtituunt lineam ſeptimam erectam, Denominatores conſtituunt nonam tranſverſam. In formula itaque pro p & q ſcriptis 7 & 9, fit ſumma $\frac{8}{14}$.

Manente eadem Serie Numeratorum (nempe linea ſeptima erecta), ſi pro Serie Denominatorum ſumantur ſucceſſive lineæ tranſverſæ 2da, 3tia, 4ta, &c. Summæ erunt $\frac{1}{7}$, $\frac{2}{8}$, $\frac{3}{9}$, $\frac{4}{10}$, $\frac{5}{11}$, &c. quæ ſic poſſunt ſcribi,

bi, $\frac{1}{7}$, $\frac{7}{28}$, $\frac{28}{84}$, $\frac{84}{210}$, $\frac{210}{462}$, &c. ubi tam Numeratores, quam Denominatores excerpuntur ex linea tranſverſa ordinis ſeptimi. Idem eveniret ſi loco ſeptimæ, Numeratores conſtituiſſent aliam quamlibet lineam erectam ordinis p; Summæ quippe orirentur ex applicatione terminorum lineæ tranſverſæ ejuſdem ordinis p ad terminos proxime ſequentes in eadem linea.

Propoſitiones hæ duæ noviſſimæ potius elegantes ſunt quam utiles; quare Formularum noſtrarum demonſtrationem Lectoris ſolertia inveſtigandam relinquimus, ad Propoſitionem ultimam jam properantes, quæ tertiam continet Serierum ſpeciem, ob uſum multiplicem ſatis inſignem.

Lemma 5. Sit Series quævis $\frac{M}{h}$, $\frac{N}{h^2}$, $\frac{O}{h^3}$, $\frac{P}{h^4}$, &c. cujus terminorum Denominatores conſtituunt progreſſionem quamlibet Geometricam h, h^2, h^3, h^4, &c. Sint etiam Numeratorum primus A $(=M)$ prima differentiarum primarum B, prima ſecundarum C, prima tertiarum D, quartarum E, & ſic porro; & ſint $\frac{\alpha}{h}$, $\frac{\beta}{h^2}$, $\frac{\gamma}{h^3}$, $\frac{\delta}{h^4}$, &c. reſpective, aggregata, Unius, Duorum, Trium, Quatuor, vel plurium terminorum Seriei $\frac{M}{h}$, $\frac{N}{h^2}$, $\frac{O}{h^3}$, &c. atque ſint Numeratorum primus a $(=\alpha)$ prima differentiarum primarum b, prima ſecundarum c, prima tertiarum d, & ſic porro: & ſit $h-1=q$. Tum ipſorum a, b, c, d, &c. valores erunt,

$$\begin{aligned} a &= A = \alpha = M \\ b &= hA + B \\ c &= qhA + hB + C \\ d &= q^2hA + qhB + hC + D \end{aligned}$$

& ſic porro.

Demonſtratio. Satis conſtat eſſe $a=\alpha=A=M$.

Termini $\frac{M}{h}$, $\frac{N}{h^2}$, $\frac{O}{h^3}$, $\frac{P}{h^4}$, &c. Numeratoribus M, N, O, P, &c. expreſſis per $A, B, C, D,$ &c. transformantur in terminos $\frac{A}{h}$, $\frac{A+B}{h^2}$, $\frac{A+2B+C}{h^3}$, $\frac{A+3B+3C+D}{h^4}$ &c. Unde colligendo ſummas terminorum, inveniuntur Numeratores α, β, γ, δ, &c. nempe

$$\begin{aligned} \alpha &= A \\ \beta &= \overline{h+1}\,A + B \\ \gamma &= \overline{h^2+h+1}\,A + \overline{h+2}\,B + C \\ \delta &= \overline{h^3+h^2+h+1}\,A + \overline{h^2+2h+3}\,B + \overline{h+3}\,C + D, \text{ \&c.} \end{aligned}$$

Unde ſumendo differentias fiunt

$$\begin{aligned} b &= hA + B \\ c &= qhA + hB + C \end{aligned}$$

d =

$d = qqbA + qbB + bC + D$

& sic porro, ut in Propositione exhibentur.

Cor. 1. Si Numeratorum M, N, O, P, &c. differentia vel prima vel secunda, vel alia quædam detur, terminis omnibus post primos aliquot in Serie A, B, C, D, &c. evanescentibus, Differentiæ, b, c, d, &c. tandem incurrent in Progressionem Geometricam in ratione 1 ad q. Exempli gratia, si detur Numeratorum M, N, O, P, &c. differentia prima B, erunt c, d, &c. in ratione continua Geometrica 1 ad q; ut constat per ipsorum valores $qbA + bB$, $qqbA + qbB$, &c. existentibus $C = 0 = D =$ &c.

Cor. 2. Ordo autem primæ differentiarum B, C, D, &c. quæ hoc modo evanescunt, idem est ac ordo differentiæ vel b, vel c, &c. unde incipit Progressio illa Geometrica. Sic si $B = 0 = C =$ &c. erunt b, c, d, &c. in Progressione Geometrica; si $C = 0 = D =$ &c. erunt c, d, &c. in Progressione Geometrica. Et sic porro.

Lemma 6. Iisdem positis sit r terminus unde incipit Progressio Geometrica in Serie differentiarum b, c, d, &c. & per $p+1$ designetur ordo Termini in Serie $\frac{\alpha}{b}$, $\frac{\beta}{b^2}$, $\frac{\gamma}{b^3}$, $\frac{\delta}{b^4}$, &c. Tum Terminus ille designabitur per fractionem cujus Denominatore existente b^{p+1} Numerator est

$$\frac{a + bp + cp \times \frac{p-1}{2} + dp \times \frac{p-1}{2} \times \frac{p-2}{3} + \&c. + \frac{r}{q^n}}{\times\, b^p - 1 - qp - q^2 p \times \frac{p-1}{2} - q^3 p \times \frac{p-1}{2} \times \frac{p-2}{3} - \&c.}$$

nempe per n designato ordine differentiæ evanescentis in Serie B, C, D, &c. ut & Numero terminorum $a + bp$, &c. item terminorum $-1 - qp$, &c.

Demonstratio. Per *Lemma* 1. Termini istius Numerator exhibetur per formulam $a + bp + cp . \frac{p-1}{2} + dp \times \frac{p-1}{2} . \frac{p-2}{3} +$ &c. ($p+1$ subeunte vices x in Lemmate isto).

Ergo si sit, *ex. gr.* $n = 2$, per *Lemm.* 5. *Cor.* 2. erunt c, d, &c. in ratione continua 1 ad q. Numerator itaque in hoc casu est

$$a + bp + cp \times \frac{p-1}{2} + cqp \times \frac{p-1}{2} \times \frac{p-2}{3} + cq^2 p \times \frac{p-1}{2} \times \frac{p-2}{3} \times \frac{p-3}{4} + \&c.$$

Sed si termini $cp \times \frac{p-1}{2} + cqp \times \frac{p-1}{2} \times \frac{p-2}{3} +$ &c. ducantur in $\frac{q^2}{c}$, & productui addantur termini $1 + qp$, prodibit Series qua exprimitur binomii $1 + q$ dignitas $\overline{1+q}|^p = b^p$. Ergo productum illud æquale est $b^p - 1 - qp$; adeoque termini $cp \times \frac{p-1}{2} + cqp \times \frac{p-1}{2} \times \frac{p-2}{3} +$ &c. $= \frac{c}{q^2} \times \overline{b^p - 1 - qp}$. Quo pacto Numerator fit $a + bp + \frac{c}{q^2} \times \overline{b^p - 1 - qp}$, existentibus duobus terminis $a + bp$, ut & duobus

duobus $-1-qp$, juxta sensum Propositionis, quoniam $n=2$. Atque eadem est demonstratio in aliis casibus. De Denominatore vero per se satis constat.

Prop. IX. *Prob.* Invenire summam quotlibet terminorum Seriei cujusvis $\frac{M}{b}$, $\frac{N}{b^2}$, $\frac{O}{b^3}$, $\frac{P}{b^4}$, &c. cujus terminorum Denominatores constituunt progressionem quamlibet Geometricam b, b^2, b^3, b^4, &c. Numeratores autem sunt quantitates differentia aliqua constanti gaudentes.

Solutio. Sunto Numeratorum M, N, O, P, &c. primus A, prima differentiarum primarum B, prima secundarum C, prima tertiarum D, & sic porro; & sit ipsorum A, B, C, D, &c. numerus n, atque $b-1=q$, Tum fiat $a=A\,(=M)$ $b=bA+B$, $c=qbA+bB+C$, $d=q^2bA+qbB+bC+D$, &c. ut sint tot termini a, b, c, d, &c. quot sunt unitates in $n+1$. Terminorum istorum ultimus dicatur r, atque per $p+1$ designetur numerus terminorum $\frac{M}{b}$, $\frac{N}{b^2}$, $\frac{O}{b^3}$, $\frac{P}{b^4}$, &c. quorum summa requiritur; Dico summam illam exhiberi per fractionem, cujus Denominatore existente b^{p+1}, Numerator est

$$\overline{a+bp+cp\times\frac{p-1}{2}+dp\times\frac{p-1}{2}\times\frac{p-2}{3}+\&c.+\frac{r}{q^n}}$$
$$\times\, \overline{b^p-1-qp-q^2p\times\frac{p-1}{2}-q^3p\times\frac{p-1}{2}\times\frac{p-2}{3}-\&c.-q^{n-1}p\times}$$
$$\overline{\frac{p-1}{2}}\times\&c.$$

Demonstratio. Nam (per *Lem.* 6.) per hanc formulam repræsentatur terminus ordine $p+1$ Seriei $\frac{\alpha}{b}$, $\frac{\beta}{b^2}$, $\frac{\gamma}{b^3}$, $\frac{\delta}{b^4}$, &c. qui terminus (per constructionem *Lemmatis* 5.) æqualis est aggregato terminorum numero $p+1$ Seriei propositæ $\frac{M}{b}$, $\frac{N}{b^2}$, $\frac{O}{b^3}$, $\frac{P}{b^4}$. *Q. E. D.*

Ex. 1. Invenienda sit summa novem terminorum Seriei $\frac{1}{2}$, $\frac{2}{4}$, $\frac{3}{8}$, $\frac{4}{16}$, &c. Sunt in hoc casu $b=2$, $q\,(=b-1)=1$, $p+1=9$, $p=8$, $A=1$, $B=1$, $C=0$, $=D=$&c. adeoque $n=2$, (quoniam sunt duo A, B,) Hinc fit $a\,(=A)=1$, $b\,(=bA+B=2\times1+1)=3$, $c\,(=qbA+bB+C=2\times1+2\times1+0)=4=r$, Adeoque per formulam fit summa quæsita

$$\frac{1+3\times8+\frac{4}{1^2}\times\overline{2^8-1-1\times8}}{2^9}=\frac{1013}{512}.$$

Ex. 2. Quæratur summa sex terminorum Seriei $1\times3+3\times3^2+6\times3^3+10\times3^4+15\times3^5+21\times3^6+$&c. In hoc casu sunt $b=\frac{1}{3}$, $q=$

$\frac{-2}{3}$, $p+1=6$, $p=5$, $A=1$, $B=2$, $C=1$, $D=0=E=$ &c. adeoque $n=3$, atque $a=1$, $b=\frac{1}{3}+2=\frac{7}{3}$, $c=\frac{-2}{9}+\frac{2}{3}+1=\frac{13}{9}$, $d=\frac{4}{27}-\frac{4}{9}+\frac{1}{3}=\frac{1}{27}=r$. Unde summa quæsita fit $=19956$, sive

$$\frac{1+\frac{7}{3}\times 5+\frac{13}{9}\times 5\times\frac{4}{2}+\frac{-1}{8}\times\frac{1}{3^5}-1+\frac{2}{3}\times 5-\frac{4}{9}\times 5\times\frac{4}{2}}{\overline{\frac{1}{3}}|^{6}}$$

Cor. 1. Ejusdem Seriei, a termino primo $\frac{M}{b}$ in infinitum continuatæ, summa exhibetur per formulam simplicissimam $\frac{A}{\overline{b-1}}+\frac{B}{\overline{b-1}|^2}+\frac{C}{\overline{b-1}|^3}+\frac{D}{\overline{b-1}|^4}$ &c.

Cor. 2. Si $b=2$, Seriei totius in infinitum continuatæ summa habetur sola additione terminorum A, B, C, D, &c. Et hæc summa eadem est ac summa lineæ erectæ respondentis termino primo A, in Triangulo Arithmetico, cujus lineam transversam occupant Numeratores M, N, O, P, &c. Quod facile constat ex contemplatione Trianguli. Si itaque fuerint M, N, O, &c. Numeri figurati cujusvis ordinis n, summa Seriei $\frac{M}{2}+\frac{N}{4}+\frac{O}{8}+\frac{P}{16}+$ &c. æqualis erit Numeri binarii dignitati $\overline{2}|^{n-1}$. Sic Series $\frac{1}{2}+\frac{1}{4}+\frac{1}{8}+\frac{1}{16}+$ &c. $=2^{1-1}=1$, ut vulgo notum; Series $\frac{1}{2}+\frac{2}{4}+\frac{3}{8}+\frac{4}{16}+$ &c. $=2^{2-1}=2$; Series $\frac{1}{2}+\frac{3}{4}+\frac{6}{8}+\frac{10}{16}+$ &c. $=2^{3-1}=2^2=4$, & sic porro.

Scholium. Celeb. D. *Jac. Bernoulli*, in Tractatu suo de Seriebus infinitis, solvit illud Problema. "Invenire summam Seriei infinitæ Fractio-" "num quarum Denominatores crescunt in Progressione quacunque Geo-" "metrica, Numeratores vero progrediuntur vel juxta Numeros natura-" "les, 1, 2, 3, 4, &c. vel Trigonales 1, 3, 6, 10, &c. vel Pyramidales 1," "4, 10, 20, &c. aut juxta Quadratos 1, 4, 9, 16, &c. aut Cubos 1, 8, 27," "64, &c. eorumve multiplices." Ipsius solutionem consulat Lector. Aliam vero, & quidem multo generaliorem invenit D. *Nic. Bernoulli* illius Nepos, eamque (postquam ei hæc miseram, sed sine demonstratione) mecum communicare dignatus est, in epistola data 18° *Septembris* 1715, miris quidem inventis refertissima, qualibus me crebro dignatur vir Doctissimus. De hoc vero Problemate sic scribit. "Pour la somme d'un" "nombre determiné n de termes de la suitte de vostre Theoreme 7. [*Co-*

rollarium

" *rollarium* primum eſt hujus Propoſitionis] j'ay trouvé cette formule

" $\frac{1}{m^n} \times \frac{m-1}{m-1} a + \frac{A-n}{m-1} b + \frac{B-n \cdot \frac{n-1}{2}}{m-1} c + \frac{C-n \cdot \frac{n-1}{2} \cdot \frac{n-2}{3}}{m-1} d$

" $+$ &c. ou les Lettres *A*, *B*, *C*, &c. marquent les Coefficients des ter-
" mes immediatement precedents. Et en mettant dans cette formule
" $p+1$ pour n, b^m pour m, & en multipliant tout encore par e^{n-1}, on
" a la ſolution de voſtre *Prob.* IX^me". Et me monuit Vir peritiſſimus hanc ſuam formulam generalem in noſtram particularem (*Cor.* 1. hujus propoſitionis) migrare quando $n = \infty$; quippe tum evaneſcunt $1, n, n \cdot \frac{n-1}{2}, n \cdot \frac{n-1}{2} \cdot \frac{n-2}{3}$, &c. reſpectu ipſorum m^n, *A*, *B*, *C*, &c. adeo ut Series in eo caſu ſit $\frac{1}{m-1} a + \frac{A}{m-1} b + \frac{B}{m-1} c +$ &c. quæ omnino coincidit cum noſtra $\frac{a}{m-1} + \frac{b}{\overline{m-1}|^2} + \frac{c}{\overline{m-1}|^3} +$ &c.

2. *Definitiones.* 1. Quantitatis cujuſvis variabilis valorem præſentem deſigno litera ſimpliciter ſcripta, ut x; valores præcedentes lineolis eidem literæ ex parte ſuperiori poſitis, ſequentes lineolis ex parte inferiori ſcriptis. Ut vi hujus Definitionis ſint $\overset{\prime\prime}{x}$, $\overset{\prime}{x}$, x, $\underset{\prime}{x}$, $\underset{\prime\prime}{x}$, ejuſdem variabilis valores quinque continui, exiſtente x valore præſenti, $\overset{\prime}{x}$ proxime præterito, $\overset{\prime\prime}{x}$ ſecundo præterito; $\underset{\prime}{x}$ proxime, atque $\underset{\prime\prime}{x}$ ſecundo futuro. Et ſic de aliis. Ad eundem modum ſunt interpretandæ lineolæ quæ incrementis apponuntur. Sic ſunt $\overset{\prime\prime}{\underset{\cdot\cdot}{x}}$, $\overset{\prime}{\underset{\cdot\cdot}{x}}$, $\underset{\cdot\cdot}{x}$, $\underset{\cdot\cdot\,\prime}{x}$, $\underset{\cdot\cdot\,\prime\prime}{x}$, ipſius $\underset{\cdot\cdot}{x}$ valores quinque continui; ut ſit $\overset{\prime\prime}{\underset{\cdot\cdot}{x}}$ incrementum ſecundum ipſius $\overset{\prime\prime}{x}$, ſit $\overset{\prime}{\underset{\cdot\cdot}{x}}$ incrementum ſecundum ipſius $\overset{\prime}{x}$. Et ſic de aliis. Of the ſame, by Dr. Taylor, ib. p. 676.

Cor. Vi hujus Definitionis, $\overset{\prime}{x} + \overset{\prime}{\underset{\cdot}{x}} = x$, $x + \underset{\cdot}{x} = \underset{\prime}{x}$, $\underset{\cdot}{x} + \underset{\cdot\cdot}{x} = \underset{\prime\,\cdot}{x}$. Et ſic de aliis hujuſmodi.

Quando uſu venit ut variabilis quantitas, puta x, ſpectanda ſit tanquam Incrementum, ejus Integrale deſigno litera inter uncos [ ] incluſa. Iſtius etiam Integralis [x] Integrale (vel ipſius x integrale ſecundum,) deſigno numero binario uncorum priori ſuperimpoſito, ut $\overset{2}{[}\,x\,]$. Iſtius etiam Integralis Integrale (vel ipſius x Integrale tertium,) ad eundem modum deſigno numero ternario, ut $\overset{3}{[}\,x\,]$. Et ſic deinceps. Unde

vi hujus Definitionis constituunt $\overset{3}{[x]}$, $\overset{2}{[x]}$, $[x]$, x Seriem terminorum, quorum quilibet est ipsum immediate præcedentis incrementum primum, ut sit $\overset{2}{[x]} = \overset{3}{[\underset{\cdot}{x}]}$, $[x] = \overset{2}{[\underset{\cdot}{x}]}$, $x = [\underset{\cdot}{x}]$.

Lemma. Facti $x\,v$ ex Multiplicatione duorum variabilium x & v, incrementum est $\underset{\cdot}{x}\,v + \underset{\prime}{x}\,\underset{\cdot}{v}$.

Nam auctis variabilibus per propria incrementa, fit novum productum $\overline{x+\underset{\cdot}{x}} \times \overline{v+\underset{\cdot}{v}}$, sive $x\,v + \underset{\cdot}{x}\,v + \overline{x+\underset{\cdot}{x}} \times \underset{\cdot}{v}$, hoc est $x\,v + \underset{\cdot}{x}\,v + \underset{\prime}{x}\,\underset{\cdot}{v}$ (pro $x+\underset{\cdot}{x}$ scripto $\underset{\prime}{x}$ *per Def.* 1.) Unde dempto priori producto $x\,v$, restat Incrementum $\underset{\cdot}{x}\,v + \underset{\prime}{x}\,\underset{\cdot}{v}$.

Prop. I. *Theor.* Ejusdem Facti $x\,v$ Incrementum vel primum, vel secundum, vel tertium, vel aliud quodvis, cujus ordo designatur per symbolum n, exhibetur per formulam hanc generalem

$$\underset{n}{x}\,v + n\,\underset{\prime\,n-1}{x}\,\underset{\cdot}{v} + n \times \frac{n-1}{2}\,\underset{\prime\prime\,n-2}{x}\,\underset{\cdot\cdot}{v} + n \times \frac{n-1}{2} \times \frac{n-2}{3}\,\underset{\prime\prime\prime\,n-3}{x}\,\underset{\therefore}{v} + \&c.$$

In hac formula hæc sunt observanda, 1mo Terminorum numeri coefficientes 1, n, $n \times \frac{n-1}{2}$, $n \times \frac{n-1}{2} \times \frac{n-2}{3}$ &c. iidem sunt ac in binomii dignitate n. 2do Numeri n, $n-1$, $n-2$, $n-3$, &c. ipsis x infrascripti designant numeros punctorum quibus definiuntur Incrementa. 3^{tio} Lineolæ $\prime$, $\prime\prime$, $\prime\prime\prime$, &c. ipsis x infrascriptæ, interpretandæ sunt per Def. 1. 4to In quovis Termino numerus punctorum ipsis x & v simul infrascriptorum, est n. Sit *v. g.* $n = 4$: tum per formulam, ipsius $x\,v$ incrementum quartum prodit $\underset{::}{x}\,v + 4\,\underset{\prime\,\therefore}{x}\,\underset{\cdot}{v} + 6\,\underset{\prime\prime\,\cdot\cdot}{x}\,\underset{\cdot\cdot}{v} + 4\,\underset{\prime\prime\prime\,\cdot}{x}\,\underset{\therefore}{v} + \underset{\prime\prime\prime\prime}{x}\,\underset{::}{v}$.

Theorema hoc generale demonstrari potest per Inductionem, incrementis continuo sumptis juxta formam in Lemmate præcedenti traditam. Sed & collecta forma Seriei ex hujusmodi calculo, Theorema etiam demonstrari potest per Methodum Incrementorum, ad eum modum cujus specimen mox dabimus in demonstratione Propositionis tertiæ.

Prop. II. *Theor.* Ipsius $x\,v$ Integrale primum $[x\,v]$ exhibetur per Seriem $[x]\,v - \overset{2}{[\underset{\prime}{x}]}\,\underset{\cdot}{v} + \overset{3}{[\underset{\prime\prime}{x}]}\,\underset{\cdot\cdot}{v} - \overset{4}{[\underset{\prime\prime\prime}{x}]}\,\underset{\therefore}{v}$ &c.

Series autem ita terminatur, ut sit $[x\,v] = [x]\,v - \left[[\underset{\prime}{x}]\,\underset{\cdot}{v}\right] = [x]\,v - \overset{2}{[\underset{\prime}{x}]}\,\underset{\cdot}{v} + \left[\overset{2}{[\underset{\prime\prime}{x}]}\,\underset{\cdot\cdot}{v}\right] = \&c.$

Nam

Nam sumendo incrementa restituitur propositum $x v$.

Cor. 1. Datis duobus ex istis $[x]$, $[x v]$, $\left[[x_{\prime}]\, \underset{\cdot}{v}\right]$, datur tertium. Item datis tribus ex istis $[x]$, $\overset{2}{[x_{\prime}]}$, $[x v]$, $\left[\overset{2}{[x_{\prime\prime}]}\, \underset{\cdot\cdot}{v}\right]$, datur quartum. Et sic porro.

Cor. 2. Si $\underset{\cdot}{v}=0$, datur $[x v]$ ex dato $[x]$. Si $\underset{\cdot\cdot}{v}=0$ datur $[x v]$ ex datis duobus $[x]$, & $\overset{2}{[x]}$, Si $\underset{\because}{v}=0$, datur $[x v]$, ex datis tribus $[x]$, $\overset{2}{[x]}$, $\overset{3}{[x]}$. Et sic porro.

Ex. 1. Sit exemplum hujus formulæ in inventione Integralis ipsius $\frac{v}{z z_{\prime} z_{\prime\prime} z_{\prime\prime\prime}}$, dato nempe $\underset{\cdot}{z}$, atque existente $\underset{\because}{v}=0$, qui casus est specialis Propositionis secundæ Tractatus præcedentis D^ni *Monmort*. Facto itaque $x=\frac{1}{z z_{\prime} z_{\prime\prime} z_{\prime\prime\prime}}$, sunt $[x]=\frac{-1}{3\underset{\cdot}{z}\, z z_{\prime} z_{\prime\prime}}$, $\overset{2}{[x_{\prime}]}=\frac{1}{2\underset{\cdot}{z}\times 3\underset{\cdot}{z}\, z_{\prime} z_{\prime\prime}}$, atque $\overset{3}{[x_{\prime\prime}]}=\frac{-1}{1\underset{\cdot}{z}\times 2\underset{\cdot}{z}\times 3\underset{\cdot}{z}\, z_{\prime\prime}}$. Unde per formulam fit $[x v]$, hoc est $\frac{v}{z z_{\prime} z_{\prime\prime} z_{\prime\prime\prime}}=-$

$$\frac{v}{3\underset{\cdot}{z}\, z z_{\prime} z_{\prime\prime}}-\frac{\underset{\cdot}{v}}{2\underset{\cdot}{z}\times 3\underset{\cdot}{z}\, z_{\prime} z_{\prime\prime}}-\frac{\underset{\cdot\cdot}{v}}{1\underset{\cdot}{z}\times 2\underset{\cdot}{z}\times 3\underset{\cdot}{z}\, z_{\prime\prime}}.$$

Ex. 2. Sit aliud exemplum in inventione Integralis ipsius $n a^{z}$, ubi est $\underset{\cdot}{z}=1$, atque datur a. Tum pro x sumpto a^{z}, & pro v sumpto n, fit $x=a^{z\prime}$ hoc est $x_{\prime}=a x$, seu $x+\underset{\cdot}{x}=a x$, adeoque $\underset{\cdot}{x}=\overline{a-1}\, x$, atque $x=\frac{\underset{\cdot}{x}}{a-1}$ Regrediendo itaque ad Integralia fit $[x]=\frac{x}{a-1}$; item $\overset{2}{[x]}=\frac{[x]}{a-1}=\frac{x}{\overline{a-1}|^{2}}$, item $\overset{3}{[x]}=\frac{x}{\overline{a-1}|^{3}}$; & sic porro. Adeoque (quoniam $x_{\prime}=a x$,) sunt $[x]=\frac{x}{a-1}$, $[x_{\prime}]=\frac{a x}{\overline{a-1}|^{2}}$, $[x_{\prime\prime}]=\frac{a^{2} x}{\overline{a-1}|^{3}}$, &c. Unde per formulam prodit $[n a^{z}]=\frac{a^{z} n}{a-1}-\frac{a^{z+1}\underset{\cdot}{n}}{\overline{a-1}|^{2}}+\frac{a^{z+2}\underset{\cdot\cdot}{n}}{\overline{a-1}|^{3}}$, &c.

In hoc exemplo continetur Solutio Problematis, de quo agit D^nus de *Monmort* in Propositione nona. Coincidit autem formula cum ea quam exhibet ille in Corollario primo ejusdem Propositionis.

Scholium. Possunt etiam ex hac formula alii derivari valores Integralis quæsiti, pro vario modo quo interpretantur Incrementi propositi factores. Sic in exemplo secundo integrale ipsius $n a^{z}$ exhiberi potest per formulam

jam $a^x [n] - \overline{a-1}\, a^x [\overset{2}{\underset{,}{n}}] + \overline{a-1}|^2\, a^x [\overset{3}{\underset{,,}{n}}] -$ &c. pro x nempe sumpto n, & pro v sumpto a^x. Sed de his fortasse alia occasione fusius dicemus.

Prop. III. *Theor.* Ejusdem xv Integrale, vel primum, vel secundum, vel tertium, vel aliud quodvis cujus ordo designatur symbolo n, exhibetur per Seriem in hac forma generali prodeuntem $\overset{n}{[xv]} = \overset{n}{[x]}v - n \overset{n+1}{[\underset{,}{x}]}\dot{v} + n \times \frac{n+1}{2} \overset{n+2}{[\underset{,,}{x}]}\ddot{v} - n \times \frac{n+1}{2} \times \frac{n+2}{3} \overset{n+3}{[\underset{,,,}{x}]}\dddot{v} +$ &c.

Collecta forma Seriei ex Propositione præcedenti, Coefficientes $1, -n$, $n \times \frac{n+1}{2}, -n \times \frac{n+1}{2} \times \frac{n+2}{3}$, &c. sic inveniuntur per Methodum Incrementorum. Pone $\overset{n}{[xv]} = A \overset{n}{[x]} v + B \overset{n+1}{[\underset{,}{x}]} \dot{v} + C \overset{n+2}{[\underset{,,}{x}]} \ddot{v} + D \overset{n+3}{[\underset{,,,}{x}]} \dddot{v} +$ &c. Tum aucto n incremento suo $\underset{,}{n} = 1$, atque ipsis A, B, C, D, &c. incrementis suis contemporaneis $\dot{A}, \dot{B}, \dot{C}, \dot{D}$, &c. ut jam evadant $\underset{,}{n}$, $\underset{,}{A}, \underset{,}{B}, \underset{,}{C}, \underset{,}{D}$, &c. fiet novum Integrale (quod Integrale est ipsius $\overset{n}{[xv]}$,) $\overset{n+1}{[xv]} = \underset{,}{A} \overset{n+1}{[\underset{,}{x}]} v + \underset{,}{B} \overset{n+2}{[\underset{,}{x}]} \dot{v} + \underset{,}{C} \overset{n+3}{[\underset{,,}{x}]} \ddot{v} + \underset{,}{D} \overset{n+4}{[\underset{,,,}{x}]} \dddot{v} +$ &c. Hujus itaque Incrementum primum coincidere debet cum Integrali prius posito. Sumptis ergo incrementis, fit $\overset{n}{[xv]} = \underset{,}{A} [x] v \begin{matrix} + \underset{,}{A} \\ + \underset{,}{B} \end{matrix} \overset{n+1}{[\underset{,}{x}]} \dot{v} \begin{matrix} + \underset{,}{B} \\ + \underset{,}{C} \end{matrix} \overset{n+2}{[\underset{,,}{x}]} \ddot{v} \begin{matrix} + \underset{,}{C} \\ + \underset{,}{D} \end{matrix} \overset{n+3}{[\underset{,,,}{x}]} \dddot{v} +$ idem ac Integrale prius positum. Itaque terminos homologos inter se comparando fit 1^{mo} $A = \underset{,}{A}$. Unde est A datum quid. Sed ubi $n = 0$, est $A = 1$, ergo $A = 1$. 2^{do}. $\dot{B} = \underset{,}{B} + \underset{,}{A}$, hoc est $\dot{B} = B + \dot{B} + 1$, seu $\dot{B} = -1 = -\underset{,}{n}$. Ergo regrediendo ad Integralia, fit $B = -n + a$. Sed ubi $n = 0$, est $B = 0$. Ergo $a = 0$, atque $B = -n$. 3^{tio}. $\dot{C} = \underset{,}{C} + \underset{,}{B}$, hoc est $\dot{C} = \underset{,}{n}$. Regrediendo itaque ad integralia fit $C = \frac{n\underset{,}{n}}{2} + b$. Sed ubi $n = 0$, est $C = 0$. Ergo $b = 0$, atque $C = \frac{n\underset{,}{n}}{2}$, hoc est

$n \times$

$n \times \frac{n+1}{2}$. 4^{to}. Ad eundem modum invenitur $D = -n \times \frac{n+1}{2} \times \frac{n+2}{3}$. Et sic pergendo inveniuntur cæteri Coefficientes.

Scholium 1. In hac Propositione comparata cum Propositione prima, cernitur singularis quædam relatio Incrementa inter & Integralia. Ut enim in Arithmetica vulgari, Multiplicatio & Divisio sunt invicem ita contrariæ, ut si Multiplicatio designetur per Indicem affirmativum, Divisio designabitur per Indicem cum signo negativo; sic etiam in Methodo Incrementorum, si Incrementum designetur per Indicem affirmativum, Index negativus Integrale sistet. Sic in Propositione prima, si pro n sumatur Numerus binarius 2, per formulam exhibebitur ipsius $x\,v$ incrementum secundum, nempe $x\ddot{v} + 2\dot{x}_{\prime}\dot{v} + \ddot{x}_{\prime\prime}v$; Sed si pro n sumatur numerus negativus -2, ut jam quæratur ipsius $x\,v$ incrementum (ita loqui liceat) negative secundum, (quod idem est ac Integrale secundum) prodeunt coefficientes iidem ac si sumatur n affirmative in Propositione præsenti: atque interpretatis insuper ipsis $\underset{-2}{x}$, $\underset{\prime\,-3}{x}$, $\underset{\prime\prime\,-4}{x}$, &c. per $[x]^{2}$, $[\underset{\prime}{x}]^{3}$, $[\underset{\prime\prime}{x}]^{4}$, &c. Series fit omnino eadem ac per Propositionem præsentem prodit, ubi quæritur Integrale secundum.

2. Ex his autem formulis quasi sua sponte procedunt formulæ Propositionum undecimæ atque duodecimæ Libri de Methodo Incrementorum. Nam pro incrementis scribe Fluxiones, atque evanescentibus incrementis fiant jam omnes x, $x_{\prime}$, $x_{\prime\prime}$, $x_{\prime\prime\prime}$, &c. inter se æquales, atque migrabit statim hæc Propositio secunda in illam undecimam, atque præsens tertia in illam duodecimam. Quod quidem exemplum satis insigne est Methodi *Newtonianæ*, qua colligit ille rationes Fluxionum ex rationibus ultimis Incrementorum evanescentium, vel ex primis nascentium.

Præcedentium impressioni intentus dum in animo illa sæpius revolvo, subiit Artificium illud quo jam olim usus est D. *Jac. Bernoulli* in inventione quarundam Serierum, ope Progressionis Harmonicæ cujus meminit D. de *Monmort* in *Scholio 6. Prop.* V. præcedente, commode etiam applicari posse ad inventionem ipsius *Monmortii* Propositionum $2^{dæ}$, $3^{tiæ}$, 4^{te}, $5^{tæ}$, atque id genus aliarum aliquanto fortasse generaliorum. Hoc in sequentibus paucis ostendisse credebam Lectori non fore ingratum.

Theorema. Sit Progressio Arithmetica $p, p+n, p+2n$, &c. cujus termini singuli successive designentur per x, & sunto b, c, d, &c. quivis multiplices differentiæ datæ n terminorum Progressionis istius Arithmeticæ. Sint A, B, C, D, &c. Numeri quilibet dati, & constituantur fractiones quotvis $\frac{A}{x}$, $\frac{B}{x+b}$, $\frac{C}{x+c}$, $\frac{D}{x+d}$, &c. Pro x successive scriptis valoribus suis $p, p+n, p+2n$, &c. ex harum fractionum qualibet oritur Series Harmonice proportionalium. Sic *v.g.* ex fractione prima $\frac{A}{p}$, oritur

tur Series $\frac{A}{p}$, $\frac{A}{p+n}$, $\frac{A}{p+2n}$, &c. Dico quod aggregatum quotlibet hujusmodi Serierum in infinitum continuatarum in terminis numero finitis exhiberi potest, si modo fuerit numeratorum A, B, C, D, &c. aggregatum æquale nihilo. Duobus exemplis hoc fiet manifestum.

Ex. Sint duæ tantum fractiones $\frac{A}{x}$, atque $\frac{-A}{x+3n}$, existente $b=3n$. Scribantur Series harmonicæ ex his formulis ortæ, eo ordine, ut termini, in quibus sunt denominatores æquales, sibi invicem respondeant, & collectis summis terminorum homologorum, prodibit aggregatum Serierum in terminis numero finitis, ut in calculo apposito videre est.

$$\frac{A}{p}+\frac{A}{p+n}+\frac{A}{p+2n}+\frac{A}{p+3n}+\frac{A}{p+4n}+\&c. = \text{Seriei ortæ ex } \frac{A}{x}$$

$$+\frac{-A}{p+3n}+\frac{-A}{p+4n}+\&c. = \text{Seriei ex } \frac{-A}{x+3n}$$

$$\frac{A}{p}+\frac{A}{p+n}+\frac{A}{p+2n}+ \ 0 \ + \ 0 \ +\&c. = \text{Aggreg. Serierum.}$$

Ex. 2. Sint tres fractiones $\frac{A}{x}$, $\frac{B}{x+2n}$, $\frac{C}{x+3n}$, existentibus $b=2n$, $c=3n$, atque $A+B+C=0$. In hoc casu Calculus sic se habet.

$$\frac{A}{p}+\frac{A}{p+n}+\frac{A}{p+2n}+\frac{A}{p+3n}+\ldots+\&c. = \text{Seriei ortæ ex } \frac{A}{x}$$

$$+\frac{B}{p+2n}+\frac{B}{p+3n}+\ldots\ldots+\&c. = \text{Seriei ex } \frac{B}{x+2n}$$

$$+\frac{C}{p+3n}+\ldots\ldots+\&c. = \text{Seriei ex } \frac{C}{x+3n}$$

$$\frac{A}{p}+\frac{A}{p+n}+\frac{A+B}{p+2n}+\frac{A+B+C=0}{p+3n}+\&c. = \text{Aggregato Serierum.}$$

Ubi etiam prodit aggregatum Serierum in terminis numero finitis, nempe $\frac{A}{p}+\frac{A}{p+n}+\frac{A+B}{p+2n}$, ob Numeratorum A, B, C, aggregatum æquale nihilo. Et ad eundem modum demonstratur Theorema in aliis casibus quibusvis.

Cor. 1. Ex his principiis derivari possunt innumeræ Series in infinitum continuatæ, in terminis tamen numero finitis summabiles.

Cas. 1. Sint $\frac{A}{x}$ & $\frac{-A}{x+b}$ formulæ duarum Serierum harmonicarum, quarum aggregatum prodit in terminis numero finitis per superius demonstrata. Tum, formulis istis in unam summam collectis, fit $\frac{Ab}{x \times \overline{x+b}}$ formula Seriei summabilis. Sint *v. gr.* $A=\frac{1}{6}$, $p=1$, $n=2$, atque $b=3n=6$. Tum formulæ Serierum harmonicarum erunt $\frac{1}{6x}$, & $\frac{-1}{6\times\overline{x+6}}$, formula

mula Seriei compositæ summabilis erit $\frac{1}{x \times \overline{x+6}}$; Serie illa existente $\frac{1}{1 \times 7} + \frac{1}{3 \times 9} + \frac{1}{5 \times 11} + \frac{1}{7 \times 13} +$ &c. atque summa Seriei, per calculum in præmissis demonstratum, erit $\frac{1}{6 \times 1} + \frac{1}{6 \times 3} + \frac{1}{6 \times 5}$. Sint tres formulæ Serierum harmonicarum $\frac{A}{x}$, $\frac{B}{x+b}$, $\frac{C}{x+c}$ (existente $A + B + C = 0$, ut sit Serierum aggregatum finitum per præmissa.) Tum formulis in unam summam collectis fit

$$\frac{A \times \overline{x+b} \times \overline{x+c} + B \times x \times \overline{x+c} + C \times x \times \overline{x+b}}{x \times \overline{x+b} \times \overline{x+c}},$$

seu (terminis revocatis ad formam factorum x, $x \times \overline{x+b}$, $x \times \overline{x+b} \times \overline{x+c}$,)

$$\frac{Acb + \overline{Ac + \overline{c-b}\,B} \times x + \overline{A+B+C} \times x \times \overline{x+b}}{x \times \overline{x+b} \times \overline{x+c}},$$

hoc est (ob $A + B + C = 0$) $\frac{Acb + \overline{Ac + B \times \overline{c-b}} \times x}{x \times \overline{x+b} \times \overline{x+c}}$, formula Seriei summabilis. Si quatuor sint Fractiones $\frac{A}{x}$, $\frac{B}{x+b}$, $\frac{C}{x+c}$, $\frac{D}{x+d}$, (existente $A + B + C + D = 0$) ad eundem modum invenietur formula Seriei summabilis

$$\frac{Abcd + \overline{Acd + B \times \overline{c-b} \times \overline{d-b}}\,| \times x + \overline{Ad + B \times \overline{d-b} + C \times \overline{d-c}}\,| \times x \times \overline{x+b}}{x \times \overline{x+b} \times \overline{x+c} \times \overline{x+d}}.$$

Et sic pergere licet ad formulas adhuc magis compositas.

Cas. 2. Et si plures sint formulæ Serierum hujusmodi summabilium, quarum denominatorum factores excerpantur ex diversis progressionibus Arithmeticis, ex istarum formularum quotvis in unam summam additione, conficietur formula nova Seriei summabilis. Sint *e. gr.* formulæ duæ Serierum summabilium $\frac{1}{x \times \overline{x+3}}$ & $\frac{1}{z \times \overline{z+2}}$, excerptis x ex Progressione Arithmetica 1, 2, 3, 4, &c. z ex Progressione Arithmetica 1, 3, 5, &c. Tum ex his formulis in unam summam collectis fiet formula nova $\frac{z \times \overline{z+2} + x \times \overline{x+3}}{x \times \overline{x+3} \times z \times \overline{z+2}}$, vel (exposito z per x & numeros datos)

$$\frac{\overline{2x-1} \times \overline{2x+1} + x \times \overline{x+3}}{x \times \overline{x+3} \times \overline{2x-1} \times \overline{2x+1}}.$$

Cor. 2. Hinc omnis Series in infinitum continuata summabilis est, cujus termini designantur per Fractionem, cujus denominatoris factores excerpuntur ex data qualibet Progressione Arithmetica, numerator autem est multinomium, cujus dimensiones sunt ad minimum binario pauciores, quam sunt dimensiones Denominatoris. Nam omnis hujusmodi fractio resolvi potest in tot fractiones simplices, quot sunt dimensiones (hoc est, quot sunt factores) Denominatoris, quarum numeratorum aggregatum est nihil. Sit exempli gratia, formula oblata $\frac{\alpha + \beta x + \gamma x \times \overline{x+b}}{x \times \overline{x+b} \times \overline{x+c} \times \overline{x+d}}$. Pone

 hanc

hanc formulam æquari aggregato fractionum $\frac{A}{x} + \frac{B}{x+b} + \frac{C}{x+c} + \frac{D}{x+d}$. Tum fractionibus istis in unam summam collectis fiet $\overline{Abcd + \overline{Acd + B\,\overline{c-b} \times \overline{d-b}} \times x + \overline{Ad + B \times \overline{d-b} + C \times \overline{d-c}} \times x \times \overline{x+b}} + \overline{A+B+C+D} \times x \times \overline{x+b} \times \overline{x+c}$ applicatum ad $x \times \overline{x+b} \times \overline{x+c} \times \overline{x+d} = \frac{\alpha + \beta x + \gamma x \times \overline{x+b}}{x \times \overline{x+b} \times \overline{x+c} \times \overline{x+d}}$.

Unde per comparationem terminorum homologorum fit $Abcd = \alpha$, $Acd + B \times \overline{c-b} \times \overline{d-b} = \beta$, $Ad + B \times \overline{d-b} + C \times \overline{d-c} = \gamma$, $A + B + C + D = 0$, adeoque $A = \frac{\alpha}{bcd}$, $B = \frac{\beta - Acd}{\overline{c-b} \times \overline{d-b}}$, $C = \frac{\gamma - Ad - B \times \overline{d-b}}{d-c}$, $D = -A - B - C$. Quo pacto formula oblata resolvitur in fractiones simplices $\frac{\alpha}{bcdx} + \frac{\beta - Acd}{\overline{c-b} \times \overline{d-b} \times \overline{x+b}} + \frac{\gamma - Ad - B \times \overline{d-b}}{\overline{d-c} \times \overline{x+c}} + \frac{-A-B-C}{x+d}$, ex quibus ortarum Serierum aggregatum, hoc est, summa Seriei ortæ ex formula oblata $\frac{\alpha + \beta x + \gamma x \times \overline{x+b}}{x \times \overline{x+b} \times \overline{x+c} \times \overline{x+d}}$, per jam dicta prodit in terminis numero finitis. Quod vero dimensiones numeratoris in formula oblata debeant esse binario ad minimum pauciores, quam sunt dimensiones Denominatoris, hinc constat, quod in reductione fractionum $\frac{A}{x}$, $\frac{B}{x+b}$, $\frac{C}{x+c}$, $\frac{D}{x+d}$, quilibet numerator A, B, C, D, ducitur in omnes denominatores excepto uno, nempe suo; unde prodeunt Numeratoris Dimensiones unitate pauciores quam sunt dimensiones Denominatoris. Sed per æquationem $A + B + C + D = 0$ perit altissima dimensio in numeratore; Unde supersunt Numeratoris Dimensiones ad minimum binario pauciores quam sunt dimensiones Denominatoris. Ad hoc vero Corollarium revocari possunt D. de *Monmort* Propositiones 2[da] & 5[ta].

Cor. 3. Item oblata formula juxta *Cas.* 2. *Cor.* 1. adhuc magis composita, ex iisdem principiis perspici potest an sit Series summabilis. Sint progressiones duæ Arithmeticæ 1, 3, 5, &c. 2, 4, 6, &c. quarum termini homologi designentur per x & z, & sit formula Seriei oblata $\frac{\alpha + \beta x + \gamma x^2}{x \times \overline{x+2} \times z \times \overline{z+2}}$, vel (pro z scripto $x+1$, & factoribus Denominatoris in ordinem coactis) $\frac{\alpha + \beta x + \gamma x^2}{x \times \overline{x+1} \times \overline{x+2} \times \overline{x+3}}$. Pone formulam hanc æquari aggregato formularum $\frac{P}{x \times \overline{x+2}}$, $\frac{Q}{\overline{x+1} \times \overline{x+3}}$, Serierum per supe-

superius dicta summabilium, ut (formulis his novissimis in unam summam collectis) sit $\frac{P \times \overline{x+1} \times \overline{x+3} + Q \times x \times \overline{x+2}}{x \times \overline{x+1} \times \overline{x+2} \times \overline{x+3}}$ seu $\frac{3P + \overline{4P+2Q}\,x + \overline{P+Q}\,x^2}{x \times \overline{x+1} \times \overline{x+2} \times \overline{x+3}} = \frac{\alpha + \beta x + \gamma x^2}{x \times \overline{x+1} \times \overline{x+2} \times \overline{x+3}}$. Hinc comparando terminos homologos oriuntur æquationes $3P = \alpha$, $4P + 2Q = \beta$, $P + Q = \gamma$. Unde eliminatis P & Q per debitas operationes Analyticas, prodit æquatio $2\alpha - 3\beta + \gamma = 0$, qua definitur relatio quæ inter coefficientes α, β, γ intercedere debet, ut Series orta ex formula oblata $\frac{\alpha + \beta x + \gamma x^2}{x \times \overline{x+1} \times \overline{x+2} \times \overline{x+3}}$ sit summabilis. Ad eundem modum si formulæ oblatæ Denominatoris factores excerpantur ex tribus Progressionibus Arithmeticis, invenientur duæ æquationes quibus definiantur relationes coefficientium Numeratoris, ut sit Series summabilis. Si quatuor sint Progressiones Arithmeticæ, Coefficientium relatio definietur per tres æquationes. Et sic porro. Et in hujusmodi formulis ut sint Series summabiles, hæc insuper observanda sunt, Primo ut Numeratorum dimensiones sint ad minimum binario pauciores quam sunt dimensiones Denominatorum. Deinde ut ex singulis Progressionibus Arithmeticis excerpantur ad minimum duo factores Denominatoris. Denique, quod si sint duo vel plures factores Denominatoris inter se æquales, ponendum sit tot etiam Progressiones Arithmeticas, ex quibus excerpuntur, esse inter se æquales. Præmissis attentius perpensis, hæc obvia erunt. Ad hoc vero Corollarium facile revocantur D. de *Monmort* Propositiones 3^{tia} & 4^{ta}.

XXII. Arithmeticæ pars præcipua consistit in invenienda in numeris quantitate quacunque determinata; cum vero quantitatum & numerorum natura non patiatur ut omnes quantitates exhibeantur in numeris accurate, necesse habemus ad Approximationes confugere. Hoc est ubi quantitatum valores mathematice accurati nequeunt obtineri, quærenda sunt ii qui ab accuratis distant minus data quavis differentia.

Sir Isaac Newton's *Differential Method illustrated, by Mr.* James Sterling. *n.* 362 *p.* 1050.

Quicquid hac de re a Veteribus ad nos pervenit, vel est particulare, ut Methodus eorum reducendi Æquationes Quadraticas; vel saltem usibus generalibus male destinatum, ut Methodus Exhaustionum. *Vieta* quidem primus erat qui aliquid generale in hac arte assequutus est: quippe invenit methodum reducendi Æquationes Rationales, quæ solæ tunc in usu erant. In hac acquievere omnes Geometræ ex ejus temporibus usque ad ea *Newtoni*. Hic ex Interpolationibus primo pervenit ad Series: quas postea ad reductionem Æquationum omnium omnino generum universaliter applicuit. Hæc autem methodus procedit per quantitatum nascentium & evanescentium rationes primas & ultimas, seu si ita loqui liceat, per quantitatum coincidentium differentias infinite parvas. Sed & ulterius promovit *Newtonus* hanc methodum; docuitque qua ratione approximandum sit ad quantitates quæ determinantur per regularem seriem termino-

 rum,

rum, non per Æquationem ut vulgo fit. Atque sic posuit fundamenta calculi hujus Differentialis, qui procedit per quantitatum differentias cujuscunque magnitudinis; ideoque est methodo Serierum universalior. Per hasce artes *Newtonianas* universa doctrina Approximationum reducitur ad solutionem Problematis, *Invenire Lineam Geometricam quæ per data quotcunque puncta transibit.* Ex hujus inquam solutione inveniuntur radices Æquationum quarumcunque, & etiam quantitates quarum relationes ad alias datas per nullas Æquationes hactenus notas possunt exprimi. Existimo igitur *Newtonum* perduxisse methodum Approximandi ad summum perfectionis fastigium; dum ex unico simplicissimo principio totam hanc doctrinam longe lateque patentem deducit.

Author noster, in Epistola ad *Oldenburgum, Octob.* 24. 1676. data, mentionem fecit de methodo expedita ducendi Lineam Parabolicam per data quotcunque puncta; qua dixit se usum fuisse ubi Series simplices non sunt satis tractabiles. Et hanc methodum primo publicavit in Lemmate quinto Libri tertii *Principiorum.* Atque in Lectionibus publicis, circa idem tempus quo dicta Epistola scripta est, *Cantabrigiæ* habitis, exposuit modum generalem determinandi Curvas cujuscunque generis quæ transibunt per totidem data puncta quot earum natura patitur. Hæ Lectiones sub titulo *Arithmeticæ Universalis* anno 1707. publicatæ sunt, ubi habetur methodus exemplis illustrata in sectionibus Conicis. Anno vero 1711. tandem prodiit, inter alios ejusdem Authoris tractatus, ipsa Methodus Differentialis plenius quam ante exposita, cum fundamento ejus demonstrato.

Archimedes in methodo Exhaustionum, *Cavallerius* in methodo Indivisibilium, & *Wallisius* noster in Arithmetica infinitorum, posuerunt fundamenta doctrinæ de determinanda quantitate quæsita per locum quem obtinet inter terminos in data Serie: at qua ratione approximandum esset ad valores quantitatum sic determinatarum, horum nemo docuit; Hoc primus & solus perfecit *Newtonus*: atque exinde haud parum ampliata est universa Analysis. Nam sicut ante hoc inventum, ea Problemata Arithmetica sola pro solutis habebantur, ubi relatio quantitatis quæsitæ ad alias datas definiebatur Æquatione, jam pro solutis habenda sunt non minus ea, in quibus quantitas quæsita locum datum sortitur inter terminos datæ Seriei; siquidem numeri desiderati non minus accurate obtinentur per Methodum Differentialem, quam per extractionem Radicum: hisce vero habitis, parum interest quomodo ad eos deventum est. Et experientia multiplex docuit, quod plurima Problemata ad Æquationes ægre deducuntur, dum ad methodum Differentialem facillime. Qualis est ex multis aliis toties decantata Circuli Quadratura; quam tam perfectam, mea opinione, *Wallisius* in Arithmetica Infinitorum exhibuit quam *Archimedes* illam Parabolæ.

Pro-

Propositio. *Invenire Lineam Parabolicam quæ transibit per extrema Ordinatorum quotcunque æquidistantium.*



B *B*2 *B*3 *B*4 *B*5 *B*6 *B*7 *B*8

C *C*2 *C*3 *C*4 *C*5 *C*6 *C*7

D *D*2 *D*3 *D*4 *D*5 *D*6

E *E*2 *E*3 *E*4 *E*5

F *F*2 *F*3 *F*4

G *G*2 *G*3

H *H*2

I

Casus Primus. Designent *A*, *A*2, *A*3, *A*4, *A*5, *A*6, *A*7, *A*8, *A*9, &c. Ordinatas æquidistantes insistentes Abscissæ in dato angulo. Collige earum differentias *B*, *B*2, *B*3, *B*4, *B*5, *B*6, *B*7, *B*8, &c. harumque differentias *C*, *C*2, *C*3, *C*4, *C*5, *C*6, *C*7, &c. harumque differentias *D*, *D*2, *D*3, *D*4, *D*5, *D*6, &c. harumque differentias *E*, *E*2, *E*3, *E*4, *E*5, &c. harumque *F*, *F*2, *F*3, *F*4, &c. Et sic porro. Differentiæ autem colligi debent auferendo priores semper de posterioribus. Hoc est ponendo $B = A2 - A$, $B2 = A3 - A2$, $B3 = A4 - A3$, $B4 = A5 - A4$, $B5 = A6 - A5$, &c. Tum $C = B2 - B$, $C2 = B3 - B2$, $C3 = B4 - B3$, $C4 = B5 - B4$, &c. deinde $D = C2 - C$, $D2 = C3 - C2$, $D3 = C4 - C3$, &c. Et similiter sunt omnes differentiæ sequentes colligendæ. Vel sint α, β, γ, δ, ε, ζ, η, &c. æquales *A*, *A*2, *A*3, *A*4, *A*5, *A*6, *A*7, &c. Eritque $A = \alpha$, $B = \beta - \alpha$, $C = \gamma - 2\beta + \alpha$, $D = \delta - 3\gamma + 3\beta - \alpha$, $E = \varepsilon - 4\delta + 6\gamma - 4\beta + \alpha$, $F = \zeta - 5\varepsilon + 10\delta - 10\gamma + 5\beta - \alpha$, $G = \eta - 6\zeta + 15\varepsilon - 20\delta + 15\gamma - 6\beta + \alpha$, &c. In hisce valoribus numerales Coefficientes ipsorum $\alpha, \beta, \gamma, \delta, \varepsilon$, &c. generantur ut in dignitatibus integris Binomii $\overline{1-z}|^{0}$, $\overline{1-z}|^{1}$, $\overline{1-z}|^{2}$, $\overline{1-z}|^{3}$, $\overline{1-z}|^{4}$, &c. Scribendo numeros 1, 2, 3, 4, 5, &c. in Serie $1 \times \frac{n}{1} \times \frac{n-1}{2} \times \frac{n-2}{3} \times \frac{n-3}{4} \times \frac{n-4}{5} \times$ &c. successive pro n. Sit jam *PQ* quælibet Ordinata reliquis intermedia, & *AP* ejus distantia ab Ordinata prima *A* appelletur z, tum erit

PQ

$$PQ = A +$$
$$B \times \frac{z}{1} +$$
$$C \times \frac{z}{1} \times \frac{z-1}{2} +$$
$$D \times \frac{z}{1} \times \frac{z-1}{2} \times \frac{z-2}{3} +$$
$$E \times \frac{z}{1} \times \frac{z-1}{2} \times \frac{z-2}{3} \times \frac{z-3}{4} +$$
$$F \times \frac{z}{1} \times \frac{z-1}{2} \times \frac{z-2}{3} \times \frac{z-3}{4} \times \frac{z-4}{5} +$$
$$G \times \frac{z}{1} \times \frac{z-1}{2} \times \frac{z-2}{3} \times \frac{z-3}{4} \times \frac{z-4}{5} \times \frac{z-5}{6} + \&c.$$

Adeoque ſignum ipſius z mutandum eſt, quando PQ cadit ad alteras partes Ordinatæ primæ, ut pq.

Caſus Secundus. Sit jam $A5$ Ordinata in medio omnium; pone $A = B4 + B5$, $B = D3 + D4$, $C = F2 + F3$, $D = H + H2$, *&c.* & $a = C4$, $b = E3$, $c = G2$, $d = I$, *&c.* id eſt, ſi ſint $A6 = \alpha$, $A7 = \beta$, $A8 = \gamma$, $A9 = \delta$, *&c.* $A4 = \varkappa$, $A3 = \lambda$, $A2 = \mu$, $A = \nu$, *&c.* Pone $A = \alpha - \varkappa$, $B = \beta - 2\alpha + 2\varkappa - \lambda$, $C = \gamma - 4\beta + 5\alpha - 5\varkappa + 4\lambda - \mu$, $D = \delta - 6\gamma + 14\beta - 14\alpha + 14\varkappa - 14\lambda + 6\mu - \nu$, *&c.* $a = \alpha - 2\,A5 + \varkappa$, $b = \beta - 4\alpha + 6\,A5 - 4\varkappa + \lambda$, $c = \gamma - 6\beta + 15\alpha - 20\,A5 + 15\varkappa - 6\lambda + \mu$, $d = \delta - 8\gamma + 28\beta - 56\alpha + 70\,A5 - 56\varkappa + 28\lambda - 8\mu + \nu$, *&c.* Et dicatur $A5\,P$, z, tum erit

$$PQ = A5 + \frac{Az + azz}{1.2} +$$
$$\frac{2Bz + bzz}{1.2} \times \frac{zz-1}{3.4} +$$
$$\frac{3Cz + czz}{1.2} \times \frac{zz-1}{3.4} \times \frac{zz-4}{5.6} +$$
$$\frac{4Dz + dzz}{1.2} \times \frac{zz-1}{3.4} \times \frac{zz-4}{5.6} \times \frac{zz-9}{7.8} +$$
$$\frac{5Ez + ezz}{1.2} \times \frac{zz-1}{3.4} \times \frac{zz-4}{5.6} \times \frac{zz-9}{7.8} \times \frac{zz-16}{9.10} + \&c.$$

Caſus Tertius. Sint jam $A4$, $A5$, Ordinatæ duæ in medio omnium. Pone $A = \frac{A4 + A5}{2}$, $B = \frac{C3 + C4}{2}$, $C = \frac{E2 + E3}{2}$, $D = \frac{G + G2}{2}$, &c. $a = B4$, $b = D3$, $c = F2$, $d = H$, &c. Vel ſint $A5 = \alpha$, $A6 = \beta$, $A7 = \gamma$, $A8 = \delta$, &c. $A4 = \varkappa$, $A3 = \lambda$, $A2 = \mu$, $A = \nu$, &c.

Dein-

Deinde erunt $2A = \alpha + \varkappa$, $2B = \beta - \alpha - \varkappa + \lambda$, $2C = \gamma - 3\beta + 2\alpha + 2\varkappa - 3\lambda + \mu$, $2D = \delta - 5\gamma + 9\beta - 5\alpha - 5\varkappa + 9\lambda - 5\mu + \nu$, &c. Et $a = \alpha - \varkappa$, $b = \beta - 3\alpha + 3\varkappa - \lambda$, $c = \gamma - 5\beta + 10\alpha - 10\varkappa + 5\lambda - \mu$, $d = \delta - 7\gamma + 21\beta - 35\alpha + 35\varkappa - 21\lambda + 7\mu - \nu$, &c. Et sit O punctum medium inter $A4$, $A5$, atque appelletur OP, z; eritque Ordinata

$$PQ = \frac{A + az}{4^0} +$$
$$\frac{3B + bz}{4^1} \times \frac{4zz - 1}{2 \cdot 3} +$$
$$\frac{5C + cz}{4^2} \times \frac{4zz - 1}{2 \cdot 3} \times \frac{4zz - 9}{4 \cdot 5} +$$
$$\frac{7D + dz}{4^3} \times \frac{4zz - 1}{2 \cdot 3} \times \frac{4zz - 9}{4 \cdot 5} \times \frac{4zz - 25}{6 \cdot 7} +$$
$$\frac{9E + ez}{4^4} \times \frac{4zz - 1}{2 \cdot 3} \times \frac{4zz - 9}{4 \cdot 5} \times \frac{4zz - 25}{6 \cdot 7} \times \frac{4zz - 49}{8 \cdot 9} + \&c.$$

In hisce duobus etiam casibus z est negativa, quando Ordinata PQ cadit ad alteras partes initii Abscissæ. Et in omnibus tribus casibus distantia communis Ordinatarum ponitur unitas.

Omnes tres casus demonstrantur facillime per calculum. In casu primo pro PQ scribo successive α, β, γ, δ, ε, &c. & pro z interea 0, 1, 2, 3, 4, *&c.* quæ sunt longitudines Abscissæ ordine sequentes; & provenient æquationes,

$\alpha = A$, $\beta = A + B$, $\gamma = A + 2B + C$, $\delta = A + 3B + 3C + D$, $\varepsilon = A + 4B + 6C + 4D + E$, &c.

$\beta - \alpha = B$, $\gamma - \beta = B + C$, $\delta - \gamma = B + 2C + D$, $\varepsilon - \delta = B + 3C + 3D + E$, &c.

$\gamma - 2\beta + \alpha = C$, $\delta - 2\gamma + \beta = C + D$, $\varepsilon - 2\delta + \gamma = C + 2D + E$, &c.

$\delta - 3\gamma + 3\beta - \alpha = D$, $\varepsilon - 3\delta + 3\gamma - \beta = D + E$, &c.

$\varepsilon - 4\delta + 6\gamma - 4\beta + \alpha = E$, &c.

Hæ Æquationes, capiendo earum differentias, nullo labore resolvuntur, uti videre est. Et dant eosdem ipsorum A, B, C, D, *&c.* valores, qui antea positi sunt in solutione. Et ad eundem modum demonstrantur casus duo reliqui.

Harum trium serierum unaquæque converget ad valorem Ordinatæ PQ, ubi Ordinatarum datarum differentiæ sunt justæ magnitudinis. At ubi non convergunt, aliæ artes adhibendæ sunt. Sed impræsentiarum de hujus Propositionis usu pauca adjiciamus.

Designent α, β, γ, δ, ε, ζ, η, θ, $\varkappa$, λ, &c. terminos quoscunque æquidistantes, quorum differentiæ sunt perexiguæ; & relationes, quas inter se obtinent, definiuntur quamproxime per Æquationes sequentes, quæ oriuntur

tur capiendo differentias & differentias differentiarum continuo, & ponendo eas æquales nihilo.

$$\alpha - \beta = 0$$
$$\alpha - 2\beta + \gamma = 0$$
$$\alpha - 3\beta + 3\gamma - \delta = 0$$
$$\alpha - 4\beta + 6\gamma - 4\delta + \varepsilon = 0$$
$$\alpha - 5\beta + 10\gamma - 10\delta + 5\varepsilon - \zeta = 0$$
$$\alpha - 6\beta + 15\gamma - 20\delta + 15\varepsilon - 6\zeta + \eta = 0$$
$$\alpha - 7\beta + 21\gamma - 35\delta + 35\varepsilon - 21\zeta + 7\eta - \theta = 0$$
$$\alpha - 8\beta + 28\gamma - 56\delta + 70\varepsilon - 56\zeta + 28\eta - 8\theta + \kappa = 0$$
$$\alpha - 9\beta + 36\gamma - 84\delta + 126\varepsilon - 126\zeta + 84\eta - 36\theta + 9\kappa - \lambda = 0.$$

&c.

Hæc Tabula in uſum reſervanda eſt, ut conſulatur quoties opus ſit. Quod autem hæ Æquationes vel obtinent accurate, vel ad verum approximant, ubi differentiæ terminorum ſunt parvæ, patet ex demonſtratione caſus primi Propoſitionis.

Aſſumatur quælibet Series $\frac{1}{101}$, $\frac{1}{102}$, $\frac{1}{103}$, $\frac{1}{104}$, $\frac{1}{105}$, $\frac{1}{106}$, &c. Et quæratur terminus qui ſtat proximus ante $\frac{1}{101}$: patet quod ille eſt $\frac{1}{100}$; videamus ergo qualem hæc methodus exhibebit eundem. Repræſentet α terminum quæſitum, eritque

$$\begin{array}{l} \frac{1}{101} = \beta = 0099,0099,0099,0, \\ \frac{1}{102} = \gamma = 0098,0392,1568,7, \\ \frac{1}{103} = \delta = 0097,0873,7864,1, \\ \frac{1}{104} = \varepsilon = 0096,1538,4615,4, \\ \frac{1}{105} = \zeta = 0095,2380,9523,8, \\ \frac{1}{106} = \eta = 0094,3396,2264,2, \end{array} \quad \text{Æquatio} \left\{ \begin{array}{l} \text{1ma} \\ \text{2da} \\ \text{3tia} \\ \text{4ta} \\ \text{5ta} \\ \text{6ta} \end{array} \right\} \text{dat } \alpha \left\{ \begin{array}{l} 0099,0099,0099,0, \\ 0099,9805,8629,3, \\ 0099,9994,3455,0, \\ 0099,9999,7824,8, \\ 0099,9999,9895,8, \\ 0099,9999,9993,1, \end{array} \right.$$

Patet ergo quod hæc methodus continue approximat. Si terminorum differentiæ fuiſſent minores, valores acceſſiſſent citius ad verum, & contra tardius quando differentiæ ſunt majores. Hinc ſi in Tabulis numericis deſit terminus, poteſt is per hanc methodum inſeri.

Hoc modo etiam prodeunt ipſiſſimæ Series Specioſæ, quæ per alias methodos prodire ſolent. Proponatur $\overline{1 + zz}|^{-1}$ Ordinata Curvæ quadrandæ: Ea eſt prima in ſerie regulari $\overline{1 + zz}|^{-1}$, $\overline{1 + zz}|^{0}$, $\overline{1 + zz}|^{1}$, $\overline{1 + zz}|^{2}$, $\overline{1 + zz}|^{3}$, &c. Ordinatarum, quæ omnes præter primam dant ſuas areas z, $z + \frac{1}{3}z^3$, $z + \frac{2}{3}z^3 + \frac{1}{5}z^5$, $z + \frac{3}{3}z^3 + \frac{3}{5}z^5 + \frac{1}{7}z^7$, *&c.* conſtituentes novam ſeriem cujus primus terminus erit Area quæſita: quæ ideo invenietur ponendo pro ea α, & pro reliquis in ſuo Ordine β, γ, δ, ε, &c. Prima Æquatio dat $\alpha = z$, ſecunda $\alpha = z - \frac{1}{3}z^3$, tertia $\alpha = z - \frac{1}{3}z^3 + \frac{1}{5}z^5$, quarta $\alpha = z - \frac{1}{3}z^3 + \frac{1}{5}z^5 - \frac{1}{7}z^7$, &c. Eſt ergo univerſim area quæſita $z - \frac{1}{3}z^3 + \frac{1}{5}z^5 - \frac{1}{7}z^7 + \frac{1}{9}z^9 - \frac{1}{11}z^{11}$, &c. Eſtque hæc Series arcus ad Tangentem z, in circulo radium habente unitati æqualem. Eam invenit *Jacobus Gregorius* noſter, & cum *Collinio* communicavit initio anni 1671. a quo, mediante *Oldenburgo* ad *Leibnitium* delata eſt.

Sit

Sit jam &c. $e, d, c, b, a, P, \alpha, \beta, \gamma, \delta, \epsilon$, &c. Series utrinque excurrens in infinitum, ubi dantur omnes termini præter P in medio omnium. Sit $A = \alpha + a$, $B = \beta + b$, $C = \gamma + c$, $D = \delta + d$, $E = \epsilon + e$, &c. atque erit

$$P = \frac{A}{2} + \frac{A-B}{6} + \frac{5A-8B+3C}{60} + \frac{7A-14B+9C-2D}{140} + \frac{42A-96B+81C-32D+5E}{1260} + \frac{66A-165B+165C-88D+25E-3F}{2772} + \frac{429A-1144B+1287C-832D+325E-72F+7G}{24024} + \text{\&c.}$$

Investigatur hæc Series ex Æquationibus, excerpendo alternas in quibus numerus terminorum est impar. Nam earum differentiæ relinquent terminos in hac Serie; quæ itaque ad libitum produci potest.

Sit $\overline{1+z}|^{-1}$ Ordinata Hyperbolæ, & quæratur Area ejus quæ jacet supra Abscissam z, quando ea evadit unitas. Hæc Ordinata est media in Serie Ordinatarum, &c. $\overline{1+z}|^{-5}$, $\overline{1+z}|^{-4}$, $\overline{1+z}|^{-3}$, $\overline{1+z}|^{-2}$, $\overline{1+z}|^{-1}$, $\overline{1+z}|^{0}$, $\overline{1+z}|^{1}$, $\overline{1+z}|^{2}$, $\overline{1+z}|^{3}$ &c. æquidistantium, hinc inde excurrente in infinitum. Adeoque Areæ ab hisce Ordinatis genitæ constituent seriem consimilem, cujus medius terminus erit Area quæsita; quæ proinde obtinebitur per Seriem modo expositam. Quando z est unitas, ut in casu præsente, areæ curvarum evadunt, &c. $\frac{15}{64}, \frac{7}{24}, \frac{3}{8}, \frac{1}{2}$, & $1, \frac{3}{2}, \frac{7}{3}, \frac{15}{4}$, &c. Hinc est $A = 1 + \frac{1}{2} = \frac{3}{2}$, $B = \frac{3}{2} + \frac{3}{8} = \frac{15}{8}$, $C = \frac{7}{3} + \frac{7}{24} = \frac{21}{8}$, $D = \frac{15}{4} + \frac{15}{64} = \frac{255}{64}$, &c. Hisce in Serie substitutis, prodit P, id est, area Hyperbolæ, $\frac{3}{4} - \frac{3}{48} + \frac{3}{480} - \frac{3}{4480} +$ &c. id est, $\frac{3}{4} - \frac{A}{4 \cdot 3} - \frac{2B}{4 \cdot 5} - \frac{3C}{4 \cdot 7} - \frac{4D}{4 \cdot 9} - \frac{5E}{4 \cdot 11} -$ &c. Ubi jam A, B, C, D, &c. more *Newtoniano*, designant terminos in suo ordine ab initio. Calculum appono.

TERMINI.

Affirmativi	*Negativi.*
7500,0000,0000,0000,0	0625,0000,0000,0000,0
62,5000,0000,0000,0	6,6964,2857,1428,5
7440,4761,9047,6	845,5086,5800,8
97,5586,9130,8	11,3818,4731,9
1,3390,4086,1	1585,7062,8
188,7745,5	22,5708,7
2,7085,0	3260,2
393,4	47,5
5,7	7
+7563,2539,3930,7494,1	−0631,7821,3370,8041,1

Summam negativam ſubducens ab affirmativa, habeo pro Area, id eſt, pro Logarithmo Hyperbolico Binarii, numerum 6931,4718,0559,9453.

Pro conſtructione Tabularum quarumvis numericarum percommoda eſt Series quæ ſequitur. Deſignent &c. $e, d, c, b, a, \alpha, \beta, \gamma, \delta, \epsilon$, &c. terminos alternos in Serie utrinque ſerpente in infinitum; Pone $A = \alpha + a$, $B = \beta + b$, $C = \gamma + c$, $D = \delta + d$, $E = \epsilon + e$, &c. Et terminus inter α & a erit

$$\frac{A}{2} +$$

$$\frac{1}{1} \times \frac{A - B}{2^4} +$$

$$\frac{1 \cdot 3}{1 \cdot 2} \times \frac{2A - 3B + C}{2^7} +$$

$$\frac{1 \cdot 3 \cdot 5}{1 \cdot 2 \cdot 3} \times \frac{5A - 9B + 5C - D}{2^{10}} +$$

$$\frac{1 \cdot 3 \cdot 5 \cdot 7}{1 \cdot 2 \cdot 3 \cdot 4} \times \frac{14A - 28B + 20C - 7D + E}{2^{13}} +$$

$$\frac{1 \cdot 3 \cdot 5 \cdot 7 \cdot 9}{1 \cdot 2 \cdot 3 \cdot 4 \cdot 5} \times \frac{42A - 90B + 75C - 35D + 9E - F}{2^{16}} +$$

$$\frac{1 \cdot 3 \cdot 5 \cdot 7 \cdot 9 \cdot 11}{1 \cdot 2 \cdot 3 \cdot 4 \cdot 5 \cdot 6} \times \frac{132A - 297B + 275C - 154D + 44E - 11F + G}{2^{19}} + \text{\&c.}$$

Hæc Series ſequitur ex caſu tertio Propoſitionis, ponendo $z = 0$. Coefficientes numerales literarum ſic producuntur, exempli gratia, in quarto termino coefficiens literæ penultimæ C eſt 5; pone $5 + 1 = n$, & numeri qui proveniunt ex multiplicatione terminorum $1 \times \frac{n}{1} \times \frac{n-1}{2} \times \frac{n-2}{3} \times \frac{n-3}{4} \times \frac{n-4}{5} \times$ &c. erunt 1, 6, 15, 20, &c. Horum differentiæ 5, 9, 5, ſunt numeri quæſiti. Atque adeo Series ad libitum produci poteſt.

Datis

Datis Logarithmis numerorum 46, 48, 50, 52, 54, 56, 58 & 60; invenire Logarithmum numeri 53 qui consistit in medio omnium. Pone $l\,52 + l\,54 = A = 3{,}4483{,}9710{,}34$, $l\,50 + l\,56 = B = 3{,}4471{,}5803{,}13$, $l\,48 + l\,58 = C = 3{,}4446{,}6923{,}08$, $l\,46 + l\,60 = D = 3{,}4409{,}0908{,}19$. Hisce valoribus in Serie scriptis, primi quatuor termini dabunt 1,7242, 2586,96 pro Logarithmo numeri 53. Et eadem ratione invenire licet quemvis alium intermedium.

In Constructione ergo Tabularum sufficit primo quærere aliquos terminos in debitis distantiis, nam reliqui possunt hoc modo interseri. Etenim continuo sunt intercalandi termini primo inventi, usque dum perventum fuerit ad ultimos qui desiderantur. Hoc modo habebitur tota Tabula ex datis paucis terminis sub initio pro fundamento operationis. Sed non convenit ut termini quos primo quærimus, sint omnes per totam Tabulam æquidistantes; nam si omittimus alternos ubi eorum differentia est maxima, possumus alibi per saltum omittere duos, tres, viginti aut forte plures terminos. Numerus autem terminorum inter duos datos consistentium, qui omittuntur, debet semper esse aliquis sequentium 1, 3, 7, 15, 31, 63, &c. dummodo volumus inserere eos per hanc Seriem; hoc vero neutiquam incommodabit opus.

Possunt autem pro Praxi termini in unam summam colligi, ut factum vides in hac Tabella. Prima expressio est primus terminus; secunda est summa primi & secundi; tertia est summa primi, secundi & tertii: & sic porro.

2	$\frac{A}{2}$
4	$\frac{9A - B}{16}$
6	$\frac{150A - 25B + 3C}{256}$
8	$\frac{1225A - 245B + 49C - 5D}{2048}$
10	$\frac{39690A - 8820B + 2268C - 305D + 35E}{65536}$

Sic datis aliquibus terminis alternis, intermedii confestim dabuntur per hasce expressiones, nulla ratione habita naturæ Tabulæ particularis. Nam hæ regulæ sunt eædem in omnibus. Areæ curvarum sunt proxime æquales areis Parabolicæ figuræ quæ transit per extrema Ordinatarum suarum. Sed quoniam laboriosum nimis esset semper recurrere ad Parabolam, computavi Tabulam sequentem, qua Areæ directe exhibentur ex datis Ordinatis.

$$\begin{array}{r|l}
1 & \dfrac{A}{1}R \\
3 & \dfrac{A+4B}{6}R \\
5 & \dfrac{7A+32B+12C}{90}R \\
7 & \dfrac{41A+216B+27C+272D}{840}R \\
9 & \dfrac{989A+5888B-928C+10496D-4540E}{28350}R \\
11 & \dfrac{16067A+106300B-48525C+272400D-260550E+427368F}{598752}R.
\end{array}$$

Hic numerus Ordinatarum eſt impar, A eſt ſumma primæ & ultimæ, B ſecundæ & penultimæ, C tertiæ & antepenultimæ; & ſic porro, uſque dum deventum ſit ad eam in medio omnium, quæ per ultimam literam in quaque expreſſione repræſentatur. R eſt baſis ſeu pars Abſciſſæ inter primam & ultimam Ordinatam interceptæ. Expreſſiones ſunt Areæ contentæ inter Curvam, Baſin & Ordinatas hinc inde extremas. Tabulam pro pare numero Ordinatarum non appoſui, quoniam Area cæteris paribus ex impare earum numero accuratius definitur.

Quæratur area quæ generatur ab Ordinata $\overline{1+zz}|^{-1}$ & jacet ſupra Abſciſſam z quando ea evadit unitas. In $\overline{1+zz}|^{-1}$, pro z ſcribe $\frac{0}{10}, \frac{1}{10}, \frac{2}{10}, \frac{3}{10}, \frac{4}{10}, \frac{5}{10}, \frac{6}{10}, \frac{7}{10}, \frac{8}{10}, \frac{9}{10}, \frac{10}{10}$; & prodibunt undecim Ordinatæ $1, \frac{100}{101}, \frac{25}{26}, \frac{100}{109}, \frac{25}{29}, \frac{4}{5}, \frac{25}{34}, \frac{100}{149}, \frac{25}{41}, \frac{100}{181}, \frac{1}{2}$. Hinc eſt $A = 1 + \frac{1}{2} = \frac{3}{2}$, $B = \frac{100}{101} + \frac{100}{181} = \frac{28200}{18281}$, $C = \frac{25}{26} + \frac{25}{41} = \frac{1675}{1066}$, $D = \frac{100}{109} + \frac{100}{149} = \frac{25800}{16241}$, $E = \frac{25}{29} + \frac{25}{34} = \frac{1575}{986}$, $F = \frac{4}{5}$. Hiſce valoribus ſubſtitutis in ultima expreſſione, & unitate pro R, invenies aream eſſe 785398187. Juſtus eſt hic numerus in ſeptima figura, in octava verum ſuperans Binario.

Si undecim Ordinatæ non dent aream ſatis exactam, erige plures; & concipe aream diviſam eſſe in plures partes, quarum quamque ſeorſum quærens habebis pro lubitu juſtam.

Valor ipſius $\overline{1+Q}|^n$ exprimi poteſt per quamcunque trium ſerierum ſequentium.

$$\begin{aligned}
\overline{1+Q}|^n = 1 &+ \\
&Q \times \frac{n}{1} + \\
&Q^2 \times \frac{n}{1} \times \frac{n-1}{2} + \\
&Q^3 \times \frac{n}{1} \times \frac{n-1}{2} \times \frac{n-2}{3} + \\
&Q^4 \times \frac{n}{1} \times \frac{n-1}{2} \times \frac{n-2}{3} \times \frac{n-3}{4} + \\
&Q^5 \times \frac{n}{1} \times \frac{n-1}{2} \times \frac{n-2}{3} \times \frac{n-3}{4} \times \frac{n-4}{5} + \&c.
\end{aligned}$$

Vel

Vel $\overline{1+Q}|^n = 1 +$

$$R\times\frac{n}{1} +$$
$$R^2\times\frac{n}{1}\times\frac{n+1}{2} +$$
$$R^3\times\frac{n}{1}\times\frac{n+1}{2}\times\frac{n+2}{3} +$$
$$R^4\times\frac{n}{1}\times\frac{n+1}{2}\times\frac{n+2}{3}\times\frac{n+3}{4} +$$
$$R^5\times\frac{n}{1}\times\frac{n+1}{2}\times\frac{n+2}{3}\times\frac{n+3}{4}\times\frac{n+4}{5} + \text{\&c.}$$ posito scilicet $R = \frac{1+Q}{Q}$. Vel

$\overline{1+Q}|^n = 1 +$

$$\frac{2+\overline{n+1}\times Q}{\overline{1+Q}|^1}\times Q\times\frac{n}{1.2} +$$
$$\frac{4+\overline{n+2}\times Q}{\overline{1+Q}|^2}\times Q^3\times\frac{n}{1.2}\times\frac{nn-1}{3.4} +$$
$$\frac{6+\overline{n+3}\times Q}{\overline{1+Q}|^3}\times Q^5\times\frac{n}{1.2}\times\frac{nn-1}{3.4}\times\frac{nn-4}{5.6} +$$
$$\frac{8+\overline{n+4}\times Q}{\overline{1+Q}|^4}\times Q^7\times\frac{n}{1.2}\times\frac{nn-1}{3.4}\times\frac{nn-4}{5.6}\times\frac{nn-9}{7.8} +$$
$$\frac{10+\overline{n+5}\times Q}{\overline{1+Q}|^5}\times Q^9\times\frac{n}{1.2}\times\frac{nn-1}{3.4}\times\frac{nn-4}{5.6}\times\frac{nn-9}{7.8}\times\frac{nn-16}{9.10} + \text{\&c.}$$

Primæ duæ Series demonſtrantur per Caſum primum Propoſitionis. Nam ſi $\overline{1+Q}|^0$, $\overline{1+Q}|^1$, $\overline{1+Q}|^2$, $\overline{1+Q}|^3$, $\overline{1+Q}|^4$, *&c.* deſignent Ordinatas totidem æquidiſtantes in Parabolica figura, erit $\overline{1+Q}|^n$ ejuſdem Ordinata, cujus diſtantia a $\overline{1+Q}|^0$ eſt n. Et ſic prodit Series prima. At ſi in alia Parabola $\overline{1+Q}|^0$, $\overline{1+Q}|^{-1}$, $\overline{1+Q}|^{-2}$, $\overline{1+Q}|^{-3}$, $\overline{1+Q}|^{-4}$, *&c.* ſint æquidiſtantes Ordinatæ, erit $\overline{1+Q}|^n$ Ordinata in eadem, cujus diſtantia a $\overline{1+Q}|^0$ eſt $-n$; ſic proveniet Series ſecunda. Sit jam in tertia Parabola *&c.* $\overline{1+Q}|^{-4}$, $\overline{1+Q}|^{-3}$, $\overline{1+Q}|^{-2}$, $\overline{1+Q}|^{-1}$, $\overline{1+Q}|^0$, $\overline{1+Q}|^1$, $\overline{1+Q}|^2$, $\overline{1+Q}|^3$, $\overline{1+Q}|^4$, *&c.* Series Ordinatarum æquidiſtantium hinc inde progrediens in infinitum, eritque in eadem $\overline{1+Q}|^n$ Ordinata, diſtantia n a termino medio $\overline{1+Q}|^0$ remota. Et ſic provenit Series tertia per Caſum Secundum Propoſitionis. Prima abrumpit quando eſt n integer & affirmativus, ſecunda quando eſt n integer & negativus, & tertia in caſu utroque abrumpit. Per harum quamque radices numerales commode evolvuntur in Series. Tertia reliquis multo

multo citius convergit: ejus terminus ſecundus adhiberi poteſt pro correctione, ubi fit extractio per repetitionem calculi.

Halleius in ſua methodo conſtruendi Logarithmos, ex prima harum ſerierum demonſtrat Seriem *Mercatoris* pro Quadratura Hyperbolæ. Sit ejus Ordinata $\overline{1+z}|^{-1}$, vel $\overline{1+z}|^{n-1}$, exiſtente n numero infinite parvo; unde per methodos Quadrandi, area quæ jacet ſupra Abſciſſam z, id eſt, Logarithmus numeri $1+z$, erit $\frac{\overline{1+z}|^{n}-1}{n}$. Eſt vero per primam Seriem $\overline{1+z}|^{n} = 1 + \frac{n}{1}z + \frac{n}{1} \times \frac{n-1}{2} z^2 + \frac{n}{1} \times \frac{n-1}{2} \times \frac{n-2}{3} z^3 + \&c.$ adeoque in caſu præſente, ubi eſt n infinite parvus, eſt $\overline{1+z}|^{n} = 1 + \frac{n}{1} z - \frac{n}{2} z^2 + \frac{n}{3} z^3 - \frac{n}{4} z^4$ &c. quo ſubſtituto in valore areæ, ea prodit $z - \frac{1}{2}z^2 + \frac{1}{3}z^3 - \frac{1}{4}z^4 + \frac{1}{5}z^5 -$ &c. quæ eſt Series *Mercatoris.*

Similiter per Seriem ſecundam prodit hæc regula; Sit datus numerus $1+z$, pone $R = \frac{z}{1+z}$, eritque ejus Logarithmus $R + \frac{1}{2}R^2 + \frac{1}{3}R^3 + \frac{1}{4}R^4 + \frac{1}{5}R^5 +$ &c.

Per Seriem tertiam provenit ſequens regula. Sit quilibet numerus R, pone $z = \frac{\overline{R-1}|^2}{2R}$, eritque ejus Logarithmus $\frac{RR-1}{2R} - \frac{1}{3}Az - \frac{2}{5}Bz - \frac{3}{7}Cz - \frac{4}{9}Dz - \frac{5}{11}Ez -$ &c. Ubi $A, B, C, D, E,$ &c. more *Newtoniano* deſignant terminos Seriei ſicut ab initio. Hæc Series, ut ea ex qua deducitur, reliquis duabus multis vicibus celerius approximat: eſtque eadem generalius expreſſa quam, ex fundamento haud abſimili, pro inventione Logarithmi Binarii prius dedimus.

Methodus inveniendi valores Serierum Arithmeticarum utcunque tarde convergentium.

In aliquibus Seriebus ſumma terminorum haberi nequit niſi ad pauciſſima figurarum loca, dummodo præter ſimplicem eorum additionem aliæ artes non adhibeantur. Proponatur jam Series quælibet cujus termini omnes iiſdem ſignis afficiuntur, & quorum proximi continue tendunt eſſe inter ſe æquales; quales ſunt ſequentes $\frac{1}{1\cdot 2} + \frac{1}{3\cdot 4} + \frac{1}{5\cdot 6} + \frac{1}{7\cdot 8} +$ &c. $1 + \frac{1}{4} + \frac{1}{9} + \frac{1}{16} + \frac{1}{25} +$ &c. Collige ſummam aliquot terminorum ſub initio, ii proxime addendi ſint $\alpha, \beta, \gamma, \delta, \epsilon, \zeta,$ &c. In numeris proximis ſit $r = \frac{\alpha\gamma - \beta\beta}{\alpha\beta - 2\alpha\gamma + \beta\gamma}$, & quantitatum $\alpha \times \frac{\alpha + r\beta}{\alpha - \beta}$, $\alpha + \beta \times \frac{\beta + r\gamma}{\beta - \gamma}$, $\alpha + \beta + \gamma \times \frac{\gamma + r\delta}{\gamma - \delta}$, $\alpha + \beta + \gamma + \delta \times \frac{\delta + \epsilon}{\delta - \epsilon}$, $\alpha + \beta + \gamma + \delta + \epsilon \times \frac{\epsilon + r\zeta}{\epsilon - \zeta}$, &c. differentiæ ſint $a, b, c, d, e,$ &c. Deinde in numeris proximis ſit $s =$

a c

$\frac{ac-bb}{ab-2ac+bc}$, & ipſorum $a \times \frac{a+sb}{a-b}$, $a+b \times \frac{b+sc}{b-c}$, $a+b+c \times \frac{c+sd}{c-d}$, $a+b+c+d \times \frac{d+se}{d-e}$, &c. differentiæ ſint A, B, C, D, &c. & ſit $t = \frac{AC-BB}{AB-2AC+BC}$: atque ſic procede quoad libuerit. Tum erit $\alpha+\beta+\gamma+\delta+\epsilon+$ &c. $= \alpha \times \frac{\alpha+r\beta}{\alpha-\beta} + a \times \frac{a+sb}{a-b} + A \times \frac{A+tB}{A-B} +$ &c. atque ultra duos primos terminos hujus novæ Seriei raro opus erit progredi.

Ut ſi deſideretur valor Seriei $\frac{1}{1 \cdot 2} + \frac{1}{3 \cdot 4} + \frac{1}{5 \cdot 6} + \frac{1}{7 \cdot 8} +$ &c. collige primos 21 terminos, quorum ſummam reperio fore 6813,8410,1885. Termini proxime addendi ſunt $\alpha =$,0005,2854,1226, $\beta =$,0004,8309,1787, $\gamma =$,0004,4326,2411, $\delta =$,0004,0816,3265, &c. Hinc fit $r = 1$ proxime, & $\alpha \times \frac{\alpha+r\beta}{\alpha-\beta} =$,0117,6449,6282, $a = -$,0000,0017,5096, $b = -$,0000,0014,7410, $c = -$,0000,0012,4986, &c. Unde $s = \frac{1}{3}$ prope, & $a \times \frac{a+sb}{a-b} = -$,0000,0141,8111, quem propter ſignum negativum ſubduco ab $\alpha \times \frac{\alpha+r\beta}{\alpha-\beta}$, & remanet 0117,6307,8171: hic additus ſummæ primo inventæ 6813,8410,1885, dat pro ſumma totius Seriei numerum 6931,4718,0056, qui juſtus eſt in nona decimali; at ante duas haſce correctiones ſumma erat juſta in prima figura ſola. Si animus ſit propius ſcopum attingere, pergendum erit ad approximationes ſequentes. Si termini Seriei diverſa habeant ſigna, conjungendi ſunt, ut omnes eadem tandem habeant, ut in Serie $1 - \frac{1}{3} + \frac{1}{5} - \frac{1}{7} + \frac{1}{9} -$ &c. conjunctis terminis ea evadit $\frac{2}{1 \cdot 3} + \frac{2}{5 \cdot 7} + \frac{2}{9 \cdot 11} + \frac{2}{13 \cdot 15} +$ &c. Sed hic notandum eſt quod differentiæ, a, b, c, d, e, &c. ut & A, B, C, D, &c. colligi debent ſubducendo quantitates antecedentes de ſubſequentibus. Et in omnibus hujuſmodi Seriebus ſi p, q, r, repræſentent tres terminos ordine ſequentes, p primum, q ſecundum, r tertium, & rectangulum $\frac{p+r}{2} \times q$ non ſit majus pr, valor Seriei erit infinite magnus: at magnitudinis ſemper finitæ ubi accidit contrarium. Poteſt hæc regula nonnunquam fallere, ubi termini p, q, r parum diſtant ab initio Seriei, at ſi conſiſtant inter eos ab initio aliquantum remotos, evadet regula certiſſima.

Ad alia Serierum genera debent aliæ regulæ adhiberi. Sit Series regularium Polygonorum Circulo Inſcriptorum, exiſtente Radio unitate.

$H=$

$H = 2,0000,0000,0000,000$	4
$G = 2,8284,2712,4746,190$	8
$F = 3,0614,6745,8920,718$	16
$E = 3,1214,4515,2258,051$	32
$D = 3,1365,4849,0545,938$	64
$C = 3,1403,3115,6954,752$	128
$B = 3,1412,7725,0932,772$	256
$A = 3,1415,1380,1144,299$	512

Dicatur jam ultimum Polygonum A, penultimum B, antepenultimum C, & reliqua in suo ordine retrorsum D, E, F, &c. atque area Circuli quæsita erit $A + \frac{A-B}{3} + \frac{4A-5B+C}{3.15} + \frac{64A-84B+21C-D}{3.15.63} + \frac{4096A-5440B+1428C-85D+E}{3.15.63.255} +$ &c. Ubi si pro $A, B, C, D, E,$ &c. scribantur proprii valores, primi quatuor termini dabunt 3,1415,9265, 3589,790 pro area Circuli. Hæc autem Series est generalis, ex natura Circuli neutiquam dependens: applicabilis est quotiescunque numerorum approximantium differentiæ priores sunt posteriorum quasi quadruplæ. Factores in Denominatoribus sunt dignitates integræ numeri 4 unitatibus minutæ: quibus datis, coefficientes literarum in diversis terminis formantur ex multiplicatione continua numerorum $1, \frac{n}{3}, \frac{n-3}{15}, \frac{n-15}{63}, \frac{n-63}{255}$, &c. Ubi pro n substituendus est ultimus Factorum in Denominatore.

Ultima quantitatum $x-1$, $2\sqrt[2]{x}-2$, $4\sqrt[4]{x}-4$, $8\sqrt[8]{x}-8$, $\sqrt[16]{x}-16$, &c. æqualis est Logarithmo numeri x. Pro x scribe 2, & per repetitam extractionem radicis quadratæ exibunt numeri,

$M =$	1,0000,0000,0000,0000.
$L =$	,8284,2712,4746,1901.
$I =$	7568,2864,0010,8843.
$H =$	7240,6186,1322,0613.
$G =$	7083,8051,8838,6214.
$F =$	7007,0875,6931,7337.
$E =$	6969,1430,7308,8294.
$D =$	6950,2734,2438,7611.
$C =$	6940,8641,2851,8363.
$B =$	6936,1658,4759,4014.
$A =$	6933,8182,9699,9493.

Dicatur ultimus numerorum A, penultimus B, & sic retro, atque Logarithmus quæsitus erit $A + \frac{A-B}{1} + \frac{2A-3B+C}{1.3} + \frac{8A-14B+7C-D}{1.3.7}$

+

$+\frac{64A-120B+70C-15D+E}{1.3.7.15}+$ &c. Primi quinque termini dant 6931,4718,0559,9457 pro Logarithmo Hyperbolico Binarii. Et quomodo hæc Series procedit in infinitum facile colligitur ex eo quod de priore diximus: eſtque etiam univerſalis, proprietates Hyperbolæ minime reſpiciens.

Extenditur quoque Methodus hæcce Differentialis ad Reſolutionem Æquationum & alia quamplurima quorum hic non fit mentio.

XXVI. § 1. Æquationis Cubicæ Univerſalis $\left.\right\}$ $x^3 = \begin{array}{l} 3px^2 + 3qx + 2r, \\ \quad\; - 3p^2 + p^3 \\ \qquad\qquad\; - 3pq \end{array}$

A univerſal Solution of Cubick and Biquadratick Æquations, viz. Analytical, Geometrical, and Mechanical. by Mr. J. Colſon, *n.* 309. *p.* 2353.

Radices Tres ſunt,

$$x = p + \sqrt[3]{r + \sqrt{r^2 - q^3}} + \sqrt[3]{r - \sqrt{r^2 - q^3}}$$

$$x = p - \frac{1 - \sqrt{-3}}{2} \times \sqrt[3]{r + \sqrt{r^2 - q^3}} - \frac{1 + \sqrt{-3}}{2} \times \sqrt[3]{r - \sqrt{r^2 - q^3}}$$

$$x = p - \frac{1 + \sqrt{-3}}{2} \times \sqrt[3]{r + \sqrt{r^2 - q^3}} - \frac{1 - \sqrt{-3}}{2} \times \sqrt[3]{r - \sqrt{r^2 - q^3}}$$

Vel ut Calculus Arithmeticus facilior ac paratior evadat, ſi poſueris Binomii irrationalis $r + \sqrt{r^2 - q^3}$ Radicem Cubicam eſſe $m + \sqrt{n}$, erunt ejuſdem Æquationis Radices tres $x = p + 2m$, & $x = p - m \pm \sqrt{-3n}$.

Igitur data Æquatione quavis Cubica, inter ejus hujuſque Æquationis Univerſalis terminos ſingulos inſtituenda eſt comparatio, quo pacto facillime invenientur ipſæ p, q, r; & hiſce cognitis, innoteſcent Æquationis datæ Radices omnes. Hujus vero Solutionis Exempla ſint ſequentia in Numeris.

1. Æquationis Cubicæ $x^3 = 2x^2 + 3x + 4$ ſit Radix x indaganda. Erit primo juxta præſcriptum $3p = 2$, ſive $p = \frac{2}{3}$. Secundo $3q - (3p^2)$ $\frac{4}{3} = 3$, ſive $q = \frac{13}{9}$. Tertio $2r\ (+\overline{p^2 - 3q} \times p) - \frac{70}{27} = 4$, ſive $r = \frac{89}{27}$, & $r^2 - q^3 = \frac{212}{27}$. Et propterea $x = \frac{2}{3} + \sqrt[3]{\frac{89}{27} + \sqrt{\frac{212}{27}}} + \sqrt[3]{\frac{89}{27} - \sqrt{\frac{212}{27}}}$. Reliquæ duæ Radices ſunt impoſſibiles.

2. In Æquatione $x^3 = 12x^2 - 41x + 42$, erit primo $3p = 12$, ſive $p = 4$. Secundo $3q - (3p^2)\ 48 = -41$, ſive $q = \frac{7}{3}$. Tertio $2r + (\overline{p^2 - 3q} \times p)\ 36 = 42$, ſive $r = 3$; Et inde $r^2 - q^3 = -\frac{100}{27}$. At Binomii ſurdi $3 + \sqrt{-\frac{100}{27}}$ $(= r + \sqrt{r^2 - q^3})$ Radix Cubica, per Metho-

 dos

dos ex Arithmetica petendas extracta, est $-1+\sqrt{-\frac{4}{3}}$, $(=m+\sqrt{n},)$ & proinde Radix $x=(p+2m=4-2=)\ 2$, vel etiam $x=(p-m+\sqrt{-3n}=4+1\pm(\sqrt{4})\ 2=)\ 7$ vel 3. Vel rursus, ejusdem Binomii $3+\sqrt{-\frac{100}{27}}$. Radix alia Cubica (tres enim agnoscit) est $\frac{3}{2}+\sqrt{-\frac{1}{12}}$ $(=m+\sqrt{n},)$ & proinde Radix $x=(p+2m=4+3=)\ 7$, & etiam $x=(p-m\pm\sqrt{-3n}=4-\frac{3}{2}\pm(\sqrt{\frac{1}{4}})\ \frac{1}{2}=3$ vel 2. Vel denuo, ejusdem Binomii $3+\sqrt{-\frac{100}{27}}$ Radix Cubica tertia est $-\frac{1}{2}-\sqrt{-\frac{25}{12}}$ $(=m+\sqrt{n},)$ & proinde Radix $x=(p+2m=4-1=)\ 3$, atque etiam $x=(p-m\pm\sqrt{-3n}=4+\frac{1}{2}\pm(\sqrt{\frac{25}{4}})\ \frac{5}{2}=)\ 7$ vel 2.

3. In Æquatione $x^3=-15x^2-84x+100$, erit $p=-5$, $q=-3$, $r=135$; & Binomii $135+\sqrt{18252}$ Radix Cubica est $3+\sqrt{12}$. Igitur Radix $x=-5+6=1$, & $x=-5-3\pm\sqrt{-36}=-8\pm\sqrt{-36}$, impossibiles.

4. In Æquatione $x^3=34x^2-310x+1012$, erit $p=\frac{34}{3}$, $q=\frac{226}{9}$, $r=\frac{5536}{27}$; & Binomii $\frac{5536}{27}+\sqrt{\frac{707560}{27}}$ Radix Cubica est $\frac{16}{3}+\sqrt{\frac{10}{3}}$. Igitur Radix $x=\frac{34}{3}+\frac{32}{3}=22$, & $x=\frac{34}{3}-\frac{16}{3}\pm\sqrt{-10}=6\pm\sqrt{-10}$, impossibiles.

5. In Æquatione $x^3=28x^2+61x-4048$, erit $p=\frac{28}{3}$, $q=\frac{967}{9}$, $r=-\frac{25010}{27}$; & Binomii $-\frac{25010}{27}+\sqrt{-382347}$ Radix Cubica est $\frac{41}{6}+\sqrt{-\frac{243}{4}}$. Igitur $x=\frac{28}{3}+\frac{41}{3}=23$, & $x=\frac{28}{3}-\frac{41}{6}\pm(\sqrt{\frac{729}{4}})\ \frac{27}{2}=16$ vel -11.

6. In Æquatione $x^3=-x^2+166x-660$, erit $p=-\frac{1}{3}$, $q=\frac{499}{9}$, $r=-\frac{9658}{27}$; & Binomii $-\frac{9658}{27}+\sqrt{-\frac{1147205}{27}}$ Radix Cubica est $-\frac{22}{3}+\sqrt{-\frac{5}{3}}$. Igitur $x=-\frac{1}{3}-\frac{44}{3}=-15$, & $x=-\frac{1}{3}+\frac{22}{3}\pm\sqrt{5}=7\pm\sqrt{5}$, irrationales.

7. In

7. In Æquatione $x^3 = 63x^2 + 99673x + 9951705$, erit $p = 21$, $q = \frac{100996}{3}$, $r = 6031680$; & Binomii $6031680 + \sqrt{-\frac{47887175043136}{27}}$ Radix Cubica est $183 + \sqrt{-\frac{529}{3}}$. Igitur $x = 21 + 366 = 387$, & $x = 21 - 183 \pm (\sqrt{529})\ 23 = -139$ vel 185.

Nec secus in cæteris procedendum: Investigatur autem Theorema ad modum sequentem. Pono Æquationis cujusdam Cubicæ Radicem $z = a + b$, & cubice multiplicando proveniet $z^3 = (a^3 + 3a^2b + 3ab^2 + b^3 =)\ a^3 + 3ab \times \overline{a+b} + b^3$. Jam loco ipsius $a + b$ valorem ejus z substituendo, fiet $z^3 = 3abz + a^3 + b^3$, quæ est Æquatio Cubica ex Radice $z = a + b$ constructa, cui terminus secundus deest. Ut hæc vero ad formam magis commodam magisque concinnam revocentur, sumo Æquationem $z^3 = 3qz + 2r$, quæ posthac ipsius $z^3 = 3abz + a^3 + b^3$, vices gerat. Igitur transmutatione hujus in illam, fiet primo $3q = 3ab$, sive $q^3 = a^3b^3$; & secundo $2r = a^3 + b^3$, sive $2ra^3 = (a^6 + a^3b^3 =)\ a^6 + q^3$. Et soluta hac æquatione quadratica, erit $a^3 = r + \sqrt{r^2 - q^3}$, & hinc $b^3 = (2r - a^3 =)\ r - \sqrt{r^2 - q^3}$: Atque igitur tandem $a = \sqrt[3]{r + \sqrt{r^2 - q^3}}$ & $b = \sqrt[3]{r - \sqrt{r^2 - q^3}}$. Et propterea in Æquatione Cubica $z^3 = 3qz + 2r$ erit Radix $z = (a + b =)\ \sqrt[3]{r^2 + \sqrt{r - q^3}} + \sqrt[3]{r^2 - \sqrt{r - q^3}}$.

At vero hæc Radix revera triplex est, pro triplici valore quem induere potest, & $\sqrt[3]{r + \sqrt{r^2 - q^3}}$ & $\sqrt[3]{r - \sqrt{r^2 - q^3}}$. Cujusvis enim quantitatis Radix Cubica triplex erit, & ipsius Unitatis Radix Cubica vel est 1, vel $-\frac{1}{2} + \frac{1}{2}\sqrt{-3}$, vel $-\frac{1}{2} - \frac{1}{2}\sqrt{-3}$. Atque id adeo, propterea quod harum alicujus Cubus sit Unitas. Igitur si $1 \times \sqrt[3]{r + \sqrt{r^2 - q^3}}$ aut $\sqrt[3]{r + \sqrt{r^2 - q^3}}$ $(= \sqrt[3]{1 \times r + \sqrt{r^2 - q^3}} = \sqrt[3]{1} \times \sqrt[3]{r + \sqrt{r^2 - q^3}})$ Radicem aliquam [quam supra nominavimus $m + \sqrt{n}$, aut $1 \times \overline{m + \sqrt{n}}$,] Cubi $r + \sqrt{r^2 - q^3}$ designet; ipsæ $\frac{-1 + \sqrt{-3}}{2} \times \sqrt[3]{r + \sqrt{r^2 - q^3}}$ & $\frac{-1 - \sqrt{-3}}{2} \times \sqrt[3]{r + \sqrt{r^2 - q^3}}$ [i. e. $\frac{-1 + \sqrt{-3}}{2} \times \overline{m + \sqrt{n}}$ & $\frac{-1 - \sqrt{-3}}{2} \times \overline{m + \sqrt{n}}$] alias duas ejusdem Cubi Radices designabunt. Similiter & $\sqrt[3]{r - \sqrt{r^2 - q^3}}$, $\frac{-1 + \sqrt{-3}}{2} \times \sqrt[3]{r - \sqrt{r^2 - q^3}}$ & $\frac{-1 - \sqrt{-3}}{2} \times \sqrt[3]{r - \sqrt{r^2 - q^3}}$, [i. e. $\overline{m - \sqrt{n}}$, $\frac{-1 + \sqrt{-3}}{2} \times \overline{m - \sqrt{n}}$, $\frac{-1 - \sqrt{-3}}{2} \times \overline{m - \sqrt{n}}$,] tres Cubicæ Radices erunt Apotomes $r - \sqrt{r^2 - q^3}$. Atque has Radices debite connectendo, fiet $z = \sqrt[3]{r + \sqrt{r^2 - q^3}} +$

$\sqrt[3]{r - \sqrt{r^2 - q^3}}$, [i. e. $z = \overline{m + \sqrt{n}} + \overline{m - \sqrt{n}} = 2m$,] $z = \frac{-1 + \sqrt{-3}}{2} \times \sqrt[3]{r + \sqrt{r^2 - q^3}} + \frac{-1 - \sqrt{-3}}{2} \times \sqrt[3]{r - \sqrt{r^2 - q^3}}$, [i. e. $z = \frac{-1 + \sqrt{-3}}{2} \times \overline{m + \sqrt{n}} + \frac{-1 - \sqrt{-3}}{2} \times \overline{m - \sqrt{n}} = -m + \sqrt{-3n}$,] & $z = \frac{-1 - \sqrt{-3}}{2} \times \sqrt[3]{r + \sqrt{r^2 - q^3}} + \frac{-1 + \sqrt{-3}}{2} \times \sqrt[3]{r - \sqrt{r^2 - q^3}}$ [i. e. $z = \frac{-1 - \sqrt{-3}}{2} \times \overline{m + \sqrt{n}} + \frac{-1 + \sqrt{-3}}{2} \times \overline{m - \sqrt{n}} = -m - \sqrt{-3n}$,] quæ tres erunt Radices Æquationis Cubicæ $z^3 = 3qz + 2r$. Debite autem connectuntur Radices istæ ad modum præcedentem, quippe quæ sic connexæ, & more vulgari in se invicem continue ductæ, Æquationem $z^3 = 3qz + 2r$ restituunt. Denique fac $z = x - p$, & Æquatio fiet $x^3 - 3px^2 + 3p^2x - p^3 = 3qx - 3pq + 2r$, quæ universalis est, & cujus Radices evadunt ut supra fuerunt exhibitæ.

Hic obiter notatu dignum est, quod Æquationis Cubicæ cujuscunque Radices omnes sint possibiles & reales, quoties Binomii membrum irrationale $\sqrt{r^2 - q^3}$ impossibilitatem in se complectitur; hoc est, quoties q est quantitas affirmativa, & simul cubus ejus major est quadrato ex latere r. At si membrum istud $\sqrt{r^2 - q^3}$ sit possibile, hoc est si q sit quantitas negativa, aut etiam si affirmativæ cubus sit minor quadrato ex latere r, tunc unicam tantum agnoscit Æquatio Radicem possibilem & realem, reliquæque duæ erunt impossibiles.

In hoc Theoremate si fiat $p = 0$, hoc est, si desit Æquationis terminus secundus, tunc deventum erit ad casum Regularum quæ dicuntur *Cardani*, cujus solutio continetur in præcedentibus.

§ 2. Æquationis Biquadraticæ Universalis

$$x^4 = 4px^3 \begin{array}{l} + 2qx^2 \\ - 4p^2 \end{array} \begin{array}{l} + 8rx \\ - 4pq \end{array} \begin{array}{l} + 4s, \\ - q^2 \end{array}$$

Radices quatuor sunt $x = p - a \pm \sqrt{p^2 + q - a^2 - \frac{2r}{a}}$, & $x = p + a \pm \sqrt{p^2 + q - a^2 + \frac{2r}{a}}$, Ubi a^2 est Radix Æquationis Cubicæ

$$a^6 = \begin{array}{l} p^2 a^4 \\ + q \end{array} - 2pra^2 \begin{array}{l} + r^2 \\ - s \end{array}$$

Jam data Æquatione quavis Biquadratica, inter ejus hujusque Æquationis Universalis terminos singulos instituenda est comparatio, quo pacto citissime invenientur ipsæ p, q, r, s; & hisce cognitis, non latebit valor ipsius a, ex Theoremate superiori inveniendus, & tum demum innotescent Æquationis datæ Radices omnes.

Huic Solutioni illustrandæ Exemplum unum aut alterum sufficiat.

1. Æquationis Biquadraticæ $x^4 = 8x^3 + 83x^2 - 162x - 936$ sint Radices extrahendæ. Erit primo juxta præscriptum $4p = 8$, sive $p = 2$. Secundo $2q - (4p^2)\ 16 = 83$, sive $q = \frac{99}{2}$. Tertio $8r - (4pq)\ 396 =$

-162, five $r = \frac{117}{4}$. Quarto $4s - (q^2)\frac{9801}{4} = -936$, five $s = \frac{6057}{16}$. Hinc $p^2 + q = \frac{107}{2}$, $2pr + s = \frac{7929}{16}$, $r^2 = \frac{13689}{19}$, & proinde $a^6 = \frac{107}{2}a^4 - \frac{7929}{16}a^2 + \frac{13689}{16}$. Jam ut Æquatio hæc aliquatenus Cubica in Radices ejus resolvatur, ad Theorema præcedens recurrendum est, in quo erit $p = \frac{107}{2}$, $q = \frac{22009}{144}$, $r = \frac{2903923}{1728}$, & $r^2 - q^3 = -\frac{11940075}{16}$. Atqui Binomii $\frac{2903923}{1728} + \sqrt{-\frac{11940075}{16}}$ Radix Cubica est $-\frac{53}{12} + \sqrt{-\frac{400}{3}}$ & propterea $a^2 = \frac{107}{6} - \frac{53}{6} = 9$, & etiam $a^2 = \frac{107}{6} + \frac{53}{12} \pm (\sqrt{400})\, 20 = \frac{169}{4}$ vel $\frac{9}{4}$: Vel quod perinde est, Æquationis præmissæ revera Cubo-Cubicæ sex Radices sunt $a = \pm 3$, $a = \pm \frac{13}{2}$, & $a = \pm \frac{3}{2}$, quarum quævis indiscriminatim proposito nostro faciet satis. Puta si in præsenti casu fiat $a = 3$, erit juxta Theorema $x = (p - a \pm \sqrt{p^2 + q - a^2 - \frac{2r}{a}} = 2 - 3 \pm \sqrt{4 + \frac{99}{2} - 9 - \frac{39}{2}} = -1 \pm (\sqrt{25})\, 5 =)\, 4$ vel -6, & $x = (p + a \pm \sqrt{p^2 + q - a^2 + \frac{2r}{a}} = 2 + 3 \pm \sqrt{4 + \frac{99}{2} - 9 + \frac{39}{2}} = 5 \pm (\sqrt{64})\, 8 =)\, 13$ vel -3, quæ sunt Æquationis datæ Radices quatuor.

2. In Æquatione $x^4 = 20x^3 + 252x^2 - 6592x + 21312$, erit $p = 5$, $q = 176$, $r = -384$, & $s = 13072$. Hinc $p^2 + q = 201$, $2pr + s = 9232$, & $r^2 = 147456$; & inde $a^6 = 201a^4 - 9232a^2 + 147456$. Jam in Theoremate pro Cubicis erit $p = 67$, $q = \frac{4235}{3}$, & $r = 65219$; eritque Binomii $65219 + \sqrt{\frac{38889307072}{27}}$ Radix Cubica $\frac{77}{2} + \sqrt{\frac{847}{12}}$. Igitur $a^2 = 67 + 77 = 144$, five $a = 12$; & proinde $x = 5 - 12 \pm \sqrt{25 + 176 - 144 + 64} = -7 + (\sqrt{121})\, 11 = 4$ vel -18, & $x = 5 + 12 \pm \sqrt{25 + 176 - 144 - 64} = 17 \pm \sqrt{-7}$, impossibiles.

Hujus autem Theorematis Inventio est hujusmodi. Ex duarum Æquationum Quadraticarum $z^2 + 2az - b = 0$, & $z^2 - 2az - c = 0$, in se invicem multiplicatione, Æquationem conficio Biquadraticam $z^4 = \overline{4a^2 + b + c} \times z^2 + \overline{2ac - 2ab} \times z - bc$, cui terminus secundus deest, quamque huic Æquationi $z^4 = ez^2 + fz + g$ statuo æquipollere. Unde primo $4a^2 + b + c = e$, five $b = e - 4a^2 - c$. Secundo $2ac - 2ab = f$, hoc

hoc est, $2ac - 2ae + 8a^3 + 2ac = f$, sive $c = \frac{f}{4a} + \frac{e}{2} - 2a^2$, & inde $b = (e - 4a^2 - c =) - \frac{f}{4a} + \frac{e}{2} - 2a^2$. Tertio $-bc = g$, sive $-\frac{f^2}{16a^2} + \frac{e^2}{4} - 2ea^2 + 4a^4 = -g$, hoc est, $a^6 = \frac{1}{2}ea^4 - \frac{1}{4}ga^2 - \frac{1}{16}ea^2 + \frac{f^2}{64}$, quæ Æquatio quasi Cubica est, ex Radice a^2 & notis vel assumptis e, f, g conflata. Ea vero Radix per Theorema superius exhiberi potest, & eodem Calculo innotescent ipsæ b & c. At Æquationum $z^2 + 2az - b = 0$ & $z^2 - 2az - c = 0$ Radices sunt $z = -a \pm \sqrt{a^2 + b}$ & $z = a \pm \sqrt{a^2 + c}$, sive $z = -a \pm \sqrt{\frac{1}{2}e - a^2 - 4a}$, & $z = a \pm \sqrt{\frac{1}{2}e - a^2 + \frac{f}{4a}}$, quæ proinde erunt Radices Equationis $z^4 = ez^2 + fz + g$; cognita videlicet a vel a^2 ex Equatione $a^6 = \frac{1}{2}ea^4 - \frac{1}{4}ga^2 - \frac{1}{16}ea^2 + \frac{f^2}{64}$. Jam ut Equatio ista evadat universalis, & omnibus suis terminis instructa, fac $z = x - p$, eritque $x^4 - 4px^3 + 6p^2x^2 - 4p^3x + p^4 = ex^2 - 2pex + p^2e + fx - fp + g$, item & $x = p - a \pm \sqrt{\frac{1}{2}e - a^2 - \frac{f}{4a}}$ & $x = p + a \pm \sqrt{\frac{1}{2}e - a^2 + \frac{f}{4a}}$. Tandem concinnitatis & compendii gratia, fac $e = 2q + 2p^2$ & $f = 8r$; tum $x^4 - 4px^3 + 4p^2x^2 = 2qx^2 - 4pqx + 2p^2q + p^4 + 8rx - 8pr + g$, $x = p - a \pm \sqrt{p^2 + q - a^2 - \frac{2r}{a}}$, $x = p + a \pm \sqrt{p^2 + q - a^2 + \frac{2r}{a}}$, & $a^6 = \overline{p^2 + q} \times a^4 - \overline{\frac{1}{4}g + \frac{1}{4}p^4 + \frac{1}{2}p^2q + \frac{1}{4}q^2} \times a^2 + r^2$. Denique fac $g = 4s - q^2 + 8pr - p^4 - 2p^2q$, & fiunt Equationes præcedentes

$$\begin{array}{llllll} x^4 = & 4px^3 & + 2qx^2 & + 8rx & + 4s & \text{\&}\ a^6 = p^2a^4 - 2pra^2 + r^2. \\ & & - 4p^2 & - 4pq & - q^2 & \qquad\quad + q \qquad - s \end{array}$$

Scilicet omnia evadunt ut supra sunt posita.

§ 3. Hactenus de Æquationum Cubicarum & Biquadraticarum Resolutione Analytica. Quoniam autem earundem *Effectio Geometrica* per Parabolam vulgo tradi solet, & nonnullis in pretio est, ipsam συνθετικῶς, & quidem universalius, non pigebit hic exhibere.

Data Æquatione quavis vel Cubica vel Biquadratica, instituenda est comparatio inter terminos ejus, terminosque respondentes hujus Æquationis

$$\begin{array}{lllll} x^4 = & \frac{2p}{q}x^3 & + \frac{4pr}{q}x^2 & + \frac{2p2}{q}x & + p^2, \\ & - 4r & - 4r^2 & - \frac{2ps}{q} & - q^2 \\ & & + 2s & + 4rs & - s^2 \\ & & - 1 & - 2q & + t^2 \end{array}$$

quo pacto facile satis eruen-

eruentur ipsæ p, q, r, s, t; earum interim una aliqua utcunque pro lubitu assumpta. Tum in Parabola quavis data AVB, cujus Vertex principalis V, Axis VS, & Axi perpendicularis VT; capiatur $VS = p$ versus interiora Parabolæ, & in angulo SVT inscribatur $ST = q$, quæ producta Parabolam secet in punctis binis N & O. Bisecetur ON in M, & per M agatur MA Axi parallela & Parabolæ occurrens in A. Ipsi ON parallela ducatur AL, ut sit AL Latus rectum Parabolæ ad Diametrum AM, sitque hæc eadem Unitas. In AL (utrinque si opus est producta) capiatur $AG = r$, & a puncto G ducatur GR Axi parallela, quæ Parabolam secet in B, a quo capiatur $BR = s$. A novissime invento puncto R ducatur RE ipsi VT parallela & æqualis, quæ sinistram versus jaceat respectu ipsius R si q sit quantitas affirmativa, at versus dextram si q sit negativa. Atque idem de ipsis AG & BR intelligatur, quæ ad contrarias itidem partes duci debent, si modo valores ipsarum r & s prodeant negativi. Denique Centro E & Radio $EC = t$ describatur Circulus $CK\kappa c$, qui Parabolam in totidem secabit punctis, quot sunt Æquationis datæ Radices reales. Etenim a punctis istis C, K, &c. ducantur CP, $\kappa\pi$, &c. ipsi ST parallelæ, & ad rectam GR (si opus est productam) terminatæ, eritque harum quævis x, seu Æquationis datæ Radix quæsita; eæ scilicet ad dextram jacentes erunt Radices affirmativæ, quæ vero ad sinistram sunt positæ erunt Radices negativæ. Punctum contactus, si quod fuerit, hic sumitur pro intersectionis punctis duobus ad invicem vicinissimis. Plate 3. Fig. 1.

Inter Æquationes Cubicas & Biquadraticas ita constructas hoc tantum intercedit discriminis, quod in prioribus, ob terminum ultimum in præcedente Æquatione deficientem, semper sit $p^2 - q^2 - s^2 + t^2 = 0$, sive $t = \sqrt{s^2 + q^2 - p^2}$. Igitur Centro E & Radio EB $(= \sqrt{BRq + (ERq)} STq - VSq)$ descripto Circulo $C\kappa\kappa c$, Radicum una CP in priori constructione in nihilum abit.

Hæc autem demonstrantur ad modum sequentem. Manentibus jam constructis, & producta CP, si opus est, donec secat AM in H, erit CH Ordinata Parabolæ ad Diametrum AH, & proinde $CHq = AL \times AH = AH$, ob $AL = 1$. At $CH = CP + AG$, & $AH = GB + BP$, & propterea $CPq + 2AG \times CP + AGq = GB + BP$; sed ob naturam Parabolæ erit $AGq = GB$, unde $CPq + 2AG \times CP = BP$. Jam a puncto C ad ipsam BP demittatur normalis CD, quæ occurrat etiam ipsi EI, ad BP actæ parallelæ, in puncto I. Propter similia Triangula CDP & TVS, erit $DP = \dfrac{VS \times CP}{ST}$ & $CD = \dfrac{VT \times CP}{ST}$, & proinde $CPq + 2AG \times CP = BP = DP + BD = \dfrac{VS \times CP}{ST} + BR - IE$, sive $CPq + 2AG \times CP - \dfrac{VS}{ST} CP - BR = -IE$. Ast $IEq = CEq - CIq = CEq - CDq - VTq - 2CD \times VT = CEq - \dfrac{VTq \times CPq}{STq} - VTq - \dfrac{2VTq \times CP}{ST}$

$=$

$= (\text{ob } VTq = STq - SVq)\ CEq - CPq + \frac{SVq}{STq}CPq - STq + SVq - 2ST \times CP + \frac{2SVq}{ST}CP$, quæ igitur æqualis erit Quadrato ex Latere $CPq + 2AG \times CP - \frac{VS}{ST}CP - BR$. Atque hæc Æquatio, ad terminos p, q, r, s, t, revocata, ipsissima fit Æquatio proposita.

Hinc liquet, quod eadem quævis Æquatio Biquadratica innumeras per Parabolam constructiones sortiri possit, pro indefinito valore quantitatis istius, quam ad arbitrium assumi posse jam diximus. Sed casus est simplicissimus faciendo $VS = p = 0$, & migrat constructio, si rem ipsam spectes, in vulgarem istam, in qua Radicum repræsentatrices rectæ CP, *&c.* sunt ad Axem perpendiculares. Æquatio autem fit

$$x^4 = \begin{array}{l} -4rx^3 \\ \end{array} \begin{array}{l} -4r^2x^2 \\ +2s \\ -1 \end{array} \begin{array}{l} +4rsx \\ -2q \\ \end{array} \begin{array}{l} -q^2, \\ -s^2 \\ +t^2 \end{array}$$

quæ facile construitur ut supra.

§ 4. Sed ne Parabolæ descriptio Organica difficilis nimium videatur, in promptu est Artificium quoddam Mechanicum, ope Fili penduli pondere instructi peractum, cujus auxilio quam exactissime & facillime Æquatio novissima construi potest, & proinde Æquationum quarumcunque Cubicarum & Biquadraticarum Radices inveniri; idque sine ullo linearum ductu nisi Rectarum & Circuli. Constructio autem, quam appellare libet *Mechanicam*, est ad hunc modum.

Plate 3. Fig. 2. Contra Parietem erectum, vel planum aliud quodvis Horizonti perpendiculare, ad punctum aliquod F suspendatur filum tenuissimum & flexile FP; pondere quovis P ad extremitatem P appenso. In hoc filo notetur punctum aliquod N, a puncto suspensionis F satis remotum; vel filo parvulus, si id mavis, innectatur Nodus N. Et sumpta utcunque NP pro Unitate, ad punctum medium A ducatur (in plano prædicto) recta $A\mathcal{Q}$ Horizonti parallela, & utrinque quantum satis producta. Hisce generaliter paratis, pro particulari jam applicatione fac $A\mathcal{Q} = r$; ipsis q, r, s, t, ut sæpius inculcatum, vel Arithmetice vel Geometrice, pro datæ cujusvis Æquationis exigentia, in Æquatione novissima prius determinatis. Tunc Acu vel Stylo tenuissimo, aut etiam cuspide Circini admodum gracili, flectatur filum a loco suo ad punctum quoddam B, ita ut punctum N cadat in novissime invento puncto $\mathcal{Q}$. In $B\mathcal{Q}$ ab isto B capiatur $BR = s$, & in R ad ipsam BR perpendicularis erigatur $ER = q$. Verum enimvero istæ $A\mathcal{Q}$, BR, RE ad contrarias partes ab earum initiis cadere debent, si forte valores ipsarum r, s, q prodeant negativi. Denique in puncto invento E figatur Circini crus unum, &, ad distantiam $EZ = t$ extentum, agatur crus alterum in orbem, secumque circumducat filum FZP. Hac fili circulatione pondus P nunc ascendet nunc descendet motu reciproco, ut & Nodus N nunc supra rectam $A\mathcal{Q}$ extabit, nunc vero infra eandem deprimetur. Quoties autem reperietur Nodus ille N in ipsa $A\mathcal{Q}$, puta in punctis D, d, Δ, δ, abscindet is rectas $D\mathcal{Q}$, $d\mathcal{Q}$, $\Delta\mathcal{Q}$, $\delta\mathcal{Q}$, quæ erunt Æqua-

Æquationis datæ Radices omnes reales; hæ nempe ad dextram erunt Radices affirmativæ, illæ vero ad finistram Radices negativæ. Demonstratio est manifesta ex præcedentibus, habita tantum ratione Parabolæ per puncta B, C, c, κ, K transeuntis. Nam posito F foco Parabolæ, (cujus distantia a Vertice est $\frac{1}{4} ON$,) notum est quod lineæ omnes ut $FB + BQ$, $FC + CD$, &c. eandem ubique conficiant summam.

Atque ex principiis hic positis proclive erit Instrumentum haud inconcinnum & quantumvis accuratum fabricari, cujus beneficio hujusmodi Æquationum quarumcunque Radices nullo fere negotio inveniri possint, & præ oculis exhiberi.

Rules for correcting the common computus of Interest. by Mr. Tho. Watkins. *n.* 340. *p.* 111. I. *Of Compound Interest.*

XXVII. The Supposition whereon the Method of computing by Compound Interest is founded; *viz.* That all Interest Money, Rents, &c. are or may be constantly receiv'd, and put out again at Interest, the Moment they become due, without any Charge, or Trouble, being impracticable; therefore all Computations by this Method (except of Fee-Simples or other Perpetuities) must needs be erroneous. Thus for Instance, the Amount of a Sum of Money, or Annuity, for want of Deductions out of the Profits, for the unavoidable Trouble, Charge, and Delay in the Management, will be too great: and for the same reason, the present value of a Sum of Money payable in any time to come, will be too little; also the present value of an Annuity (being only the Amount of the difference between the Annuity, and Interest of the said present value) will be too much. But in long terms of Years, as that difference becomes less, so does the Error, as the term is greater; and in Fee-Simples it vanishes; the contrary to which happens in Amounts of Sums of Money, and Annuities.

All which is propos'd to be rectify'd, only by a just reduction of the Rate, and Annuity; (which is done by deducting so much *per Cent.* thereout, as the whole Trouble and Charge of Management is suppos'd to amount to, and reducing the Remainder, by a Discount equivalent to the suppos'd loss of time) and then by working with the Rate so reduc'd for Sums of Money, and with the Rate and Annuity reduc'd in the like proportion for Annuities, according to the common Method of Compound Interest; as follows. Put r for the rate of Interest of 1 *l.* c for the Charge and Trouble of the Management of 1 *l.* Then is $r - cr =$ the Rate after deducting the said Charge, $=$ (putting d for $1 - c$) dr. And for the Discount put t for the time lost, that is for such part of the Period of time in which the Payments are made (whether Yearly, $\frac{1}{2}$ Yearly, Quarterly, or otherwise) as is suppos'd to be spent in receiving and putting them out again at Interest. Then, dtr being $=$ the Interest of 1 *l.* for that time; say, as $1 + dtr : 1 :: dr : \frac{dr}{1 \times dtr} =$ (putting e for $1 + dtr$) $\frac{dr}{e}$, which is equal to the reduc'd Rate, near enough for practice, for which put r. But if the utmost accuracy be requir'd, the Discount itself

muſt be made with regard to the like loſs of time, which is done by a Series of Diſcount rais'd thus; $e\,(=1+tdr) : tdr :: dr : \frac{td^2r^2}{e} :: \frac{td^2r^2}{e} : \frac{t^2d^3r^3}{e^2}$ &c. Whence $dr - \frac{td^2r^2}{e} + \frac{t^2d^3r^3}{e^2} - \frac{t^3d^4r^4}{e^3}$ &c. $=$ (putting q for $\frac{tdr}{e}$) $\overline{1-q+q^2-q^3\text{ \&c.}} \times dr. = \frac{dr}{e}\,(=\overline{1-q}\times dr) + \overline{q^2-q^3\text{ \&c.}} \times dr$, is $=\mathfrak{r}$, $=$ the true Rate reduced. Put $s=1+\mathfrak{r}$, $n=$ the time, $p=$ the preſent Sum or Value, $m=$ the Amount. Then will $\overline{1+\frac{dr}{e}+\overline{q^2-q^3\text{ \&c.}}\times dr}\big|^n \times p = \overline{1+\mathfrak{r}}\big|^n \times p = ps^n$, be exactly $=m$: But $\overline{1+\frac{dr}{e}}\big|^n \times p = m$ is ſufficient for practice. And for the Amounts and preſent values of Annuities.

Put $A=$ Annuity *per annum.*
$a=$ Annuity ½ yearly, quarterly, &c.
$R=$ Yearly rate of Intereſt of 1 *l.*
$r=$ Rate ½ yearly, quarterly, &c.
$\mathfrak{r}=$ Reduc'd rate yearly, ½ yearly, quarterly, &c.
$n=$ Number of Years, ½ years, quarters, &c.

Then will $A\frac{\mathfrak{r}}{R} = a\frac{\mathfrak{r}}{r}$ be $=$ reduc'd Annuity taken yearly, ½ yearly, quarterly, or otherwiſe; and by Compound Intereſt 'twill be $\frac{\overline{1+\mathfrak{r}}|^n-1}{\mathfrak{r}} \times a\frac{\mathfrak{r}}{r} = \frac{\overline{1+\mathfrak{r}}|^n-1}{r}a = \frac{\overline{1+\mathfrak{r}}|^n-1}{R}A = \frac{s^n-1}{R}A = m$, and $\frac{s^n-1}{Rs^n}A\,(=\frac{m}{s^n}) = p$. Whence the Theorems for ſolving all the other Caſes are eaſily deduc'd. And if the Rate be requir'd, when 'tis for a Sum of Money, the Solution is obvious: when for the Amount or Value of an Annuity, ſince $\overline{1+r}|^n = \frac{mr+a}{a} = \frac{a}{a-pr}$ are the Equations whence Theorems for the Rate are uſually deriv'd, which by this Correction become $\overline{1+\mathfrak{r}}^n = \frac{mr+a}{a} = \frac{a}{a-pr}$. That the ſame $\mathfrak{r}$ may be had on both ſides the Equation, put $u\mathfrak{r}$ for r, and 'twill be $\overline{1+\mathfrak{r}}|^n = \frac{mu\mathfrak{r}+a}{a} = \frac{a}{a-pu\mathfrak{r}}$; then, by the Rate aſſum'd as near the truth as may be, find the value of $u\,(=\frac{1}{d}+tr=\frac{1}{d-td\mathfrak{r}})$ and in any Theorem for the Rate, putting mu for m, and pu for p, the reſult will be the Rate reduced nearly: and by repeated Operations correcting $\mathfrak{r}$ and thereby u, the true $\mathfrak{r}$, and thence R the whole Rate may be found.

The

The only difficulty that remains, is the right aſſuming the Quantities *c* and *t*, the impoſſibility of doing which with perfect Exactneſs, I ſuppoſe to be the reaſon why neither this, nor any Method of Correction to the like purpoſe, has yet been taken notice of by the Writers on this Subject; and what may therefore be very likely to be objected to this. But the ſame Objection I take to be of equal force againſt the Eſtimates of any other Uncertainties whatſoever, as Eſtates for Lives, Inſurances, *&c.*

Firſt then, for the Quantity *c*, which is put for the Trouble and Charge of Management, *viz.* of collecting and placing out the Money on good Security, together with all Contingencies attending the ſame, as travelling Charges, Expences, Attorney's Bills, *&c.* of all which, the principal Article is the Charge of Collection, or Receiver's Fees, which is commonly a fix'd Rate, cuſtomarily allow'd in the Place, or upon the Eſtate itſelf out of which the Purchaſe is made, if it be a Rent; and for Intereſt Money, or any other Annuity, the like Eſtimate is to be made, whether the Proprietor acts for himſelf, or by another. Then for the Charge of placing out the Money at Intereſt when receiv'd; though this be for the moſt part defray'd by the Borrower, yet becauſe it highly concerns the Lender to ſee it be ſecurely done, there are uſual Allowances made to Agents and Scriveners, to encourage their Care and Fidelity therein; beſides the Time, Expence and Trouble of the Proprietor himſelf, in finiſhing Contracts, inſpecting Securities, *&c.* and whatever is ſav'd in this Article, we muſt ſuppoſe to be fully made up by an Equivalent Degree of Riſque in the Security.

In the next place, for the loſs of time; if the uſual times of Payment of the particular Rent or Annuity to be purchaſed, with a moderate degree of diligence in the Manager, and the uſual indulgence practis'd by Men of Buſineſs in this Caſe towards one another be obſerv'd, a reaſonable Eſtimate may be alſo made of the loſs of time; in which 'tis to be noted, that Intereſt Money being uſually paid in ſmall Sums, when any Sum of Money to be made up of ſeveral ſuch Payments, is intended to be put out at Intereſt, the whole muſt lie dead till the laſt Payment be made; alſo that the Principal lies dead ſometimes as well as the Intereſt; and that on the other hand, to ſave time, Borrowers may be found out, and treated with during the time of Collection; but this Advantage is in a great Meaſure loſt by the difficulty of fixing the time or *Quantum* of a Loan, till the whole be paid in. Note alſo, that if the Charge of Collection, or loſs of time, on the Rent, or Annuity, of any particular Eſtate or Place, be found to differ from that of the Intereſt of the Purchaſe Money, and ſo much exactneſs be required, as that the Computation be made with regard to ſuch difference: It muſt be done, either by aſſuming a proper Medium for both, or more accurately thus: For the reduc'd Rate of the $\left\{\begin{matrix}\text{Annuity}\\ \text{Intereſt-Money}\end{matrix}\right\}$ put $\left\{\begin{matrix} z\\ \mathfrak{r}\end{matrix}\right\}$ Then $r : z :: a : a\frac{z}{\mathfrak{r}}$, and

$$\mathfrak{r} : \overline{1+\mathfrak{r}}|^{n} - 1 :: a\frac{z}{r} : \frac{\overline{1+\mathfrak{r}}|^{n}-1}{r} a \times \frac{z}{\mathfrak{r}} = m = \overline{1+\mathfrak{r}}|^{n} \times p.$$

To

Fig. 5. natim applicentur a puncto P rectæ PQ, PR, quæ Asymptoto CB occurrant in Z & X, deinde agatur AB quæ Hyperbolam tangat in A, Asymptoton secet in B, rectamque CP in D; & Triangulo ABC existente Modulo, area quæsita sectoris CAP erit mensura rationis inter $QZ + QP$ & AB, sive rationis inter AB & $QZ - QP$, sive subduplicatæ rationis inter $QZ + QP$ & $QZ - QP$, sive subduplicatæ rationis inter $AB + AD$ & $AB - AD$; vel erit mensura rationis inter $RP + RX$ & CA, vel rationis inter CA & $RP - RX$, vel subduplicatæ rationis inter $RP + RX$ & $RP - RX$. Nam si ducantur rectæ AE, PF quæ secent Asymptoton CB in E & F, alterique Asymptoto parallelæ sint: æquales erunt hæ omnes rationes rationi quam habet AE ad PF, vel CF ad CE; erit & sector CAP areæ $EAPF$ æqualis, similiterque triangulum ABC duplicato triangulo AEC, sive parallelogrammo Asymptotis & Hyperbolæ inscripto æquabitur. Quare patet propositum ex supra demonstratis.

Data vero per modum priorem area $BEFC$, vel per modum posteriorem area CAP; dabitur alia quævis area Hyperbolica ad arcum EF, vel ad arcum AP terminata: quippe quæ semper est areæ modo inventæ & areæ alicujus rectilineæ vel summa vel differentia. *Q. E. I.*

Scholium. Hinc facilem habent solutionem Problemata omnia, quæcunque pendent ab Hyperbolæ quadratura. Exemplum satis luculentum præbebit descensus gravium in Mediis, quorum resistentia est in duplicata ratione velocitatis corporis moti. Sit V velocitas maxima quam corpus
Fig. 6. in hujusmodi Medio, infinite descendendo, potest acquirere; T dimidium temporis quo corpus idem in eodem Medio, vi sola ponderis sui relativi, absque resistentia cadendo velocitatem illam acquiret; S spatium hocce casu descriptum; R pondus relativum corporis in Medio resistente: & quæratur spatium s quod corpus descendens, tempore quovis t, describet in Medio resistente; & resistentia r quam patitur in fine illius temporis; & velocitas v ex isto descensu acquisita.

Centro D, vertice A describatur Hyperbola æquilatera AT, cujus una Asymptotorum est DC & ad verticem tangens AC semiaxi AD æqualis. Capiatur area DAT ad dimidium trianguli DAC ut t ad T, secetque DT tangentem AC in P: & erit v ad V ut AP ad AC. Sit AK ipsis AC, AP tertia proportionalis: & erit r ad R ut AK ad AC. Ad tangentem

gentem AC erigantur normales CZ, KN, AB; centroque C & Asymptotis CA, CZ describatur Hyperbola quævis BN: & erit s ad S ut area $ABNK$ ad rectangulum CKN. Patent hæc omnia per Propositiones octavam & nonam Libri secundi Philosophiæ *Newtonianæ*.

Est itaque t ad T ut area Hyperbolica DAT ad dimidium trianguli DAC, hoc est, ut dimidiata mensura rationis inter $AC + AP$ & $AC - AP$ ad illius mensuræ dimidiatum Modulum. Ergo si recta quævis EF producatur ad f, ita ut t sit mensura rationis inter Ef & EF ad Modulum T, & bisecetur Ff in G: erit GF ad GE ut AP ad AC, hoc est, ut v ad V. Sumantur GE, GF, GH continue proportionales: & erit GH ad GE ut AK ad AC, hoc est, ut r ad R. Erit insuper EG ad EH ut CA ad CK; unde cum sit s ad S ut area $ABNK$ ad rectangulum CKN, hoc est, ut mensura rationis inter CA & CK vel inter EG & EH ad mensuræ Modulum: erit s mensura rationis inter EG & EH ad Modulum S, atque inde dabitur. Fig. 7.

Ex hisce porro facillime se prodit, per unicam quamvis Hyperbolam, constructio non inconcinna; quam & adscribere visum est ob dignitatem Problematis. In recta quavis GE sumatur utcunque punctum F inter E & G, & ab altera parte capiatur Gf ipsi GF æqualis, & sint GE, GF, GH continue proportionales. Deinde per puncta E, F, H, G, f ducantur sibi invicem parallelæ rectæ ER, FL, HM, GQ, fl, quas secet Hyperbola quævis $LMQl$ centro E, Asymptotis ER, EG descripta, & compleatur parallelogrammum $EGQR$. Jam si sit t ad T ut area Hyperbolica $LFfl$ ad parallelogrammum EQ: erit s ad S ut area $MHGQ$ ad EQ; v ad V ut GF ad GE; r ad R ut GH ad GE.

Libet & casum alterum adjicere ubi corpus ascendit; ne forte analogia illa, quæ inter utrumque servari debet, in allata constructione quodammodo perire videatur. Ergo eadem atque prius denotantibus V, R, T, S, ponantur v & r pro velocitate & resistentia sub ascensus initio, s pro spatio quod corpus ascendendo describere possit antequam tota velocitas amittatur, t pro tempore hujus ascensus. Ad EG erigatur perpendicularis GO ipsi EG æqualis, & sumendo puncta F, f, ad easdem distantias hinc inde a puncto G, jungantur OF, Of, quibus occurrat in T & t circuli arcus TGt centro O descriptus, & sint Gh, Gf, GE continue proportionales, & ducatur ipsi ER parallela hm Hyperbolæ occurrens in m. Deinde si t sit mensura anguli FOf ad Modulum T, hoc est, si t sit ad T ut arcus TGt ad radium OG: erit s mensura rationis inter Eh & EG ad Modulum S, vel erit s ad S ut area Hyperbolica $mhGQ$ ad EQ; & v erit ad V ut Gf ad GE; atque r ad R ut Gh ad GE. Fig. 8.

Propositio V. *Logisticam describere per Canonem Logarithmorum.*

Si ad Logisticæ $BQDG$ Asymptoton $APCF$ ordinatim applicentur binæ quævis rectæ AB, FG intercludentes Asymptoti portionem quamvis AF: erit illa portio mensura rationis quam ad invicem habent ordinatæ; hæc utique est natura Curvæ notissima. Integrum ergo & perfectum Systema Logometricum per hanc Lineam exhibetur; id quod

etiam

etiam de Hyperbola dici potest per Propositionem præcedentem, de Spirali Æquiangula per subsequentem; nam omitto complures alias Figuras, quæ & ipsæ dudum sunt in Geometriam receptæ. Itaque si detur Asymptoti positio & simul duo puncta per quæ Curva transire debet, dabuntur puncta reliqua per casum priorem Propositionis tertiæ. Quod si data positione Asymptoti, detur insuper Systematis Modulus atque unicum punctum per quod ducenda erit Curva; invenientur puncta reliqua per Casum posteriorem Propositionis ejusdem. Iste vero Modulus quo pacto definiendus sit, & qualem habeat magnitudinem, jam oportet exponere.

Ducatur recta BC quæ Curvam tangat in B & Asymptoton secet in C. Dico primo, magnitudinem subtangentis AC eandem permanere ubicunque sumatur punctum B. Intelligatur enim Ordinata PQ vicinissima Ordinatæ ARB, recta vero QR parallela Asymptoto AC, ac detur Ordinatarum intervallum illud quam minimum AP. Ob datam igitur lineolam AP, dabitur ratio quam habet AB ad PQ, & divisim ratio quam habet AB ad RB, atque adeo (propter similia triangula BAC, BRQ) ratio quam habet AC ad RQ sive AP, atque inde magnitudo ipsius AC.

Fig. 9.

Dico secundo, determinatam hanc & immutabilem subtangentem AC, esse Modulum ad quem exigendæ sunt mensuræ illæ interceptæ AF. Patet hoc per Corollarium secundum Propositionis primæ: nam dum termini AB & PQ ad æqualitatem proxime accedunt, erit AC ad AP, quæ metitur rationem inter AB & PQ, ut terminus AB ad terminorum differentiam BR. Unde data subtangente, facilis est descriptio Curvæ & solutio Problematum omnium quæ exhinc pendent.

Si Curva jam descripta habeatur, subtangentis magnitudo sic determinabitur. Producatur Ordinata quævis CD ad E, ita ut CE ad CD rationem habeat Modularem, per Corollarium sextum Propositionis primæ definitam; & recta EB quæ a puncto E parallela ducitur Asymptoto, quæque Curvæ occurrit in puncto B, æqualis erit subtangenti quæsitæ.

Corol. 1. Area $ABIH$, quæ inter Curvam BDI & Asymptoton ejus ACH infinite versus HI extenditur, & ad alteram partem ab Ordinata AB terminatur, æqualis est parallelogrammo $ABEC$ ab Ordinata eadem AB & subtangente AC comprehenso. Componuntur enim area & parallelogrammum ex elementis quæ sunt ut $AP \times AB$ & $AC \times RB$, quæque adeo æquantur propter analogiam inter AP & RB, AC & AB.

Corol. 2. Atque hinc, ob datam subtangentis magnitudinem, area illa indefinita erit ut Ordinata ad quam terminatur.

Scholium. Hujus Propositionis usus per Exemplum declarabitur. Proponatur ad quamlibet altitudinem a superficie telluris, invenire densitatem Atmosphæræ. Sit AB telluris superficies, & abinde sursum producatur perpendicularis AH, atque ad hujus puncta singula ductæ concipiantur Ordinatæ FG, quæ sint ut Aeris densitates in locis F; & Ordinatarum termini omnes G in Linea Logistica $BDGI$ siti erunt. Patet hoc per Corollarium secundum hujus Propositionis. Nam area indefinita $FGIH$ est ut quantitas seu pondus Atmosphæræ supra locum F, & pondus illud

est

eſt vis quæ comprimit Aerem in hoc loco, iſthæc vero vis (uti docet Experientia multiplex) eſt ut Aeris compreſſi denſitas FG.

Itaque ſi quotlibet altitudines ſumantur in Arithmetica progreſſione: denſitates Aeris in his altitudinibus erunt in progreſſione Geometrica; & differentia binarum quarumvis altitudinum, erit menſura rationis quæ eſt inter denſitates Aeris in iſtis altitudinibus.

Ceſſante vi gravitatis, ita jam per vim aliquam extraneam intelligatur Aeris facta compreſſio, ut eandem habeat ubique denſitatem quam ad terræ ſuperficiem; & quantitas ejus, quæ modo erat expoſita per aream indefinitam $HABI$, nunc per æquale rectangulum $ABEC$ exhibebitur. Atmoſphæræ hujus homogeneæ altitudo AC, eſt ad altitudinem Hydrargyri in tubo *Torricellii*, ut gravitas Hydrargyri ad gravitatem Aeris; atque inde datur. Huic autem datæ altitudini æquatur (per *Corol.* 1.) ſubtangens Curvæ $BDGI$, atque adeo Modulus Syſtematis menſurarum omnium AF. Eſt ergo Logarithmus rationis inter denſitates Aeris in binis quibuſvis altitudinibus, ad Modulum Canonis, ut altitudinum earundem differentia, ad Atmoſphæræ prædictæ homogeneæ altitudinem illam datam AC.

Hæc ita ſe habent ex Hypotheſi, quod vis gravitatis eadem ſit ad omnes altitudines. Cæterum ex Philoſophia *Newtoniana* conſtat eam diminui, in receſſu a centro telluris, in duplicata ratione diſtantiæ: concluſio itaque paulo aliter ſe habebit. Sit S centrum telluris, & AB ſuperficies ejuſdem; ſumatur ipſis SF, SA tertia proportionalis Sf, erigatur ordinata fg quæ ſit ut Aeris denſitas in F: & Curva Bgn quam punctum g perpetuo tangit, erit eadem atque prius Logiſtica, ſed inverſo ſitu. Augeatur enim altitudo AF particula quam minima FM, capiatur Sm ad SA ut SA ad SM, ducatur Ordinata mn quæ ſit ut Aeris denſitas in M; & erit Sm ad Sf ut SF ad SM, & diviſim fm ad FM ut Sf ad SM, ſive ut Sf ad SF, hoc eſt, ut SAq ad SFq. Unde fm eſt ut SFq inverſe & FM directe, id eſt, ut gravitatio & moles Aeris inter F & M conjunctim; adeoque $fm \times fg$ ſive area $fgnm$ eſt ut gravitatio, moles & denſitas ejuſdem Aeris conjunctim, hoc eſt, ut preſſio illius in Aerem inferiorem: & ſumma ſimilium omnium arearum infra fg eſt ut ſumma preſſionum omnium ſupra F, id eſt, ut Aeris in F denſitas fg: & ſummarum differentia $fgnm$ ut denſitatum differentia $fg - mn$. Detur lineola fm; & erit fg ut area $fgnm$, adeoque ut $fg - mn$, atque inde (componendo) ut mn. Ergo data lineola fm erit menſura datæ illius rationis quæ eſt inter fg & mn: atque hinc patet Curvam Bgn eſſe Logiſticam. Sed & eandem eſſe cum ſupra deſcripta Logiſtica, facile abinde colligitur, quod ordinatæ baſi AB viciniſſimæ & ad æqualia intervalla quam minima diſpoſitæ, reſpective ſint æquales in utraque Curva; ac proinde eadem curvatura, eadem inclinatio tangentis ad punctum B, eademque ſubtangentis magnitudo. Fig. 10.

Ergo ſi diſtantiæ SF a centro telluris capiantur in Muſica progreſſione; harum reciprocæ, nempe diſtantiæ Sf, erunt in progreſſione Arithmetica; & Aeris denſitates fg erunt in progreſſione Geometrica.

Ad inveniendam itaque densitatem in loco quovis F, minuenda est altitudo AF in ratione distantiæ SF ad telluris semidiametrum SA: & Logarithmus rationis inter densitates Aeris in A & F, erit ad Modulum Canonis, ut altitudo illa diminuta Af, ad Atmosphæræ homogeneæ altitudinem AC.

Quæ supra demonstrata sunt, accurate obtinebunt, si modò Atmosphæra ex Aere pariter Elastico tota constet: rationes igitur allatas paululum conturbabunt admisti vapores atque exhalationes, quibus etiam accedet Caloris Frigorisque diversa temperies ad altitudines diversas.

Propositio VI. *Logarithmorum Canonem ad Spiralem Æquiangulam accommodare.*

Fig. 11. Æquiangula Spiralis appellatur Linea illa curva ADE, quæ polo P descripta, in eodem dato angulo secat exeuntes a polo radios PA, PD, PE, &c.

Si centro P & intervallo quovis PA describatur circulus ABC, qui radiis PA, PD, PE occurrat in A, B, C: Dico interceptum arcum BC mensuram fore rationis quam habet PD ad PE, & interceptum arcum AB mensuram rationis quam habet PA ad PD. Dividatur enim arcus AB in particulas quam minimas & æquales QR, & jungantur PQ, PR secantes Spiralem ad S & T in angulis datis PST, PTS: & ob datam particulam QR, dabitur angulus QPR, atque adeo species Figuræ SPT, & ratio laterum PS, PT. Data ergo particula QR mensura erit rationis datæ quam habet PS ad PT; & summa particularum, nempe arcus AB, mensura erit summæ similis rationum, hoc est, rationis quam habet PA ad PD. Et eodem argumento, erit arcus BC mensura rationis quam habet PD ad PE.

Ducatur AF Spiralem tangens ad Circuli & Spiralis intersectionem A, huic vero in F occurrat recta PC quæ ad radium PA normalis erigitur: & subtangens PF erit mensurarum Modulus, per *Corol.* 2. *Prop.* 1. Nam si in recta PS sumatur PV ipsi PT æqualis, & jungantur puncta V, T; similia erunt triangula PAF, VST. Unde PF est ad VT ut PA ad VS, sed & VT est ad QR ut PT ad PA: ergo ex æquo perturbate, PF est ad QR quæ metitur rationem inter PS ad PT, ut terminus PT ad terminorum differentiam VS.

Scholium. Spiralem æquiangulam, ad Meridianæ Nauticæ divisionem demonstrandam, feliciter adhibuit Geometra clarissimus *Edmundus Halleius*. Sit acp pars octava Sphæræ terrestris, p Polus, ac quadrans Æquatoris, ap quadrans Meridiani; & quæratur magnitudo rectæ, quæ propositum quemlibet hujus arcum designet in Planisphærio. Per Æquatoris & Meridiani intersectionem a, ducta intelligatur linea Helicoeides ade quæ secet omnes Meridianos ad angulum semirectum, huic occurrat in d parallelus Æquatori circulus gd, per idem punctum d agatur Meridianus pdb; & longitudo intercepti arcus Æquatoris ab, erit magnitudo Nautica quæsita arcus ag. Resolvatur enim arcus ag in particulas innumeras quam minimas gk, ducatur parallelus kmn, secans Meridianum pdb in n;

Lineam

Lineam ade in m; & arcus Meridianus pmh abscindet Æquatoris particulam bh, quæ erit ad mn, sive huic (ob angulum semirectum mdn) æqualem dn vel gk, ut peripheria Æquatoris ad peripheriam paralleli kmn. Est ergo particula bh magnitudo Nautica particulæ gk, & summa particularum omnium bh, nempe longitudo arcus ab, magnitudo Nautica summæ particularum omnium gk, id est, arcus ag. Manente jam Æquatore abc vel ABC, concipiatur Sphærica superficies in plano ejus Stereographice depingi; & Polo p occupante centrum P, projicientur Meridiani pga, pdb, pec in totidem rectas PA, PDB, PEC a centro P exeuntes, ita ut distantia abinde puncti cujusvis D vel A, tangens sit arcus dimidiati pd vel pa quem distantia illa repræsentat. Linea vero Helicoeides ade convertet se in spiralem æquiangulam ADE, polo P descriptam, & secantem radios suos omnes ad angulum semirectum. Hoc siquidem postulat nota Lex hujusce Projectionis, ut anguli omnes eandem in Plano ac in Sphærica superficie magnitudinem servent. Arcus itaque propositi ag magnitudo Nautica ab vel AB, est ad subtangentem PF vel huic jam æqualem Sphæræ radium PC, ut Logarithmus rationis inter PA & PD, hoc est, inter tangentes dimidiatorum arcuum pa & pd, vel pa & pg, ad Modulum Canonis. Fig. 12.

Hinc quoniam longitudo Radii est ad longitudinem arcus minuti unius primi, ut 3437,746770784939 &c. ad 1, & reciprocus Moduli Canonis est 2,302585092994 &c. atque hi numeri in se multiplicati efficiunt 7915,704467897819 &c: si magnitudo illa Nautica AB in minutis primis exhibenda sit, uti mos exigit; subducta tangente artificiali dimidiati arcus pg a tangente artificiali dimidiati arcus pa, multiplicetur residuum per numerum 7915,704467897819 &c. & factus dabit partes Meridionales desideratas. Perinde vero se habebit conclusio, sive in Æquatore, sive extra hunc alibi ad utramvis partem locetur punctum a.

Scholium Generale. In eum potissimum finem præcedentia conscripsi, ut allatis aliquot Exemplis ostenderem, qua commodissima ratione Logarithmorum usus in Geometriam recipi, & ad resolutionem Problematum difficiliorum adhiberi possit. Visum est hoc loco nonnullas adjicere porro constructiones, eodem consilio effectas, quæ mihi ista tractanti subinde sese obviam non invitæ dederunt: ut ita, ex uberiore specimine, de præstantia Methodi hujus Logometricæ judicium feratur.

Parabolæ *Apollonianæ* AP sit A vertex, F focus, AQ axis, PQ ordinatim applicata ad axem. Ducatur AL quæ bifariam secet PQ in L, & productæ adjiciatur LM quæ sit mensura rationis inter $LA + AQ$ & QL ad Modulum AF: & recta AM æqualis erit arcui Parabolico AP. Fig. 13.

Spiralis *Archimedea* PQ similem habet extensionem in rectam. Sit Q polus ejus, QP radius a polo ductus ad Curvæ quodlibet punctum P, & ad eum radium normalis QA. Ducatur LA parallela tangenti Spiralem in P, quæ radium PQ bifariam secet in L; & ponendo AF ad QL ut QL ad QA, ipsi AL adjiciatur LM quæ sit mensura rationis inter LA Fig. 14.

 $+AQ$

$+ AQ$ & QL ad Modulum AF: & recta AM æquabitur Spiralis arcui PQ.

Spiralis Reciprocæ AeE sit A polus, AB radius primus & infinitus, CD asymptotos radio primo parallela ad distantiam AC; & invenienda proponatur hujusce Curvæ longitudo. Inter Spiralem illam vulgarem *Archimedis* atque hanc, quam Reciprocam appello, isthæc intercedit differentia, quod cum illius radii sint ut anguli quos faciunt cum radio suo primo, hujus radii e contrario sunt reciproce ut iidem anguli: eandem utique proportionem habet radius AE ad radium Ae quam habet angulus eAB ad angulum EAB. Unde facile colligitur, si ad puncta E & e ducantur tangentes EF, ef, & ad radios AE, ae erigantur normales AF, Af, fore normales istas sibi invicem & Asymptoti intervallo AC æquales. Invenietur autem longitudo cujusvis arcus Ee, ponendo LM mensuram rationis inter AE & $EF - AF$ ad Modulum AF, & similiter lm mensuram rationis inter Ae & $ef - Af$ ad æqualem Modulum Af. Nam si tangentium differentiæ $EF - ef$ adjiciatur mensurarum differentia $lm - LM$, aggregatum æquabitur arcui Ee.

Fig. 15.

Linea illa Logistica, cujus aliquas exposuimus affectiones in Propositione quinta, non absimilem habet longitudinis suæ determinationem; quam & hoc loco apponam in eorum gratiam qui hujusmodi contemplationibus delectantur. Oblata sit igitur Logistica $EMem$, cujus Asymptotos $AFaf$: & quæratur longitudo cujusvis arcus Ee. Demissis in Asymptoton perpendiculis ELA, ela, & ductis tangentibus EF, ef, capiatur AL æqualis excessui quo tangens EF superat subtangentem AF, & similiter al æqualis excessui quo tangens ef superat subtangentem af: & actis LM, lm Asymptoto parallelis, si tangentium differentiæ $Ef - ef$ adjiciatur parallelarum differentia $lm - LM$, aggregatum æquabitur arcui Ee.

Fig. 16.

Accedo ad Cissoidem *Diocleam*. Sit A vertex ejus, AB diameter Circuli genitoris, BC Asymptotos, PQ perpendicularis in diametrum demissa, Cissoidi in P & diametro in Q occurrens. Agatur AC quæ secet Asymptoton in C ac faciat angulum BAC qui sit recti pars tertia, sumptaque inter BQ & BA media proportionali BD jungatur CD; denique per medium perpendiculum PQ ducatur AE recta, quæ occurrat Asymptoto in E: & Cissoidis arcus AP æquabitur duplicato excessui rectæ AE supra diametrum AB, & simul triplicatæ mensuræ rationis inter $BA + AC$ & $BD + DC$ ad Modulum BC.

Fig. 17.

Si Cissoidis area APQ convertatur circum axem AQ; generabitur solidum cujus dimensio pendet a Logometria, & sic construitur. Sint AQ, AB, AR, AS, AT continue proportionales; deinde ad Modulum TS capiatur QX mensura rationis inter AB & BQ, & retro ponatur XZ æqualis ipsi SR una cum dimidio ipsius RB ac triente simul ipsius BQ: & solidum Cissoidale axem habens AQ basisque semidiametrum PQ, æquabitur Cylindro cujus eadem est basis & cujus altitudo est QZ.

Fig. 18. Adjungam solidum ex Conchoide *Nicomedis* genitum. Sint AE, ae Curvæ conjugatæ, polo P, regula CD, intervallo CA vel Ca, axe $PaCA$ ad

ad regulam normali, verticibusque A & a descriptæ. Per polum P ducatur ad libitum recta $PeDE$, regulæ occurrens in D, Lineæ vero in E & e: & ex natura Conchoidis, erunt segmenta DE, De intervallo CA vel Ca æqualia. Eodem intervallo centroque P describatur circuli arcus RS secans axem PC in R & rectam PD in S: & semisumma solidorum Conchoidalium quæ generantur ex conversione Figurarum $AEDC$, $aeDC$ circum axem AaP, erit ad sectorem Sphæræ genitum ex circuli sectore PRS circum axem eundem converso, ut $3PC \times PD + PRq$ ad PRq. Eorundem vero semidifferentia Cylindro æquatur, cujus basis est circulus diametro Aa descriptus, & cujus altitudo est mensura duplicata rationis inter PD & PC ad Modulum PC.

Area vero Figuræ totius $AEea$ æquatur rectangulo cujus basis est Aa, & cujus altitudo CM est mensura rationis inter $PD + DC$ & PC ad Modulum PC. Quod si desideretur quadratura partium $AEDC$, $aeDC$; ductis ad axem normalibus AF, af, in regula CD sumenda est CN quæ sit anguli CPD mensura ad eundem Modulum PC: & acta per punctum M recta FMf quæ parallela sit rectæ jungenti puncta P, N, quæque occurrat normalibus in F & f; erit area $AEDC$ æqualis Trapezio $AFMC$, & area $aeDC$ æqualis Trapezio $afMC$.

Hyperbolæ quadraturam in superioribus expositam dedi, eo modo, qui mihi visus est ad propositum quam maxime accommodatus. Libet aliam constructionem hoc loco apponere, & simul adjicere gravitatis centrum. Oblata sit portio interior ADB, interclusa curvæ ADB & rectæ cuivis AB ad diametrum PQ parallelæ. A Figuræ centro C producatur diameter CDE, quæ basin AB bifariam secet in E; deinde si in diametro producta sumantur CR ad CD, & CD ad CS, ut basis AB ad diametrum PQ, & ad Modulum CS fiat CN mensura rationis quam habet CD ad ER: triangulum rectilineum ANB æquabitur areæ curvilineæ ADB. Fig. 19.

Hujus autem areæ centrum gravitatis Z invenietur, capiendo CZ ad CR ut $2CR$ ad $3EN$.

Sit nunc oblata portio exterior $APQB$, interclusa curvis oppositis AP, BQ, diametro PQ, & rectæ cuivis AB ad diametrum illam parallelæ. Esto CD conjugatæ semidiametri longitudo extra portionem oblatam $APQB$ posita, quæ producta in contrariam partem centri C bifariam secet basim AB in E. Deinde in diametro producta si sumantur CR ad CD, & CD ad CS, & CS ad CT, ut basis AB ad diametrum PQ, ponantur vero CR & CT ad eandem centri partem cum basi AB; & ad Modulum CS, in contrariam centri partem, sumatur CN mensura rationis quam habet CD ad ER: triangulum rectilineum ANB æquabitur areæ curvilineæ $APQB$. Fig. 20.

Hujus autem areæ centrum gravitatis Z invenietur, capiendo CZ ad CR ut $2TR$ ad $3EN$.

Pergo ad superficies ab Hyperbola circum axes suos convoluta genitas. Sit AN Hyperbola descripta vertice A, centro C, Asymptoto CB, foco F, semiaxe principali AC, semiaxe conjugato AB normali ad AC; & ad axis AC punctum quodvis X sit XN ordinatim applicata, quæ Hyperbolæ Fig. 21.

bolæ occurrat ad N. In axe CA capiatur CE ad CA ut CA ad CF; & ad eundem axem erecta perpendiculari EZ, quæ Asymptoto occurrat in G, angulo CEZ inscribatur æqualis ipsi CX recta CZ, quæ porro producta secet ordinatim applicatam XN ad O. Tum sumatur KL quæ sit æqualis excessui quo XO superat AB, atque LM quæ sit mensura rationis inter $CZ + ZE$ & $CG + GE$ ad Modulum CE: & superficies genita ex arcus AN conversione circum axem AX, erit ad Circulum semidiametro AB descriptum, ut excessus KM quo KL superat LM, ad semidiametrum illam AB.

Sit rursus BN Hyperbola descripta vertice B, centro C, foco F, semiaxe principali CB, semiaxe conjugato CA normali ad CB; & ad axis
Fig. 22. AC punctum quodvis X sit XN ordinatim applicata, quæ Hyperbolæ occurrat ad N. In axe CB capiatur CE ad CA ut CA ad CF, & jungatur EX. Tum sumatur KL quæ sit ad XC ut XE ad CE, & LM quæ rationis inter $EX + XC$ & CE mensura sit ad Modulum CE: & superficies genita ex arcus BN conversione circum axem CX, erit ad Circulum semidiametro CB descriptum, ut linearum KL & LM aggregatum KM, ad semidiametrum illam CB.

His addere licebit ab Ellipsi genitas superficies. Sit ANB Ellipsis descripta centro C, verticibus A & B, foco F, semiaxe principali CB, semiaxe conjugato CA; & ad axis CA punctum quodvis X sit XN ordina-
Fig. 23. tim applicata, quæ Ellipsi occurrat ad N. In axe CB capiatur CE ad CA ut CA ad CF, & jungatur EX. Tum sumatur KL quæ sit ad XC ut XE ad CE, & LM quæ rationis inter $EX + XC$ & CE mensura sit ad Modulum CE: & superficies genita ex arcus BN conversione circum axem CX, erit ad Circulum semidiametro CB descriptum, ut linearum KL & LM aggregatum KM, ad semidiametrum illam CB. Ut hæc ultima constructio locum habeat, oportet semiaxem CA circa quem conversio facta est, minorem esse altero semiaxe CB; aliter enim Moduli CE quantitas $\frac{CAq}{\sqrt{CBq - CAq}}$ evadet impossibilis, & constructio illa Logometrica (quod in hujusmodi casibus fieri solet) convertet se in Trigonometricam, qualis illa est quæ jam sequitur.

Sit ANB Ellipsis descripta centro C, verticibus A & B, foco F, semiaxe principali CA, semiaxe conjugato CB; & ad axis CA punctum quodvis X sit XN ordinatim applicata, quæ Ellipsi occurrat ad N. Angulo CXN inscribatur recta CE, quæ sit ad CA ut CA ad CF. Tum sumatur
Fig. 24. KL quæ sit ad XC ut XE ad CE, & LM quæ anguli XEC mensura sit ad Modulum CE, hoc est, quæ sit æqualis arcui cujus sinus est XC ad radium CE: & superficies genita ex arcus BN conversione circum axem CX, erit ad Circulum semidiametro CB descriptum, ut linearum KL & LM aggregatum KM, ad semidiametrum illam CB. Posset hujus etiam superficiei dimensio per Logometriam designari, sed modo inexplicabili. Nam si quadrantis circuli quilibet arcus, radio CE descriptus, sinum habeat CX sinumque complementi ad quadrantem XE: sumendo radium

CE

CE pro Modulo, arcus erit rationis inter $EX + XC\sqrt{-1}$ & CE menſura ducta in $\sqrt{-1}$. Verum iſthæc aliis, quibus operæ pretium videbitur, diligentius excutienda relinquo. Ceterum ex præcedentibus intelligi poteſt, quanta ſit cognatio inter angulorum atque rationum menſuras, quamque levi mutatione in ſe invicem facillime convertantur pro variis ejuſdem Problematis caſibus. De Cubicarum æquationum radicibus dudum ab Analyſtis obſervatum eſt; vel eas exprimi poſſe per *Cardani* regulas, atque adeo per duarum mediarum proportionalium inventionem; vel per diviſionem arcus circularis in tres æquales partes, ſi forte fuerint inexplicabiles per memoratas regulas. * Hoc animadvertit *Carteſius*, ſed & ante *Carteſium* idem obſervabit *Franciſcus Vieta* ſub finem Supplementi Geometriæ. Exhinc autem aperte colligitur, qualis ſit ordo Naturæ tranſeuntis ad Anguli triſectionem a triſectione Rationis.

Mirabilem illam Harmoniam ulterius declarare lubet, Exemplo deſumpto ab eadem Figura circum axes ſuos convoluta. Sit igitur $APBQ$ Ellipſis, axis ejus major AB, minor PQ, centrum C, focus F. Hæc circum axem utrumvis convoluta Solidum generet, cujus particulæ conſtantes ex materia homogenea, vires attractivas habeant in duplicata diſtantiarum ratione decreſcentes: & quæratur vis qua Solidum illud attrahit corpuſculum quodvis, in ejus ſuperficie locatum ad axis illius terminum. Jungantur puncta P, F, ac ſumatur CD quæ ſit menſura rationis inter $PF + FC$ & CP ad Modulum CA, pariterque ſumatur CE quæ ſit anguli CPF menſura ad Modulum CP; ſitque FD exceſſus menſuræ CD ſupra CF, atque FE exceſſus ipſius CF ſupra menſuram CE: & Solidi convolutione circum axem majorem AB geniti vis in corpuſculum ad A locatum, erit ad Sphæræ homogeneæ & eodem axe deſcriptæ vim in idem corpuſculum, ut $3\,FD \times CPq$ ad $CF\,cub$; Solidi autem converſione circum axem minorem PQ geniti vis in corpuſculum ad P locatum, erit ad Sphæræ homogeneæ & eodem axe deſcriptæ vim in idem corpuſculum, ut $3\,FE \times CAq$ ad $CF\,cub$. Unde cum vis Sphæræ prioris in corpuſculum Fig. 26.

---

* Sublato etenim termino ſecundo, tres habentur Æquationum caſus. Hi vero reſolvuntur ope trianguli rectanguli ABC, rectum habentis angulum ad A, in quo inſuper triangulo ſemper data ſunt duo latera.

Caſ. 1. Nam ſi ſit $x^3 + 3aax = \pm 2aab$. ponantur $AB = a$, $AC = b$; & ſumantur M & N binæ mediæ proportionales inter $BC + AC$ & $BC - AC$: & erit $M + N$ radix unica poſſibilis affirmativa, ſi habeatur $+ 2aab$; vel $N - M$ radix unica poſſibilis negativa, ſi habeatur $- 2aab$. Fig. 25.

Caſ. 2. Si ſit $x^3 - 3aax = \pm 2aab$; exiſtente a minore quam b: ponantur $AB = a$, $BC = b$; & ſumantur M & N binæ mediæ proportionales inter $BC + AC$ & $BC - AC$: & erit $M + N$ radix unica poſſibilis affirmativa, ſi habeatur $+ 2aab$; vel $- M - N$ radix unica poſſibilis negativa, ſi habeatur $- 2aab$.

Caſ. 3. Denique ſi ſit $x^3 - 3aax = \pm 2aab$, exiſtente a majore quam b: ponantur $AB = b$, $BC = a$; & ſumatur M ſinus trientis angulorum ſummæ $A + B$, atque N ſinus trientis angulorum differentiæ $A - B$, exiſtente radio $2\,BC$: & erunt $-M$, $-N$, & $M + N$ tres radices poſſibiles, ſi habeatur $+ 2aab$; vel M, N, & $-M - N$, tres radices poſſibiles, ſi habeatur $- 2aab$.

Atque ita Problemata omnia Solida ſolutionem facilem recipiunt, vel per Canonem Logarithmicum, vel per Canonem Trigonometricum.

ad-

ad A, sit ad vim Sphæræ posterioris in corpusculum ad P, ut CA ad CP: erit vis Solidi prioris in corpusculum ad A, ad vim Solidi posterioris in corpusculum ad P, ut $FD \times CP$ ad $FE \times CA$.

Hinc quoniam Solidum posterius medium est proportionale inter Solidum prius & Sphæram priorem: vis Solidi posterioris in corpusculum ad A, erit media proportionalis quamproxime inter vires Solidi prioris & Sphæræ prioris in idem corpusculum ad A, si modo axes Ellipseos sint prope æquales. Itaque in hoc casu, ponendo CG mediam proportionalem inter CF & $3FD$, & capiendo CH ad $3FE$ ut CA ad CF; posterioris Solidi vires ad A & P, vel ad B & Q, erunt ad invicem quamproxime ut CG ad CH. Id quod non inutile præbet compendium ad inventionem Figuræ Telluris, qualem eam subtiliter instituit celeberrimus *Newtonus*, summus ille Philosophiæ sanioris Instaurator.

Consideratio virium centripetarum aliud porro mihi suggerit Exemplum, in quo satis ampla se prodit mutationum varietas. Proponatur Trajectoriarum species enumerare, in quibus corpora moveri possunt, quæ a viribus centripetis in ratione distantiarum triplicata decrescentibus agitantur, quæque de loco dato, cum data velocitate, secundum datam rectam egrediuntur.

Cas. 1. Sit S centrum virium, exeatque corpus de loco P secundum rectam PQ vel QP, ea cum velocitate quam acquirere posset ab iisdem viribus, libere cadendo versus centrum S de loco C, & casu suo describendo altitudinem CP. In datam rectam QPT demittantur perpendicula SQ, CT, centroque S & intervallo $\sqrt{SQq + QTq}$ describatur circulus RTA, rectæ SPC occurrens in R: deinde ad Modulum $\sqrt{SCq - SRq}$ sit arcus RA mensura rationis inter $SR + \sqrt{SRq - SPq}$ & SP, jaceant autem arcus ille RA & punctum Q ad diversas partes rectæ SR; & punctum A erit Apsis summa Trajectoriæ. Exhinc vero Trajectoria dabitur, sumendo SM æqualem ipsi $\sqrt{SCq - SRq}$, deinde in recta SA capiendo longitudinem quamvis SD quæ sit minor quam SA, ad eandem erigendo perpendiculum DE secans circulum in E, & jungendo SE. Nam si ad utras-
Fig. 27.
que partes puncti A ponatur arcus circularis AR, cujus longitudo sit mensura rationis inter $SE + ED$ & SD ad Modulum SM, & in semidiametris SR capiantur distantiæ SP æquales ipsi SD: erunt puncta P ad Trajectoriam describendam. Tempus autem quo radius SP, a centro ad corpus motum ductus, percurret aream quamvis SAP, erit ut recta DE: nam area percursa æquatur ipsi DE in Modulum dimidiatum $\frac{1}{2} SM$ ductæ. Velocitas vero corporis in loco quovis P, erit ad velocitatem qua in Circulo, ad eandem distantiam SP, cum iisdem viribus revolvi posset, ut $\sqrt{SCq - SPq}$ ad SC. Ex ipsa constructione patet, hanc Spiralem primam infinitis gyris circa centrum virium contorqueri, quin & seipsam infinitis vicibus decussare, & siti erunt Nodi omnes ad Apsidis lineam AS.

Cas. 2. Recedat punctum C ad infinitam distantiam a centro S; & corporis de loco P secundum rectam PM vel MP exeuntis ea sit velocitas, quam

quam acquirere poſſet cadendo libere ad eundem locum P ab infinita diſtantia. Ad rectam SP ducatur normalis SM, quæ ſecet PM in M; deinde centro S & intervallo SP deſcribatur circulus, & in ejus circumferentia capiatur arcus PX, cujus longitudo ſit menſura rationis inter diſtantiam quamvis SD, & diſtantiam datam SP ad Modulum SM, jaceant autem arcus ille PX & punctum M ad diverſas partes rectæ SP ſi SD fuerit major quam SP, aliter ad eaſdem, inque ſemidiametro SX ponatur SZ æqualis ipſi SD; & punctum Z erit ad Trajectoriam deſcribendam. Tempus autem quo radius SZ, a centro ad corpus motum ductus, percurret aream quamvis SPZ, erit ut differentia quadratorum ex SZ & SP: Nam area percurſa eſt ad illam differentiam, in data ratione Moduli dimidiati $\frac{1}{2}SM$ ad SP. Velocitas vero corporis in loco quovis P, æqualis erit velocitati qua in Circulo, ad eandem diſtantiam SP, cum iiſdem viribus revolvi poſſet. Ex conſtructione patet hanc ſecundam Spiralem eſſe Æquiangulam illam Propoſitionis ſextæ; ea vero migrabit in Circulum ubi angulus SPM ſit rectus. Fig. 28.

Caſ. 3. Ut velocitas ſit adhuc major, abeat jam punctum C ad diſtantiam pluſquam infinitam a centro S, vel (quod perinde eſt) accedat a parte contraria eidem centro, ad finitam diſtantiam; & corporis de loco P ſecundum rectam PQ vel QP exeuntis, ea ſit velocitas, quam acquirere poſſet aſcendendo libere de loco C ad infinitam diſtantiam, & deinde ab infinita diſtantia ex altera centri parte deſcendendo ad locum P, viribus centripetis inter aſcendendum in æquales vires centrifugas converſis. In datam rectam PQT demittantur perpendicula SQ, CT; & erit TQ vel major, vel æqualis, vel minor quam SQ. Si TQ fuerit major quam SQ; centro S & intervallo $\sqrt{TQq - SQq}$ deſcribatur circulus RBE rectæ SP occurrens in R, deinde ad Modulum $\sqrt{SCq - SRq}$ ſit arcus RB menſura rationis inter $SR \pm \sqrt{SRq + SPq}$ & SP, jaceant autem arcus ille RB & punctum Q ad partes diverſas rectæ SP. Exhinc Trajectoria dabitur, ſumendo SM æqualem ipſi $\sqrt{SCq - SRq}$, in recta SB capiendo longitudinem quamvis SD, ad eandem erigendo perpendiculum SE circulum ſecans in E, & jungendo DE. Nam ſi retro ponatur a puncto B circularis arcus BR, cujus longitudo menſura ſit rationis inter $SE + ED$ & SD ad Modulum SM, & in ſemidiametro SR capiatur diſtantia SP æqualis ipſi SD: erit punctum P ad Trajectoriam deſcribendam. Tempus autem quo radius SP, a centro ad corpus motum ductus, percurret aream quamvis hujus Trajectoriæ, erit ut incrementum vel decrementum rectæ DE per tempus illud factum: nam area percurſa æquatur huic incremento vel decremento in Modulum dimidiatum $\frac{1}{2}SM$ ducto. Velocitas vero corporis in loco quovis P, erit ad velocitatem qua in Circulo, ad eandem diſtantiam SP, cum iiſdem viribus revolvi poſſet, ut $\sqrt{SCq + SPq}$ ad SC. Ex conſtructione patet, hanc Spiralem tertiam infinitis gyris centrum cingere infra punctum datum P; at ſupra idem punctum vel non undique cinget, ſi arcus RB minor fuerit quam circumferentia tota $RBER$; vel toties cinget, quoties arcus ille circumferentiam excedit. Fig. 29.

Cas. 4. Reliquis manentibus, sint jam $T\mathcal{Q}$ & $S\mathcal{Q}$ æquales. Centro S & intervallo SP describatur circulus PXB, & sit arcus PB æqualis ipsi SC, jaceant autem arcus PB & punctum $\mathcal{Q}$ ad partes diversas rectæ SP. Exhinc Trajectoria dabitur, sumendo in recta SB longitudinem quamvis SD, centroque S & intervallo SD describendo circuli arcum DZ æqualem ipsi SC. Nam si ordine circulari contrario ponantur arcus PB a puncto
Fig. 30. P & arcus DZ a puncto D: erit punctum Z ad Trajectoriam describendam. Tempus autem quo radius SZ, a centro ad corpus motum ductus, percurret aream quamvis SPZ, erit ut differentia radiorum SZ & SP: nam area percursa æquatur huic differentiæ ductæ in semissem distantiæ SC. Velocitas vero corporis in loco quovis P, erit ad velocitatem qua in Circulo, ad eandem distantiam SP, cum iisdem viribus revolvi posset, ut $\sqrt{SCq + SPq}$ ad SC. Ex constructione patet, hanc Spiralem quartam esse Reciprocam illam, cujus longitudinem supra dimensam dedimus.

Cas. 5. Reliquis adhuc manentibus, sit jam $T\mathcal{Q}$ minor quam $S\mathcal{Q}$. Centro S & intervallo $\sqrt{S\mathcal{Q}q - T\mathcal{Q}q}$ describatur circulus RAE rectæ SP occurrens in R; deinde sit arcus RA, ad ejusdem circuli arcum cujus secans est SP, ut $\sqrt{SCq + SRq}$ ad SR; ponatur autem arcus ille RA ad easdem partes rectæ SP cum puncto $\mathcal{Q}$: & A erit Apsis ima Trajectoriæ. Exhinc vero Trajectoria dabitur, sumendo SM æqualem ipsi $\sqrt{SCq + SRq}$, in recta SA capiendo longitudinem quamvis SD quæ sit major quam SA, ducendo DE quæ circulum tangat in E, & jungendo SE. Nam si ad utrasque partes puncti A ponatur arcus circularis AR, cujus longitudo mensura sit anguli DSE ad Modulum SM, & in semidiametris SR capiantur distantiæ SP æquales ipsis SD: erunt puncta P ad Trajectoriam describendam. Tempus autem quo radius SP, a centro ad corpus motum ductus, percurret aream quamvis SAP, erit ut recta DE: nam area percursa æquatur ipsi DE in Modulum dimidiatum $\frac{1}{2} SM$ ductæ.
Fig. 31. Velocitas vero corporis in loco quovis P, erit ad velocitatem qua in Circulo, ad eandem distantiam SP, cum iisdem viribus revolvi posset, ut $\sqrt{SCq + SPq}$ ad SC. Ex constructione patet, hanc quintam Spiralem vel nullum habere Nodum, vel unicum, vel plures, pro varia proportione rectæ SM ad diametrum circuli EAR: toties enim Trajectoria sese decussabit, quoties illa recta diametrum excedit, & Nodi omnes siti erunt ad Apsidis lineam AS.

Sunt itaque Trajectoriarum quinque Species. Harum primam atque ultimam descripsit olim *Newtonus* per Hyperbolæ & Ellipseos quadraturam. Geometris integrum erit, ex adductis hactenus Exemplis de Methodo nostra judicare; quam quidem, si proba fuerit, ulterius excolere pergent & excolendo latius promovebunt. Patet utique campus amplissimus in quo vires suas experiri poterunt, præsertim si Logometriæ Trigonometriam insuper adjungant, quibus miram quandam affinitatem in se invicem euntibus intercedere notabam. Hisce quidem Principiis haud facile crediderim generaliora dari posse; cum tota Mathesis vix quicquam in universo suo ambitu complectatur, præter angulorum & rationum Theoriam.

Ne-

Neque ſane commodiora ſperabit, qui animadverterit Effectionis facilitatem per ampliſſimas illas, omnibuſque ſuis numeris abſolutas, tum Logarithmorum tum Sinuum & Tangentium Tabulas, quas anteceſſorum noſtrorum laudatiſſimæ ſolertiæ debemus acceptas. Ut vero tanti beneficii uberior nobis exſurgat fructus, id nunc exponendum reſtat, quibus artibus ad iſtiuſmodi concluſiones rectiſſime perveniatur. In hunc finem Theoremata quædam, tum Logometrica tum Trigonometrica adjeciſſem, quæ parata ad uſum aſſervo; ni conſultius viſum eſſet, quum abſque nimiis ambagibus ea tradi non poſſent, intacta potius præterire atque aliis denuo inveſtiganda relinquere. Cæterum iſthoc apparatu non ſemper eſt opus; nam in Methodo Fluxionum ſæpe evenit ut ipſæ Fluentes, omiſſis hujuſmodi ſubſidiis, ad Logometriam ſatis commode revocentur: id quod uno atque altero Exemplo oſtendam.

Egimus in præcedentibus de rectilineo Gravium deſcenſu, per Medii reſiſtentiam continuam retardato, ex Hypotheſi quod illa reſiſtentia eſſet in duplicata ratione velocitatis. Ex eadem Hypotheſi reſiſtentiam corporis penduli, in Cycloide oſcillantis, jam ſit propoſitum invenire. Cycloidis itaque in rectam explicatæ ſit AC dimidium, C punctum infimum, B punctum a quo cadere incipit corpus pendulum, BC, CD arcus deſcenſu ejus & ſubſequente aſcenſu deſcripti. Hiſce poſitis, exquirenda eſt ratio quam habet reſiſtentia corporis in loco quovis E, ad pondus ejus relativum in Medio reſiſtente. Exponatur pondus illud per AC; & vis ab eodem oriunda, qua pendulum acceleratur ad E, exponetur per CE: quæ ſi dicatur x, & momentum ejus $+\dot{x}$; momentum arcus jam deſcripti BE erit $-\dot{x}$. Exponatur vis reſiſtentiæ per z; & vis qua pendulum vere accelera- *Fig.* 32.
tur, erit ut exceſſus vis prioris ſupra reſiſtentiam, hoc eſt, ut $x-z$. Itaque cum reſiſtentia ſit ut quadratum velocitatis, reſiſtentiæ momentum $\dot{z}$ erit ut velocitas & velocitatis momentum, hoc eſt, ut $-\dot{x}$ & $x-z$, ſive ut $z\dot{x}-x\dot{x}$. Nam ſi tempus in particulas æquales dividatur, erit velocitas ut arcus deſcripti momentum $-\dot{x}$, & velocitatis momentum ut vis acceleratrix $x-z$ quæ momentum illud generat. Quoniam ergo $\dot{z}$ eſt ut $z\dot{x}-x\dot{x}$, ſi capiatur quantitas invariabilis a, quæ ſit idoneæ magnitudinis: erit $a\dot{z}=z\dot{x}-x\dot{x}$.

Ad hanc æquationem conſtruendam, aſſumatur quantitas v quæ ſit variabilis, & fingatur æquatio $z=p+qx+rv$, in qua notæ p, q, r deſignent alias novas quantitates invariabiles; & erit $\dot{z}=q\dot{x}+r\dot{v}$. Hiſce porro valoribus ipſarum z & $\dot{z}$ ſubſtitutis in æquatione prima $a\dot{z}=z\dot{x}-x\dot{x}$, habebitur $\overline{aq-p}\,\dot{x}+ar\dot{v}=\overline{q-1}\,x\dot{x}+rv\dot{x}$. Ut hæc æquatio ſimplicior evadat, ponatur $q-1=0$, & $aq-p=0$; ſive $q=1$, & $p=a$: & fiet $a\frac{\dot{v}}{v}=\dot{x}$, ac præterea $z=a+x+rv$. Jacentibus punctis D & S ad eandem partem puncti C, intelligatur CS æqualis ipſi a: & erit $z=SE+rv$, atque $CS\frac{\dot{v}}{v}=\dot{x}$. Sit c valor quantitatis v, dum incidit punctum E in punctum C: & quantitas x, ſive CE, æquabitur menſuræ rationis quam

quam habet v ad c pro Modulo CS, per Propositionem primam: quam æqualitatem sic designare soleo, $CE = CS \left| \frac{v}{c} \right.$. Tota ergo Problematis difficultas jam revocatur ad binas illas æquationes $CE = CS \left| \frac{v}{c} \right.$, atque $z = SE + rv$: hæ vero deduci non poterunt in usum priusquam determinatæ fuerint quantitates r & CS. Ad hoc efficiendum, duæ restant conditiones nondum adimpletæ; oportet enim resistentiam esse nullam, atque adeo quantitatem z sive $SE + rv$ evanescere, ubi punctum E in puncta B & D inciderit.

Sint ergo b & d valores ipsius v, dum incidit punctum E in puncta B & D respective: & in his casibus habebuntur $SB + rb = 0$, $SD + rd = 0$. Unde $r = -\frac{SB}{b}$, $r = -\frac{SD}{d}$, atque $z = SE + rv = SE - \frac{v}{b} SB = SE - \frac{v}{d} SD$. Porro erit $\frac{SB}{SD} = \frac{b}{d}$; atque adeo $CS \left| \frac{SB}{SD} \right. = (CS \left| \frac{b}{d} \right. = CS \left| \frac{b}{c} \right. - CS \left| \frac{d}{c} \right. = CB + CD =) BD$: unde dabitur punctum S.

Componetur itaque Problema hunc in modum. Producatur BD versus D ad S, eo usque donec BD fuerit mensura rationis inter SB & SD ad Modulum CS. Deinde ad arbitrium posita quantitate c, ita capiantur quantitates b & v, ut eodem Modulo CS, fiat CB mensura rationis quam habet b ad c, fiat quoque CE mensura rationis quam habet v ad c: & erit vis resistentiæ in loco E, ad pondus relativum corporis penduli, ut $SE - \frac{v}{b} SB$ ad CA.

Hujus Problematis solutio utilitatem habet in Physica non contemnendam: quapropter constructionem ejusdem Linearem, ex eadem Analysi deductam, subjungere visum est. Invento uti supra puncto S; ad rectam SA erigantur perpendicula DH, Cc, EK, BF, AN, rectæ SN utcunque per S ductæ occurrentia in H, c, K, F, N. Per punctum c ducatur recta da parallela rectæ DA, quæ iisdem perpendiculis occurrat in d, c, e, b, a; & ad Asymptoton SA ducatur Logistica $HGIF$, quæ transeat per puncta H & F, secetque perpendicula Cc, EK in G & I, ac parallelam da in m: namque his positis, erit pondus relativum corporis penduli, ad vim
Fig. 33. illam qua pendulum acceleratur ad punctum E in Medio non resistente, ut aN ad eK; erit autem ad vim resistentiæ in loco E, ut aN ad KI; atque adeo ad vim qua pendulum acceleratur ad punctum E in Medio resistente, ut aN ad eI. Porro, si per punctum m ducatur ad rectam SMA perpendicularis LmM, quæ secet SN in L: erit M locus ubi resistentia sit maxima: atque adeo resistentia illa maxima, erit ad pondus relativum penduli, ut Lm ad Na, hoc est, ut CM ad CA.

Ceterum si ita ducatur recta SN, ut abscindat rectam DH quæ sit dupla ipsius SD, centroque C & intervallo CB describatur Circulus BOP, qui occurrat perpendiculo KE in O: erit penduli in Medio resistente oscillantis

cillantis velocitas in loco E, ad velocitatem penduli ejusdem ad eundem locum E delati per idem pondus relativum in Medio non resistente, ut media proportionalis inter CS & KI, ad EO.

Adhæc si jungatur CO, & in perpendiculo KE sumatur ER, quæ sit ad CB ut CB ad mediam proportionalem inter $4CS$, & KI; continuoque ductu rectæ ER in basin BE generetur area $BQRE$: erit tempus quo Cycloidis arcus BE describitur in Medio resistente, ad tempus quo idem arcus describeretur in Medio non resistente, ut area illa $BQRE$, ad Circuli sectorem BOC. Pergo nunc ad alia.

Densitatem Aeris invenimus ad quamvis altitudinem, ubi vis Gravitatis vel erat uniformis, vel decrescebat in recessu a centro telluris in duplicata ratione distantiæ: libet eandem exquirere denuo, ubi gravitatio vel augetur vel diminuitur in ratione datæ cujusvis dignitatis distantiæ. Sit S centrum telluris, A punctum in ejus superficie vel alibi utcunque situm, $SAF2$ recta a centro ad summitatem Atmosphæræ producta: & quærenda sit ratio densitatis in loco A, ad densitatem in loco quovis F, ex Hypothesi quod vis gravitatis in F sit ut distantiæ SF dignitas quæcunque SF^n, cujus index est n. Pro SF scribatur x, ac designent d & v densitates Aeris ad A & F; & cum densitas sit ubique ut pressura totius Aeris incumbentis, erit densitatis momentum ut momentum pressuræ, Fig. 34.

hoc est, $\dot{v}$ ut $v\dot{x}x^n$, atque adeo $\frac{\dot{v}}{v}$ ut $\dot{x}x^n$. Sit AC altitudo Atmosphæræ, cujus uniformis densitas eadem esset ac densitas loci A; vel sit AC ad altitudinem Hydrargyri barometrici in loco A, ut densitas Hydrargyri ad densitatem Aeris in eodem loco A: & si punctum F accedere intelligatur ad punctum A; erit altitudo Hydrargyri barometrici in loco A, ad altitudinem Hydrargyri barometrici in loco F, ut AC ad FC. Aeris ergo in loco A densitas d, est ad Aeris in loco F densitatem v, ut AC ad FC: unde consequitur ut sit $d-v$ sive $\dot{v}$ ad d sive v, ut AF sive $\dot{x}$, ad AC. Erit itaque, in hoc casu, $AC\frac{\dot{v}}{v} = \dot{x} = \frac{\dot{x}x^n}{SA^n}$. Quoniam ergo, ubicunque sumeretur punctum F, erat $\frac{\dot{v}}{v}$ ut $\dot{x}x^n$: erit porro $AC\frac{\dot{v}}{v} = \frac{\dot{x}x^n}{SA^n}$, ubicunque sumatur punctum F.

Jam si gravitatio sit reciproce ut distantia a centro, sive ut $\frac{1}{x}$ vel x^{-1}; erit $n = -1$, atque inde $AC\frac{\dot{v}}{v} = SA\frac{\dot{x}}{x}$; unde si Fluentes statuantur æquales, mensura rationis inter densitates d & v ad Modulum AC, æquabitur mensuræ rationis inter distantias SF & SA ad Modulum SA.

Si gravitationis sit alia quævis Lex: quoniam est $AC\frac{\dot{v}}{v} = \frac{\dot{x}x^n}{SA^n}$; si Fluentes statuantur æquales, erit $\frac{1}{n+1}$ in $\frac{SF^{n+1}}{SA^n} - SA$ mensura rationis inter densitates d & v ad Modulum AC. Itaque si sumantur in progressi-

one Geometrica termini crescentes SA, SF, $SF1$, $SF2$, &c. decrescentes SF, SA, $Sf2$, $Sf3$, &c. mensura rationis inter densitates Aeris in A & F ad Modulum AC, erit $\frac{1}{2}Af3$, si gravitatio sit reciproce in triplicata ratione distantiæ; erit $Af2$, si gravitatio sit reciproce in duplicata ratione distantiæ; erit AF, si gravitatio uniformis statuatur; erit $\frac{1}{2}AF1$, si gravitatio sit ut distantia; erit $\frac{1}{3}AF2$, si gravitatio sit in duplicata ratione distantiæ. Et sic proceditur in infinitum.

Denique ut plenius constet, Syntheticas etiam demonstrationes ex elementis præmissis levi negotio concinnari posse; sufficiet unicum insuper addidisse Exemplum, tædet utique plura jam proferre. Repetatur itaque divisio illa Nautica Meridianæ quam supra attigimus, & videamus etiam absque ope Curvæ cujuspiam Logometricæ, annon simplicior aliquanto sit futura demonstratio ad modum sequentem. Sit $PXCQ$ Telluris axis, CO semidiameter Æquatoris, $PAOBQ$ Meridianus; & invenienda sit in planisphærio Nautico magnitudo cujusvis arcus AB. Ad arcus illius terminos A & B ducantur ab alterutro Polorum P vel Q rectæ QA, QB, semidiametro CO occurrentes in D & E: Dico magnitudinem Nauticam arcus AB æqualem esse mensuræ rationis inter EC & DC ad Modulum OC. Nam divisus intelligatur arcus AB in particulas quam minimas RS, & jungantur QR, QS quæ secent CO in T & V; & demisso in axem perpendiculo SX quod rectæ QR occurrat in Z, erit lineola SZ æqualis particulæ RS. Itaque magnitudo Nautica nascentis arcus RS, erit ad Sphæræ semidiametrum OC, ut arcus ille RS sive lineola SZ ad SX, hoc est, ut VT ad VC. Unde per *Corol.* 2. *Prop.* 1.) magnitudo illa Nautica æquatur mensuræ rationis inter VC & TC ad Modulum OC: & similes utrobique summas colligendo, magnitudo Nautica totius arcus AB æquabitur mensuræ totius rationis inter EC & DC ad eundem Modulum OC.

Fig. 35.

XXX. *A newMethod and Table for Logarithms. Com. by Mr.* Long. *n.* 339. *p.* 52.

Log.	*Nat. Num.*	*Log.*	*Nat. Num.*
0,9	7.943282347	0,09	1.230268771
0,8	6.309573445	0,08	1.202264435
0,7	5.011872336	0,07	1.174897555
0,6	3.981071706	0,06	1.148153621
0,5	3.162277660	0,05	1.122018454
0,4	2.511886432	0,04	1.096478196
0,3	1.995262315	0,03	1.071519305
0,2	1.584893193	0,02	1.047128548
0,1	1.258925412	0,01	1.023292992

Log.


Fig: 1
Fig: 2.
Fig: 3
Fig: 4.
Fig: 5.
Fig: 6.
Fig: 7.
Fig. 8.
Fig: 9.
Fig: 10.
Fig: 11.
Fig: 12.
Fig: 13.
Fig: 14.
Fig: 15.
Fig: 16
Fig: 17.
Fig: 18.
Fig: 19.
Fig: 20.
Fig: 21.
Fig: 22.
Fig: 23
Fig: 24.
Fig: 25.
Fig: 26.
Fig: 27.
Fig. 28.
Fig: 29.
Fig: 30.
Fig: 31.
Fig: 32.
Fig: 33.
Fig: 34.
Fig: 35.
Fig: 36.
Fig: 37.
Fig: 38.
Fig: 39.
Fig: 40.
Fig: 41.
Fig. 42.
Fig: 43.
Fig: 44.
Fig: 45
Fig: 51.
Fig: 52.
Fig: 53.
Fig: 54.
Fig: 55
Fig: 57.
Fig: 59.
Fig: 60.
Fig: 61.
Fig: 62.
Fig. 63.
Fig. 64.
Fig. A.
June
July
May
Nov.
Dec.
Sept.
Feb.
March
Jan.
Oct.
N
S
E
W

Log.	*Nat Num.*	*Log.*	*Nat Num.*
$$\frac{abb}{n^3}+\frac{ab^5}{n^6}+\frac{ab^8}{n^9}\ \&c.$$

Sed termini ex quibus expectationes singulæ componuntur sunt in progressione geometrica, & ratio cujuslibet termini ad sequentem eadem est in singulis seriebus, nempe ut n^3 ad b^3; ergo summæ serierum sunt ut primi serierum termini, nempe ut $\frac{a}{n}$, $\frac{ab}{nn}$, $\frac{abb}{n^3}$, sive ut nn, bn, bb. Hoc est, in casu istius Problematis, ut 9, 6, 4.

Corollarium. Si plures sint collusores, *A*, *B*, *C*, *D*, &c. iisdem conditionibus ac supra certantes, sumantur tot termini in ratione n ad b, quot sunt collusores, & termini illi denotabunt expectationes collusorum respective.

Prob. XIII. A & B *ludant binis tesseris, hac conditione, ut* A *vincat si punctum senarium jecerit;* B, *si septenarium.* A *primo jactum unum instituat, deinde* B *duos jactus simul; tum rursus* A *duos jactus, atque sic deinceps, donec hic vel ille victor evadat: Quæritur ratio sortis ipsius* A, *ad sortem ipsius* B.

Solutio. Ponatur a numerus casuum quibus *A* vincere possit, & b numerus casuum quibus *B* vincere possit, n numerus variationum in tesseris datis; sit insuper $n-a=d$, & $n-b=e$; sit etiam 1 præmium victori concedendum.

1°. A habet casus a quibus vincere possit, & casus $n-a$ quibus non vincat, adeoque illius expectatio ex primo jactu oriunda est $\frac{a}{n}$; igitur si $\frac{a}{n}$ ex 1 subtrahatur, valor residuarum expectationum erit $1-\frac{a}{n}=\frac{n-a}{n}=\frac{d}{n}$.

2°.

2°. Si B ad jactum suum perveniat, ejus expectatio ex jactu ipsius oriunda, erit $\frac{b}{n}$; sed quoniam incertum est utrum ille ad jactum suum sit perventurus nec ne, expectatio $\frac{b}{n}$ minuenda est in ratione d ad n; Etenim præmium illius respectu, non 1, sed tantummodo $\frac{d}{n}$ censendum est, adeoque expectatio ipsius B priusquam A jactum suum instituat, erit $\frac{bd}{nn}$; subtrahatur $\frac{bd}{nn}$ ex $\frac{d}{n}$, & valor residuarum expectationum erit $\frac{d}{n} - \frac{bd}{nn} = \frac{nd - bd}{nn} = \frac{ed}{nn}$.

3°. Eodem argumentandi modo, expectatio ipsius B huic novissimæ deinceps subsequens, est $\frac{bed}{n^3}$.

4°. Et expectatio ipsius A huic subsequens, est $\frac{aeed}{n^4}$.

5°. Et expectatio ipsius A huic demum subsequens est $\frac{aeedd}{n^5}$. Et sic deinceps de cæteris; adeoque erunt

Expectationes omnes ipsius A.

$$
\begin{array}{l}
\frac{a}{n} \\
+\frac{aeed}{n^4} + \frac{aeedd}{n^5} \\
+\frac{ae^4d^3}{n^8} + \frac{ae^4d^4}{n^9} \\
+\frac{ae^6d^5}{n^{12}} + \frac{ae^6d^6}{n^{13}} \\
\quad \&c.
\end{array}
$$

Jam seposito parumper primo termino $\frac{a}{n}$, columna prima perpendicularis constituit progressionem geometricam infinite decrescentem, cujus summa est $\frac{aeed}{n^4 - eedd}$. Resumatur primus terminus $\frac{a}{n}$, isque addatur summæ progressionis, & aggregatum erit $\frac{naeed + an^4 - aeedd}{n \times \overline{n^4 - eedd}}$.

Columna secunda constituit progressionem alteram Geometricam, cujus summa est $\frac{aeedd}{n \times \overline{n^4 - eedd}}$.

Summa

Summa igitur expectationum ipsius *A* est $\frac{aeed^4 + an^3}{n^4 - eedd}$.

Expectationes omnes ipsius B.

$$\frac{bd}{nn} + \frac{bed}{n^3}$$
$$\frac{beed^3}{n^6} + \frac{be^3d^3}{n^7}$$
$$\frac{be^4d^5}{n^{10}} + \frac{be^5d^5}{n^{11}}$$
&c.

Summa primæ columnæ est $\frac{bdnn}{n^4 - eedd}$:

Summa secundæ columnæ est $\frac{bden}{n^4 - eedd}$:

Adeoque summa expectationum ipsius *B* erit $\frac{bdnn + bden}{n^4 - eedd}$.

Ergo ratio expectationum erit, ut $aeed + an^3$ ad $bdnn + bden$.

Si pro a, b, n, d, e, scribantur 5, 6, 36, 31, 30, respective, exprimetur ratio quæsita in numeris, nempe ut 10355 ad 12276.

Corollarium. Si numerus casuum, quibus collusores vincere possunt, numquam exhauriatur, adeo ut ludus possit in infinitum continuari, ita tamen ut collusores, propter istam continuationem, ponantur aliquando in iisdem circumstantiis in quibus antea fuerunt; expressiones sortium finitæ erunt.

Prob. XIV. *Assumptis* 12 *calculis* 4 *albis, &* 8 *nigris, certet* A *cum* B *fore ut velatis oculis, si* 7 *calculos exemerit, eorum* 3 *albi sint futuri: Quæritur ratio expectationis ipsius* A *ad expectationem ipsius* B.

Solutio. 1°. Inveniantur casus omnes quibus 7 calculi ex 12 eximi possint; casus erunt 792, ut patet ex Doctrina combinationum.

$$\frac{12}{1} \times \frac{11}{2} \times \frac{10}{3} \times \frac{9}{4} \times \frac{8}{5} \times \frac{7}{6} \times \frac{6}{7} = 792.$$

2°. Seponantur 3 albi, & inveniantur casus omnes quibus 4 nigri ex 8 iis adjungi possint; casus illi erunt 70.

$$\frac{8}{1} \times \frac{7}{2} \times \frac{6}{3} \times \frac{5}{4} = 70.$$

Quoniam autem 4 sunt casus quibus 3 albi ex 4 possint eligi, multiplicetur 70 per 4, adeoque casus erunt 280, quibus 3 albi cum 4 nigris possint eximi.

3°. Ex

3°. Ex lege ludorum, ille qui in se suscipit ut effectum aliquem producat, etiamnum victor censetur, si effectum pluries produxerit quam in se susceperit, nisi contrarium expresse sit cautum, adeoque si 4 albi cum 3 nigris eximantur, *A* victor censendus erit; Igitur seponantur 4 albi, & inveniantur casus omnes quibus 3 nigri, ex 8, 4 albis adjungi possint; casus illi erunt 56.

$$\frac{8}{1} \times \frac{7}{2} \times \frac{6}{3} = 56.$$

4°. Igitur *A* casus habet 280 + 56 = 336, quibus victor evadat: Subtrahantur casus illi ex 792, & casus residui erunt 456 quibus *B* victor evadere possit: Ergo ratio sortis ipsius *A*, ad sortem ipsius *B*, erit ut 336 ad 456, sive ut 14 ad 19.

Generaliter. Sit n numerus calculorum omnium, a numerus alborum, b numerus nigrorum, c numerus quem *A* eximat; & erit

Numerus Casuum omnium $\frac{n}{1} \times \frac{n-1}{2} \times \frac{n-2}{3} \times \frac{n-3}{4} \times \frac{n-4}{5} \times \frac{n-5}{6}$ &c. quæ series continuari debet ad tot terminos quot sunt unitates in c.

Numerus casuum quibus *A* calculos c eximere potest absque ullo albo

$$\frac{b}{1} \times \frac{b-1}{2} \times \frac{b-2}{3} \times \frac{b-3}{4} \times \frac{b-4}{5} \times \frac{b-5}{6} \text{ \&c.}$$

Numerus casuum quibus *A* calculum unum album eximere potest.

$$\frac{b}{1} \times \frac{b-1}{2} \times \frac{b-2}{3} \times \frac{b-3}{4} \times \text{\&c.} \times \frac{a}{1}.$$

Numerus casuum quibus *A* calculos duos albos eximere potest

$$\frac{b}{1} \times \frac{b-1}{2} \times \frac{b-2}{3} \times \frac{b-3}{4} \text{ \&c.} \times \frac{a}{1} \times \frac{a-1}{2}.$$

Numerus casuum quibus *A* calculos tres albos eximere potest

$$\frac{b}{1} \times \frac{b-1}{2} \times \frac{b-2}{3} \text{ \&c.} \times \frac{a}{1} \times \frac{a-1}{2} \times \frac{a-2}{3}.$$

Numerus casuum quibus *A* calculos quatuor albos eximere potest

$$\frac{b}{1} \times \frac{b-1}{2} \text{ \&c.} \times \frac{a}{1} \times \frac{a-1}{2} \times \frac{a-2}{3} \times \frac{a-3}{4}.$$

Et sic deinceps.

Prob. XV. A, B, C, *tres collusores, quorum dexteritates sint æquales, deponant singuli* 1, *& istis conditionibus certent;* 1°. *Ut illorum duo ludum incipiant;* 2°. *Ut victus locum suum tertio cedat, ita ut ille tertius jam cum victore contendat, quæ conditio in posterum semper sit observanda;* 3°. *Ut victus semper multetur summa* q *quæ deposito augendo inserviat;* 4°. *Ut ille depositum sic gradatim auctum, totum obtineat, qui alteros duos suc-*

ſucceſſive vicerit. Quæritur quanto melior vel deterior ſit ſors ipſorum A *&* B, *quos ludum incipere ponimus, quam ipſius* C.

Solutio. Ponatur ludum in infinitum continuari poſſe, hoc pacto.

$$\left.\begin{array}{l} A \text{ vincit } B \\ C \text{ vincit } A \\ B \text{ vincit } C \\ \\ A \text{ vincit } B \\ C \text{ vincit } A \\ B \text{ vincit } C \\ \\ A \text{ vincit } B \\ C \text{ vincit } A \\ B \text{ vincit } C \\ \quad \&c. \end{array}\right\} \text{Depoſitum} \left\{\begin{array}{l} 3+p \\ 3+2p \\ 3+3p \\ \\ 3+4p \\ 3+5p \\ 3+6p \\ \\ 3+7p \\ 3+8p \\ 3+9p \\ \quad \&c. \end{array}\right.$$

Sit R ſpectator aliquis, qui poſtquam A vicerit B ſemel, roget A an velit ſummas quas ſe obtenturum ſperat ipſi vendere, & quanti illas æſtimet cui A annuens reſpondeat.

Cum jam vicerim B, eſt mihi æqua ſors utrum obtineam vel non obtineam $3+2p$, adeoque ſumma iſta valet $\frac{3+2p}{2}$.

Si jam acciderit ut C me vincat, ſed tamen vices meæ certandi cum C revertantur, erit tunc mihi ſors æqua utrum obtineam, vel non obtineam $3+5p$, adeoque expectatio vincendi ipſum C tunc temporis valebit $\frac{3+5p}{2}$. Sed cum ſint 7 adverſus 1 fore ut vices illæ non revertantur (etenim C vincere me debet, B vincere C, ego B rurſus,) ſumma iſta quam me obtenturum ſpero valet $\frac{3+5p}{2\times 8}$.

Ad eundem modum, A computatione rurſus inita deprehendet, valorem deinceps ſummæ quam ſe obtenturum ſperat, eſſe $\frac{3+8p}{2\times 8\times 8}$.

Et ſequentis $\frac{3+11p}{2\times 8\times 8\times 8}$. Et ſic in infinitum.

R computationem hanc juſtam eſſe comperiens, pendat ipſi A ſummas, $\frac{3+2p}{2}$, $\frac{3+5p}{2\times 8}$, $\frac{3+8p}{2\times 8\times 8}$, $\frac{3+11p}{2\times 8\times 8\times 8}$, *&c.* quæ ope ſequentis Theorematis in ſummam unam redigantur.

Theorema. $\frac{n}{b}+\frac{n+d}{bb}+\frac{n+2d}{b^3}+\frac{n+3d}{b^4}$ *&c.* ad inf. $=\frac{n}{b-1}+\frac{d}{\overline{b-1}|^2}$.

Diſtin-

Distinguatur series $\frac{3+2p}{2} + \frac{3+5p}{2\times 8}$ &c. in partes duas

$$\frac{3}{2}\times 1 + \frac{1}{8} + \frac{1}{8\times 8} + \frac{1}{8\times 8\times 8} + \frac{1}{8\times 8\times 8\times 8} \text{ \&c.}$$

$$+\frac{p}{2}\times 2 + \frac{5}{8} + \frac{8}{8\times 8} + \frac{11}{8\times 8\times 8} + \frac{14}{8\times 8\times 8\times 8} \text{ \&c.}$$

Pars 1ª constituit progressionem geometricam, cujus summa est $\frac{12}{7}$.

Pars 2ª sepositis communi multiplicatore $\frac{p}{2}$, & termino primo 2, summatur per Theorema præmissum, & fit $\frac{5}{7} + \frac{3}{49} = \frac{38}{49}$, cui jam addito primo 2, summa erit $\frac{136}{49}$, qua multiplicata per $\frac{p}{2}$, productum $\frac{68}{49}p$, exhibebit summam secundæ seriei. Ergo R pendet ipsi A $\frac{12}{7} + \frac{68}{49}p$.

Eodem modo R ad B se convertens, illum roget utrum velit summas quas ille se obtenturum sperat, ipsi vendere, cui *B* assentiens, & eadem innixus ratione qua ipse A, requirat summam $\frac{3}{7} + \frac{31}{49}p$, quam R justam esse deprehendens, ipsi B pendat.

Denique R eodem cum C pacto inito, pendat ipsi pro summis quas ille se obtenturum sperat, $\frac{6}{7} + \frac{48}{49}p$.

Sit S spectator alius, quem A roget (postquam vicerit B semel) utrum velit ipsius jacturas sustinere, hoc est utrum velit multari summis p, pro ipso A, quoties acciderit ut ipse sit multandus, & quanto pretio velit hanc in se sortem suscipere, cui S respondeat.

Quoniam tibi sors est æqua utrum vincas C vel non, adeoque utrum multeris summa p, vel non, hujus multæ sortem, si in manum mihi dederis $\frac{1}{2}p$, sustinebo.

Quod si illud evenerit ut C te vincat, & B vincat C, adeo ut secunda vice tibi cum C certandum sit, tunc multæ ejusdem sortem si dederis mihi $\frac{1}{2}p$, pariter sustinebo: Verum cum sint 3 adversus 1 fore ut illud non eveniat, hujus multæ sortem, nunc si mihi in manum dederis $\frac{1}{8}p$, sustinebo.

Et eodem argumentandi modo, huic proximam sortem si mihi dederis $\frac{1}{16}p$.

Et huic deinceps proximam, si dederis $\frac{1}{64}p$, &c.

Jam A ipsi S assentiens, tradat ipsi S summas, $\frac{1}{2}p * + \frac{1}{8}p + \frac{1}{16}p * + \frac{1}{64}p + \frac{1}{128}p * + \frac{1}{512}p + \frac{1}{1024}p$, &c. quæ summæ in unam redactæ fiunt $\frac{5}{7}p$.

Et eodem modo B & C pacto inito cum S, ipsi tradant $\frac{3}{7}p$ & $\frac{6}{7}p$, respective, ut suas multarum sortes sustineat.

A recipit

$$\begin{array}{ll} \text{A recipit ab R} & \frac{12}{7} + \frac{68}{49}p. \\ \text{A tradit ipſi S} & \frac{35}{49}p. \\ \hline \text{Ipſi A ſupereſt} & \frac{12}{7} + \frac{33}{49}p. \end{array}$$

Sed A depoſuerat 1, priuſquam ludus inciperetur: Ergo lucratur A $\frac{5}{7} + \frac{33}{49}p$.

$$\begin{array}{ll} \text{B recipit ab R} & \frac{3}{7} + \frac{31}{49}p. \\ \text{B tradit ipſi S} & \frac{21}{49}p = \frac{3}{7}p. \\ \hline \text{Ipſi B ſupereſt} & \frac{3}{7} + \frac{10}{49}p. \end{array}$$

Sed B depoſuerat $1+p$, (videlicet 1 priuſquam ludus inciperetur, & p poſtquam ſemel victus fuerat ab A,) ergo B lucratur $-\frac{4}{7} - \frac{39}{49}p$.

Summa igitur lucrorum ipſorum A & B eſt $\frac{1}{7} - \frac{6}{49}p$.

Jam poſueramus A viciſſe ipſum B ſemel priuſquam colluſores pacta inirent cum R & S; ſed priuſquam ludus inchoaretur, B poterat æqua ſorte expectare ut vinceret ipſum A; adeoque ſumma lucrorum $\frac{1}{7} - \frac{6}{49}p$ in duas partes æquales dividenda, adeo ut utriuſque lucrum cenſendum ſit $\frac{1}{14} - \frac{3}{49}p$.

Ergo concludere jam licet, jacturam ipſius C, eſſe $\frac{1}{7} - \frac{6}{49}p$, ſive lucrum $-\frac{1}{7} + \frac{6}{49}p$.

Sed ut corroboretur computatio noſtra, videamus quale futurum ſit lucrum ipſius C, eadem methodo qua uſi fuimus pro inveniendis lucris ipſorum A & B.

$$\begin{array}{ll} \text{C recipit ab R} & \frac{6}{7} + \frac{48}{49}p. \\ \text{C tradit ipſi B} & \frac{42}{49}p. \\ \hline \text{Ipſi C ſupereſt} & \frac{6}{7} + \frac{6}{49}p. \\ \text{Sed C depoſuerat} & \frac{7}{7} \\ \text{Ergo C lucratur} & -\frac{1}{7} + \frac{6}{49}p. \end{array}$$

Jam

Jam fiat $\frac{1}{7} - \frac{6}{49}p = 0$, & invenietur $p = \frac{7}{6}$, ergo ſi multa ad ſummam quam ſinguli deponunt ſit ut 7 ad 6, colluſores æquali conditione certant.

Si multa ſit ad ſummam quam ſinguli deponunt in minori ratione quam 7 ad 6, *A* & *B* potiori conditione certabunt, *C* deteriori.

Si multa ſit ad ſummam quam ſinguli deponunt in majori ratione quam 7 ad 6, *A* & *B* deteriori conditione certant, *C* potiori.

Corol. I. Poſtquam *A* vicerit *B* ſemel, probabilitates vincendi erunt ut $\frac{12}{7}$, $\frac{6}{7}$, $\frac{3}{7}$, ſive ut 4, 2, 1; ita ut maxima probabilitas ſit ipſius *A*, proxima ipſius *C*, minima ipſius *B*.

Corol. II. Spectator *R* priuſquam ludus inchoetur, id ſuſcipere in ſe poterit, ut ſummam 3 de qua colluſores contendunt, & multas omnes pendat, ſi ſibi initio in manus datum ſit $3 + 3p$.

Corol. III. Si dexteritates colluſorum ſint in ratione data, ſortes colluſorum eadem ratiocinatione determinabuntur.

Corol. IV. Si multa ſit negativa, ita ut victus portiunculam depoſiti 3 ſumat, v. g. $\frac{3}{10}$, & ludus ſit finiendus ſtatim atque depoſitum exhauſtum fuerit, ſortes colluſorum eadem ratiocinatione determinabuntur.

Corol. V. Si plures ſint colluſores, *A*, *B*, *C*, *D*, *&c.* & non prius ludo deſiſtant quam illorum unus alios omnes ſucceſſive vicerit, ratio ſortium etiam invenietur.

Corol. VI. Si multa non ſit definita, ſed continuo creſcat vel decreſcat, qua libuerit lege, ratio ſortium etiam determinabitur, ſi non per expreſſiones finitas, at ſaltem per ſeries ad verum perpetuo convergentes.

Prob. XVI. A & B, *quorum dexteritates ſint æquales inter ſe, dato Globorum numero certent; jam poſt ludos aliquot peractos, deſit ipſi* A *ludus* 1 *quominus victor evadat, ipſi* B *vero* 2: *Quæritur ratio illorum ſortium.*

Solutio. Sit m numerus globorum omnium, ita ut uterque habeat $\frac{1}{2}m$; ſit p numerus caſuum quibus duo vel plures ex globis ipſius B propius ad metam accidere poſſint; ſit q numerus caſuum quibus unus vel plures ex globis ipſius B propius ad metam accidere poſſint, adeo ut $q - p$ ſit numerus caſuum quibus unus ex globis ipſius B (excluſive pluribus) poſſit ad metam propius accidere; ſit s numerus variationum omnium quas globi omnes ſubire poſſint; ſit 1 depoſitum totum.

Patet B habere caſus p quibus obtineat 1, & caſus $q - p$ quibus obtineat $\frac{1}{2}$, adeoque illius expectationem eſſe $\frac{p + \frac{1}{2}q - \frac{1}{2}p}{S} = \frac{\frac{1}{2}p + \frac{1}{2}q}{S}$.

Jam conſtat ex Doctrina combinationum, globos omnes m variari poſſe vicibus, $m \times \overline{m-1} \times \overline{m-2} \times \overline{m-3}$, &c. quæ ſeries continuari debet, donec

nec ultimus terminus fiat æqualis unitati, adeoque eſſe $s = m \times \overline{m-1} \times \overline{m-2} \times \overline{m-3}$ &c.

Conſtat ex eadem Doctrina globos numero $\frac{1}{2}m$, poſſe permutari binos, vicibus $\frac{1}{2}m \times \frac{1}{2}\overline{m-1}$, dum globi reliqui omnes ipſorum A & B, quorum numerus $m-2$, poſſunt variari vicibus $\overline{m-2} \times \overline{m-3} \times \overline{m-4}$, &c. adeoque eſſe $p = \frac{1}{2}m \times \overline{\frac{1}{2}m-1} \times \overline{m-2} \times \overline{m-3} \times \overline{m-4}$, &c. Igitur $s : p :: m \times \overline{m-1} : \frac{1}{2}m \times \overline{\frac{1}{2}m-1} :: m-1 : \frac{1}{4}m - \frac{1}{2}$, & $p = \dfrac{\frac{1}{4}ms - \frac{1}{2}s}{m-1}$.

Liquet globos numero $\frac{1}{2}m$, poſſe ſumi ſigillatim vicibus $\frac{1}{2}m$, dum globi reliqui omnes ipſorum A & B quorum numerus $m-1$, variari poſſunt vicibus $\overline{m-1} \times \overline{m-2} \times \overline{m-3} \times \overline{m-4}$, &c. adeoque eſſe $s : q :: m : \frac{1}{2}m :: 1 : \frac{1}{2}$; Eſt igitur $q = \frac{1}{2}s = \dfrac{\frac{1}{2}ms - \frac{1}{2}s}{m-1}$.

Ergo $\dfrac{\frac{1}{2}p + \frac{1}{2}q}{s} = \dfrac{\frac{3}{8}m - \frac{1}{2}}{m-1}$, ſubtrahatur hoc ex 1, & reſiduum $\dfrac{\frac{5}{8}m - \frac{1}{2}}{m-1}$ erit expectatio ipſius A, adeoque ratio ſortium ipſorum A & B erit ut $\frac{5}{8}m - \frac{1}{2}$ ad $\frac{3}{8}m - \frac{1}{2}$, ſive ut $5m-4$ ad $3m-4$.

Corol. I. Si numerus globorum eſſet infinitus, ratio ſortium fieret tandem ut 5 ad 3.

Corol. II. Si dexteritates ſint in ratione data, ratio ſortium eadem ratiocinatione invenietur.

Prob. XVII. A *&* B *quorum dexteritates ſint æquales inter ſe, dato globorum numero certent; jam poſt ludos aliquot peractos, deſit ipſi* A *ludus* 1 *quominus victor evadat, ipſi vero* B 3*: Requiritur ratio ſortium ipſorum* A *&* B.

Solutio. Sit ut in præcedenti Problemate m numerus globorum omnium; ſit r numerus caſuum quibus 3 vel plures ex globis ipſius B ad metam propius accidere poſſint, p numerus caſuum quibus 2 vel plures, q numerus caſuum quibus 1 vel plures propius ad metam poſſint accidere; ſit s numerus variationum omnium quas globi omnes poſſint ſubire.

Ergo B caſus habet r quibus obtineat 1, caſus $p-r$ quibus obtineat $\frac{1}{2}$, & caſus $q-p$ quibus obtineat $\frac{3m-4}{8m-8}$, ut patet ex præcedenti, adeoque ſumma illius expectationum erit $\dfrac{r \times 1 + \overline{p-r} \times \frac{1}{2} + \overline{q-p} \times \frac{3m-4}{8m-8}}{s}$

$$= \frac{\frac{1}{2}r + \frac{1}{2}p + \overline{q-p} \times \frac{3m-4}{8m-8}}{s}.$$

Jam globi numero $\frac{1}{2}m$ poſſunt permutari terni, vicibus $\frac{1}{2}m \times \overline{\frac{1}{2}m-1} \times \overline{\frac{1}{2}m-2}$, dum globi omnes reliqui ipſorum *A* & *B* quorum numerus $m-3$, poſſunt variari vicibus $\overline{m-3} \times \overline{m-4}$, *&c.* Igitur eſt $r = \frac{1}{2}m \times \overline{\frac{1}{2}m-1}$

$\overline{\tfrac{1}{2}m - 1} \times \overline{\tfrac{1}{2}m - 2} \times \overline{m-3} \times \overline{m-4}$, &c. Sed est $s = m \times \overline{m-1} \times \overline{m-2} \times \overline{m-3} \times \overline{m-4}$, &c. ergo $r = \dfrac{\tfrac{1}{8}ms - \tfrac{1}{2}s}{m-1}$.

Sed ex præcedenti Problemate est $p = \dfrac{\tfrac{1}{4}ms - \tfrac{1}{2}s}{m-1}$, & $q = \dfrac{\tfrac{1}{2}ms - \tfrac{1}{2}s}{m-1}$.

Substitutis igitur valoribus istis pro r, p, q, fiet expectatio ipsius $B = \dfrac{9mm - 26m + 16}{32mm - 64m + 32}$. Subtrahatur hæc ab 1, & erit expectatio ipsius $A = \dfrac{23mm - 38m + 16}{32mm - 64m + 32}$; adeoque ratio sortium ipsorum A & B, erit ut $23mm - 38m + 16$ ad $9mm - 26m + 16$, quæ convenit numero globorum cuicunque, binario excepto.

Verum ut ratio sortium ipsorum A & B quum singulis globis certant, sive quum numerus globorum est 2, inveniatur; resumatur expressio generalis expectationis ipsius B, videlicet $\dfrac{\tfrac{1}{2}r + \tfrac{1}{2}p + \overline{q-p} \times \dfrac{3m-4}{8m-8}}{s}$, & ponantur r & $p = 0$, & erit expectatio ipsius $B = \dfrac{q \times \dfrac{3m-4}{8m-8}}{s} = \dfrac{\tfrac{1}{2}m - \tfrac{1}{2}}{m-1} \times \dfrac{3m-4}{8m-8} = \tfrac{1}{2} \times \tfrac{2}{8} = \tfrac{1}{8}$, qua substracta ex 1, erit expectatio ipsius $A = \tfrac{7}{8}$, ergo ratio sortium ipsorum A & B hoc in casu erit ut 7 ad 1, quod aliunde constat ex principiis jamdudum expositis.

Corol. I. Si numerus globorum esset infinitus, ratio sortium fieret tandem ut 23 ad 9.

Corol. II. Si desint ipsi A ludi quotvis quominus victor evadat, & ipsi B ludi itidem quotvis, ratio sortium eadem ratiocinatione invenietur.

Corol. III. Si dexteritates sint in ratione data, ratio sortium etiam invenietur.

Prob. XVIII. *Certet* A *cum* B, *fore ut ipse, dato tentaminum numero, tessera dato facierum numero constante, facies quascunque datas jecerit: Quæritur expectatio ipsius* A.

Solutio. Sit $p+1$ numerus facierum in tessera, n numerus tentaminum datus, f numerus facierum quas jaci oporteat.

Numerus casuum quibus A monada semel vel pluries, tentaminibus numero n, jacere possit, est $\overline{p+1}|^n - p^n$, ut patet ex jam demonstratis.

Expungatur binarius e numero facierum, ita ut numerus facierum reducatur ad p; & erit numerus casuum quibus A monada semel vel pluries tentaminibus numero n, jacere possit $p^n - \overline{p-1}|^n$.

Ergo jam restituto binario, numerus casuum quibus A monada & binarium jacere possit, est differentia istorum casuum, videlicet $\overline{p+1}|^n - 2p^n + \overline{p-1}|^n$.

Expungatur nunc ternarius, & erit numerus casuum quibus *A* monada & binarium jacere possit, $p^n - 2 \times \overline{p-1}|^n + \overline{p-2}|^n$.

Ergo, jam restituto ternario, numerus casuum quibus *A* monada, binarium, & ternarium jacere possit, est $\overline{p+1}|^n - 3 \times p^n + 3 \times \overline{p-1}|^n - \overline{p-2}|^n$. Et sic deinceps de cæteris.

Scribantur ergo ordine potestates omnes, (mutatis alternatim signis) $\overline{p+1}|^n - p^n + \overline{p-1}|^n - \overline{p-2}|^n + \overline{p-3}|^n$ *&c.* Et præfigantur illis coefficientes potestatis designatæ per f, & summa terminorum erit numerator expectationis ipsius *A*, cujus denominator erit $\overline{p+1}|^n$.

Exemp. I. Sit 6 numerus facierum in tessera, & 2 numerus facierum datarum quas jaci oporteat tentaminibus 8, & erit expectatio ipsius *A*,

$$\frac{6^8 - 2 \times 5^8 + 4^8}{6^8}.$$

Exemp. II. Sit 6 numerus facierum in tessera, & 6 numerus facierum quas jaci oporteat tentaminibus 12, & erit expectatio ipsius *A*,

$$\frac{6^{12} - 6 \times 5^{12} + 15 \times 4^{12} - 20 \times 3^{12} + 15 \times 2^{12} - 6 \times 1^{12}}{6^{12}}.$$

Exemp. III. Contendat *A* cum *B* fore ut ipse, tentaminibus numero 43, tessera faciebus 36 constante, facies duas datas jecerit, sive ut binis tesseris vulgaribus jecerit duas monadas simul, atque etiam duos binarios simul; & erit expectatio ipsius *A* $\dfrac{36^{43} - 2 \times 35^{43} + 34^{43}}{36^{43}}$.

N. B. Facilis erit additio & subtractio partium ex quibus expectationes istæ componuntur, ope Tabulæ Logarithmorum.

Prob. XIX. *Invenire quotenis tentaminibus futurum sit probabile ut collusorum alter* A *facies quascunque datas jaciat, tessera constante dato facierum numero.*

Solutio. Sit ut prius $p + 1$ numerus facierum in tessera, n numerus tentaminum datus, f numerus facierum quæsitus. Ponatur Log. $\dfrac{1}{1 - \sqrt[f]{\frac{1}{2}}} = \alpha$, & Log. $\dfrac{p+1}{p} = \beta$; & erit $n = \dfrac{\alpha}{\beta}$ prope.

Demonstratio. Si numerus facierum quas jaci oporteat sit 6, expectatio ipsius *A* erit

$$\frac{\overline{p+1}|^n - 6p^n + 15 \times \overline{p-1}|^n - 20 \times \overline{p-2}|^n + 15 \times \overline{p-3}|^n - 6 \times \overline{p-4}|^n + \overline{p-5}|^n}{\overline{p+1}|^n}.$$

Fingatur terminos $p+1$, p, $p-1$, $p-2$, *&c.* esse in progressione Geometrica, quæ suppositio non multum a vero aberrabit, si præsertim p ad 1 habuerit rationem satis magnam, & ponatur $\dfrac{p^n}{\overline{p+1}|^n} = \dfrac{1}{r}$; ergo expectatio

pectatio ipſius A erit $1 - \frac{6}{r^n} + \frac{15}{r^{2n}} - \frac{20}{r^{3n}} + \frac{15}{r^{4n}} - \frac{6}{r^{5n}} + \frac{1}{r^{6n}} = \frac{1}{2}$.

Extrahatur utrinque radix ſexta, & fiet $1 - \frac{1}{r^n} = \sqrt[6]{\frac{1}{2}}$, ergo $r^n = \frac{1}{1 - \sqrt[6]{\frac{1}{2}}}$

ponatur jam Log. $r = \beta$, & Log. $\frac{1}{1 - \sqrt[6]{\frac{1}{2}}} = \alpha$, & erit $n\beta = \alpha$, adeoque $n = \frac{\alpha}{\beta}$, & eadem erit demonſtratio de cæteris caſibus.

Si ſit aliqua ſuſpicio ne valor indicis n ſic inventus non ſit ſatis accuratus, tunc ſubſtituatur valor iſte pro n, & notetur error, tunc mutetur aliquantulum valor iſte, & notetur novus error, & ope duorum errorum valor indicis n ſatis accurate corrigetur, ſi Regula falſi adhibeatur.

Poteſt valor indicis n ſic inventus corrigi per ſeriem infinitam, ex natura Problematis depromptam, talem ut primus terminus hujus ſeriei ſit valor iſte quem aſſignavimus; ſed correctio per differentiam errorum ſufficit ad uſus practicos.

Exemp. I. Invenire quotenis jactibus vulgaris teſſeræ, probabile ſit ut A facies omnes jaciat.

Log. $\frac{1}{1 - \sqrt[6]{\frac{1}{2}}} = 0.9621753$, Log. $\frac{6}{5} = 0.0791812$, ergo $n = \frac{0.9621753}{0.0791812} = 12 +$. Ergo concludere jam licet numerum jactuum quæſitum fore 12 circiter, ſi vero 12 ſubſtituatur pro n in æquatione caſui huic competente, invenietur expectatio ipſius A .437 prope, quæ aliquanto debita nempe .5 minor eſt; ergo ponatur 13 pro n, & invenietur expectatio ipſius A .513, quæ eſt debita major; ergo poterit A in ſe ſuſcipere ut facies omnes tentaminibus 13 jaciat, idque potiori conditione.

Exemp. II. Invenire quotenis tentaminibus futurum ſit probabile ut A teſſera faciebus 216 conſtante, facies ſex datas jaciat, ſive ut tribus teſſeris vulgaribus * *Triadas* omnes jaciat. * *Raffles.*

Log. $\frac{1}{1 - \sqrt[6]{\frac{1}{2}}} = 0.9621753$, Log. $\frac{216}{215} = 0.0020152$, ergo $n = \frac{0.9621753}{0.0020152} = 477$ prope.

Prob. XX. A & B *quorum dexteritates ſint in ratione data, videlicet, ut* a *ad* b, *ea conditione ludant, ut quoties* A *ludum unum vicerit,* B *tradat ipſi nummum unum; quoties vero* B *vicerit,* A *ipſi tradat nummum unum: & non prius ludo deſiſtant, quam eorum alter nummos omnes alterius lucratus fuerit. Adſlent vero ſpectatores duo* R & S, *quorum* R *affirmet certamen finitum iri intra datum ludorum numerum,* S *neget: Quæritur expectatio ipſius* S. *De Duratione Ludorum.*

Solutio. Caſus I. Sit 2 numerus nummorum quos uterque colluſorum habeat; ſit etiam 2, numerus de quo R & S contendant: Jam propter 2,

numerum ludorum de quo contenditur, elevetur $a+b$ ad poteſtatem 2, quæ erit $aa+2ab+bb$: terminus $2ab$ ipſi S favet, reliqui adverſantur, adeoque illius expectatio erit $\frac{2ab}{\overline{a+b}|^2}$.

Caſus II. Sit 2 numerus nummorum quos uterque colluſorum habeat, & ſit 3 numerus ludorum de quo R & S contendant; elevetur itaque $a+b$ ad poteſtatem 3^{am}, quæ erit $a^3+3aab+3abb+b^3$. Jam termini duo $+a^3+b^3$, omnino ipſi S adverſantur, reliqui duo $3aab+3abb$, partim favent, partim adverſantur; dividantur ergo termini iſti in partes ſuas, videlicet $3aab$ in aab, aba, baa, atque $3abb$ in abb, bab, bba, & partes $aba+baa+abb+bab$, ſive $2aab+2abb$ ipſi S favent, reliquæ adverſantur. Adeoque expectatio ipſius S erit $\frac{2aab+2abb}{\overline{a+b}|^3}$, ſive (diviſis numeratore & denominatore per $a+b$) $\frac{2ab}{\overline{a+b}|^2}$, quæ eadem eſt ac in caſu præcedenti.

Caſus III. Sit 2 numerus nummorum quos uterque colluſorum habeat, & 4 numerus ludorum de quo ſpectatores contendant; elevetur itaque $a+b$ ad poteſtatem 4^{am}, quæ erit $a^4+4a^3b+6aabb+4ab^3+b^4$; termini $a^4+4a^3b+4ab^3+b^4$ omnino ipſi S adverſantur, terminus unicus $6aabb$ partim favet, partim adverſatur: dividatur ergo terminus iſte in partes ſuas, $aabb$, $abab$, $abba$, $baab$, $baba$, $bbaa$, & partes quatuor, $abab$, $abba$, $baab$, $baba$, ſive $4aabb$, ipſi S favent; adeoque illius expectatio erit $\frac{4aabb}{\overline{a+b}|^2}$.

Caſus IV. Sit 2 numerus nummorum quos uterque colluſorum habeat, & 5 numerus ludorum de quo ſpectatores contendant, & expectatio ipſius S invenietur eadem ac in præcedenti caſu.

Caſus V. Sit 2 numerus nummorum quos uterque colluſorum habeat, & 6 numerus ludorum de quo ſpectatores contendant, & expectatio ipſius S invenietur $\frac{8a^3b^3}{\overline{a+b}|^6}$.

Generalius. Sit 2 numerus nummorum quos uterque colluſorum habeat, & $2+d$ numerus ludorum de quo ſpectatores contendant, erit

$$\frac{\overline{2ab}|^{1+\frac{1}{2}d}}{\overline{a+b}|^{2+d}}$$ expectatio ipſius S.

Ubi nota d numerum eſſe parem; quod ſi d ſit numerus impar, expectatio ipſius S eadem erit ac ſi numerus ille unitate eſſet diminutus.

Caſus VI. Sit 3 numerus nummorum quos uterque colluſorum habeat, & $3+d$ numerus ludorum de quo ſpectatores contendant, & invenietur expectatio ipſius $S=\frac{\overline{3ab}|^{1+\frac{1}{2}d}}{\overline{a+b}|^{2+d}}$.

Ubi nota d numerum eſſe parem; quod ſi d ſit numerus impar, expectatio ipſius S eadem erit ac ſi numerus ille unitate eſſet diminutus.

Caſus VII. Sit 4 numerus nummorum quos uterque colluſorum habeat, & 4 numerus ludorum de quo ſpectatores contendant, & invenietur expectatio ipſius $S\ \dfrac{4a^3b + 6aabb + 4ab^3}{\overline{a+b}|^4}$.

Caſus VIII. Sit 4 numerus nummorum quos uterque colluſorum habeat, & 6 numerus ludorum de quo ſpectatores contendant, & invenietur expectatio ipſius $S\ \dfrac{14a^4bb + 20a^3b^3 + 14aab^4}{\overline{a+b}|^6}$.

Tabula expectationum ipſius S, pro numero nummorum 4.

4.	$\dfrac{4a^3b + 6aabb + 4ab^3}{\overline{a+b}|^4}$
6.	$\dfrac{14a^4bb + 20a^3b^3 + 14aab^4}{\overline{a+b}|^6}$
8.	$\dfrac{48a^5b^3 + 68a^4b^4 + 48a^3b^4}{\overline{a+b}|^8}$
10.	$\dfrac{164a^6b^4 + 232a^5b^5 + 164a^4b^6}{\overline{a+b}|^{10}}$
12.	$\dfrac{560a^7b^5 + 792a^6b^6 + 560a^5b^5}{\overline{a+b}|^{12}}$

&c.

Tabula iſta facile continuabitur, ſi ſequentia adnotentur.

1°. Coefficientem termini primi in quolibet numeratore eſſe ſummam coefficientem terminorum omnium in numeratore præcedenti. 2°. Coefficientem termini ſecundi eſſe aggregatum ſummæ iſtius, & coefficientis termini ſecundi præcedentis. 3°. Coefficientem termini tertii eundem eſſe, ac coefficientem termini primi. 4°. Producta literalia, ex præcedentibus, prima ex primis, ſecunda ex ſecundis, formari, multiplicatis præcedentibus per ab. 5°. Denominatores omnes eſſe poteſtatem illam binomii $a + b$, quæ deſignatur per numerum ludorum de quo R & S contendunt.

Hic obiter venit obſervandum coefficientes omnes, primi ex primis, ſecundi ex ſecundis, generari poſſe. Etenim ſi ex ultimo præcedente, quadruplicato, ſubtrahatur penultimus duplicatus, orietur coefficiens quæſitus.

Regula Generalis. Sit n numerus nummorum quos uterque colluſorum habeat, $n + d$ numerus ludorum de quo ſpectatores contendant.

Elevetur $a + b$ ad poteſtatem n, & reſecentur termini duo extremi; multiplicetur reſiduum per $aa + 2ab + bb$, & rejiciantur termini extremi; fiat rurſus multiplicatio reſidui per $aa + 2ab + bb$, & rejiciantur extremi, & ſic deinceps fiant tot multiplicationes quot ſunt unitates in $\frac{1}{2}d$; & productum ultimum erit numerator expectationis ipſius S; denominator vero ſemper erit $\overline{a+b}|^{n+d}$.

N. B. Si d ſit numerus impar, ſubſtituatur $d - 1$ pro d.

Sit

Si n sit numerus impar, dividi poterunt numerator & denominator expectationis per $a+b$, & fiet expectatio simplicior.

Exemp. I. Sit 4 numerus nummorum quos uterque collusorum habeat, & 10 numerus ludorum de quo spectatores contendant, sint autem dexteritates in ratione æqualitatis; quæritur expectatio ipsius S.

Est $n=4$, & $n+d=10$; igitur est $d=6$, & $\frac{1}{2}d=3$. Elevetur itaque $a+b$ ad potestatem 4^{am}, & resectis semper extremis, fiant 3 multiplicationes per $aa+2ab+bb$.

$$
\begin{array}{llllll}
a^4 \mid & +4a^3b & +6aabb & +4ab^3 \mid & +b^4 & \\
 & aa & +2ab & +bb & & \\
\hline
4a^5b \mid & +6a^4bb & +4a^3b^3 & & & \\
 & +8a^4bb & +12a^3b^3 & +8aab^4 & & \\
 & & +4a^3b^3 & +6aab^4 \mid & +4ab^5 & \\
\hline
 & 14a^4bb & +20a^3b^3 & +14aab^4 & & \\
 & aa & +2ab & +bb & & \\
\hline
14a^6bb \mid & +20a^5b^3 & +14a^4b^4 & & & \\
 & +28a^5b^3 & +40a^4b^4 & +28a^3b^5 & & \\
 & & +14a^4b^4 & +20a^3b^5 \mid & 14aab^6 & \\
\hline
 & 48a^5b^3 & +68a^4b^4 & +48a^3b^5 & & \\
 & aa & +2ab & +bb & & \\
\hline
48a^7b^3 \mid & +68a^6b^4 & +48a^5b^5 & & & \\
 & +96a^6b^4 & +136a^5b^5 & +96a^4b^6 & & \\
 & & +48a^5b^5 & +68a^4b^6 \mid & +48a^3b^7 & \\
\hline
 & 164a^6b^4 & +232a^5b^5 & +164a^4b^6 & &
\end{array}
$$

Et erit expectatio ipsius $S = \dfrac{164a^6b^4+232a^5b^5+164a^4b^6}{\overline{a+b}|^{10}}$, & propter a & b æquales erit ista expectatio $\dfrac{164+232+164}{2^{10}} = \dfrac{560}{1024} = \dfrac{35}{64}$.

Exemp. II. Sit 5 numerus nummorum quos uterque collusorum habeat, & 10 numerus ludorum de quo spectatores contendant, ita ut S neget certamen finitum iri intra ludos 10; sit autem dexteritas ipsius A ad dexteritatem ipsius B ut 2 ad 1.

Est $n=5$, & $n+d=10$; est igitur $d=5$. Et propter d imparem, fingatur $d=4$, ergo $\frac{1}{2}d=2$. Elevetur itaque $a+b$ ad potestatem 5^{am}, & resectis semper extremis, fiant 2 multiplicationes per $aa+2ab+bb$.

as

$$\begin{array}{l}
a^5 \mid + 5a^4b + 10a^3bb + 10a^2b^3 + 5ab^4 \mid + b^5 \\
\qquad\qquad aa + 2ab + bb \\
\hline
5a^6b \mid + 10a^5bb + 10a^4b^3 + 5a^3b^4 \\
\qquad + 10a^5bb + 20a^4b^3 + 20a^3b^4 + 10aab^5 \\
\qquad\qquad + 5a^4b^3 + 10a^3b^4 + 10aab^5 \mid + 5ab^6 \\
\hline
\quad 20a^5bb + 35a^4b^3 + 35a^3b^4 + 20aab^5 \\
\qquad\qquad aa + 2ab + bb \\
\hline
\quad 20a^7bb \mid + 35a^6b^3 + 35a^5b^4 + 20a^4b^5 \\
\qquad\qquad + 40a^6b^3 + 70a^5b^4 + 70a^4b^5 + 40a^3b^6 \\
\qquad\qquad\qquad + 20a^5b^4 + 35a^4b^5 + 35a^3b^6 \mid + 20a^2b^7 \\
\hline
\qquad\qquad 75a^6b^3 + 125a^5b^4 + 125a^4b^5 + 75a^3b^6
\end{array}$$

Ergo expectatio ipsius S erit $\dfrac{75a^6b^3 + 125a^5b^4 + 125a^4b^5 + 75a^3b^6}{\overline{a+b}|^9}$.

Sive divisis numeratore & denominatore per $a+b$, propter numerum n imparem, fiet expectatio $= \dfrac{75a^5b^3 + 50a^4b^4 + 75a^3b^5}{\overline{a+b}|^8} = 25a^3b^3 \times \dfrac{3aa + 2ab + 3bb}{\overline{a+b}|^8}$.

Et positis 2 & 1 pro a & b respective, fiet expectatio $= \dfrac{8 \times 25 \times 19}{6561} = \dfrac{3800}{6561}$.

Prob. XXI. *Sit* 4 *numerus nummorum quos uterque collusorum habeat; Requiritur ratio dexteritatum quæ faciat ut* R *possit æqua sorte affirmare certamen finitum iri intra ludos* 4, S *negare.*

Solutio. Expectatio ipsius S, jam inventa, est $\dfrac{4a^3b + 6aabb + 4ab^3}{\overline{a+b}|^4}$, & quoniam, ex Hypothesi, R & S æqua sorte contendunt, ponatur $\dfrac{4a^3b + 6aabb + 4ab^3}{\overline{a+b}|^4} = \frac{1}{2}$, sive $a^4 - 4a^3b - 6aabb - 4ab^3 + b^4 = 0$. Addatur $12aabb$ utrobique, & fiet $a^4 - 4a^3b + 6aabb - 4ab^3 + b^4 = 12aabb$. Extrahatur hinc inde radix quadratica, & erit $aa - 2ab + bb = ab\sqrt{12}$, sive facto $a : b :: z : 1$, $zz - 2z + 1 = z\sqrt{12}$, ubi invenietur radix duplex $z = 5.274$, & $\dfrac{1}{5.274}$. Ergo sive ratio dexteritatis ipsius A ad dexteritatem ipsius B sit ut 5.274 ad 1, vel ut 1 ad 5.274, R & S æqua sorte contendent.

Prob. XXII. *Sit* 4 *numerus nummorum quos uterque collusorum habeat; Requiritur ratio dexteritatum talis, ut possit* R *affirmare finitum iri certamen*

men intra 4 *ludos*, S *negare, atque sint sortes ipsorum* R & S *in ratione data, videlicet ut* 3 *ad* 1.

Solutio. Expectatio ipsius S ex numero ludorum 4, & ratione dexteritatum oriunda est $\frac{4a^3b + 6aabb + 4ab^3}{\overline{a+b}|^4}$. Eadem expectatio propter datam rationem sortium est $\frac{1}{4}$. Ergo sit $\frac{4a^3b + 6aabb + 4ab^3}{\overline{a+b}|^4} = \frac{1}{4}$; sive $a^4 - 12a^3b - 18aabb - 12ab^3 + b^4 = 0$. Jam facto $a : b :: z : 1$, erit $z^4 - 12z^3 - 18zz - 12z^1 + 1 = 0$. Supponatur hæc æquatio ex binis istis quadraticis formari, $zz + yz + 1 = 0$. Et $z^2 + pz + 1 = 0$.

$$\text{Ergo } z^4 \begin{matrix} +y \\ +p \end{matrix} z^3 \begin{matrix} +py \\ +2 \end{matrix} zz \begin{matrix} +y \\ +p \end{matrix} z + 1 = 0.$$

Comparentur coefficientes terminorum Homologorum, & erit $y + p = -12$, & $py + 2 = -18$, sive $py = -20$; unde orietur æquatio $yy + 12y = 20$, cujus radix negativa erit $= -13.483$. Substituatur valor iste in locum ipsius y, & erit $zz - 13.483z + 1 = 0$, cujus æquationis radix duplex invenietur 13.407, & $\frac{1}{13.407}$ prope, ergo sive a ad b sit ut 13.407 ad 1, sive ut 1 ad 13.407, ratio sortium ipsorum R & S erit ut 3 ad 1,

Prob. XXIII. *Sit* 4 *numerus nummorum quos uterque collusorum habeat; Requiritur ratio dexteritatum quæ faciat ut* R *possit æqua sorte affirmare certamen finitum iri intra ludos 6*, S *negare.*

Solutio. Expectatio ipsius S ex numero ludorum, & ratione dexteritatum oriunda, erit $\frac{14a^4bb + 20a^3b^3 + 14aab^4}{\overline{a+b}|^6}$. Ejusdem expectatio propter datam sortium æqualitatem erit $= \frac{1}{2}$. Ergo erit $\frac{14a^4bb + 20a^3b^3 + 14aab^4}{\overline{a+b}|^6} = \frac{1}{2}$, sive $a^6 + 6a^5b - 13a^4bb - 20a^3b^3 - 13aab^4 + 6ab^5 + b^6 = 0$, & facto $a : b :: z : 1$.

$$z^6 + 6z^5 - 13z^4 - 20z^3 - 13zz + 6z + 1 = 0.$$

Ponatur hæc æquatio ex binis istis formari.

$$z^2 + yz + 1 = 0.$$
$$\& \; z^4 + pz^3 + qz^2 + pz + 1 = 0.$$

$$\begin{array}{llllll} \text{Ergo } z^6 & + yz^5 & + z^4 & & & \\ & + pz^5 & + pyz^4 & + pz^3 & & \\ & & + qz^4 & + qyz^3 & + qzz & \\ & & & + pz^3 & + pyzz & + pz \\ & & & & + zz & + yz + 1. \\ \hline \end{array}$$

$$\text{Sive } z^6 \begin{matrix} +y \\ +p \end{matrix} z^5 \begin{matrix} +1 \\ +py \\ +q \end{matrix} z^4 \begin{matrix} +2p \\ +qy \end{matrix} z^3 \begin{matrix} +1 \\ +py \\ +q \end{matrix} zz \begin{matrix} +p \\ +y \end{matrix} z + 1 = 0.$$

Et

Et comparatis coefficientibus erit $y+p=6$, $1+py+q=-13$, seu $py+q=-14$, $2p+qy=-20$. Unde orietur æquatio $y^3-6yy-16y+32=0$, cujus una radicum erit -2.9644, qua substituta in locum ipsius y, in æquatione $z^2+yz+1=0$, habebitur æquatio nova $z^2-2.9644z+1=0$. Ubi invenietur radix duplex 2.576, & $\frac{1}{2.576}$; ergo sive dexteritas ipsius *A* ad dexteritatem ipsius *B* sit ut 2.576 ad 1, seu ut 1 ad 2.576, *R* & *S* æqua sorte contendent.

Corollarium. Omnes hujus generis æquationes, in quibus ratio dexteritatum determinanda venit ex datis numero nummorum & numero ludorum, ad dimensiones dimidio saltem pauciores, quam sit numerus ludorum datus, semper reducentur; etenim coefficientes terminorum hinc inde ab extremis æqualiter distantium semper iidem erunt, adeoque si fingatur æquationes istas formari ex $yy+yz+1=0$, & æquatione altera cujus coefficientes hinc inde ab extremis æqualiter distantes sint iidem, comparationes terminorum homologorum non erunt plures quam est dimidius ludorum numerus, adeoque dimensiones quantitatis y dimidio saltem pauciores erunt quam dimensiones quantitatis z.

Prob. XXIV. *Positis iisdem ac in* Prob. 20. *habeat* A *nummos* p, B *vero nummos* q: *Quæritur expectatio ipsius* S.

Solutio. Sumatur Binomium $a+b$, & rejectis semper terminis in quibus dimensiones quantitatis a excedunt dimensiones quantitatis b per q, & terminis in quibus dimensiones quantitatis b excedunt dimensiones quantitatis a per p, multiplicentur continuo termini residui per $a+b$, & fiant tot multiplicationes quot sunt unitates in dato ludorum numero unitate diminuto, & habebitur numerator expectationis ipsius *S*, cujus denominator erit potestas binomii $a+b$ designata per numerum ludorum.

Exemplum. Sit $p=3$, & $q=2$; numerus ludorum 7.

$$\begin{array}{l}
a+b \\
a+b \\
\hline
aa \mid +2ab+bb \\
\qquad a+b \\
\hline
2aab+3abb \mid +b^3 \\
\qquad a+b \\
\hline
2a^3b \mid +5aabb+3ab^3 \\
\qquad\qquad a+b \\
\hline
5a^3bb+8aab^3 \mid +3ab^4 \\
\qquad\qquad a+b \\
\hline
5a^4bb \mid +13a^3b^3+8aab^4 \\
\qquad a+b \\
\hline
13a^4b^3+21a^3b^4 \mid +8aab^5
\end{array}$$

Ergo

Ergo erit expectatio ipsius $S = \frac{13a^4b^3 + 21a^3b^4}{\overline{a+b}|^7}$.

Prob. XXV. A *&* B *collusores duo, quorum dexteritates sint in ratione data, hoc pactum ineant, ut non prius ludo desistant quam datus numerus ludorum sit transactus; sint* R *&* S *spectatores duo, quorum* R *contendat fore ut aliquando ante conclusum certamen vel expirante certamine,* A *victorem se præstiterit pluries quam* B *dato ludorum numero; Quæritur expectatio ipsius* R.

Solutio. Sit n numerus ludorum transigendus priusquam A & B ludo desistant, sit $n-d$ numerus ludorum de quo R & S contendant, sit ratio dexteritatum ut a ad b. Elevetur $a+b$ ad potestatem n, tunc si d sit numerus impar, sumantur tot termini istius potestatis quot sunt unitates in $\frac{d+1}{2}$; sumantur etiam tot termini sequentes quot jam sumpti fuerunt, sed mutentur illorum coefficientes, iisque præfigantur coefficientes terminorum præcedentium ordine retrogrado: Si vero d sit numerus par, sumantur tot termini potestatis $\overline{a+b}|^n$ quot sunt unitates in $\frac{d+2}{2}$, sumantur etiam tot termini sequentes quot sunt unitates in $\frac{1}{2}d$, sed præfigantur illis coefficientes terminorum præcedentium ordine retrogrado, omisso ultimo præcedentium, & habebitur numerator expectationis ipsius R, quorum denominator erit $\overline{a+b}|^n$.

Exemp. I. Sit 10 numerus ludorum transigendus priusquam A & B ludo desistant, sit 3 numerus ludorum quibus aliquando A superaturus est ipsum B, sit ratio dexteritatum ut 1 ad 1: Elevetur $a+b$ ad potestatem 10^{am}, videlicet, $a^{10} + 10a^9b + 45a^8bb + 120a^7b^3 + 210a^6b^4 + 252a^5b^5 + 210a^4b^6 + 120a^3b^7 + 45aab^8 + 10ab^9 + b^{10}$.

1°. Est $n = 10$; 2°. $n - d = 3$; ergo est $d = 7$, & $\frac{d+1}{2} = 4$. Sumantur ergo 4 termini istius potestatis, videlicet $a^{10} + 10a^9b + 45a^8bb + 120a^7b^3$; sumantur etiam 4 termini sequentes, illisque præfigantur coefficientes terminorum præcedentium ordine retrogrado, & termini sequentes evadent $120a^6b^4 + 45a^5b^5 + 10a^4b^6 + a^3b^7$. Ergo erit expectatio ipsius $R = \frac{a^{10} + 10a^9b + 45a^8bb + 120a^7b^3 + 120a^6b^4 + 45a^5b^5 + 10a^4b^6 + 1a^3b^7}{\overline{a+b}|^{10}}$ $= \frac{352}{1024}$.

Exemp. II. Sit $n = 6$, & $n - d = 4$; ergo est $d = 2$, & $\frac{d+2}{2} = 2$. Ergo expectatio ipsius R erit $\frac{a^6 + 6a^5b + a^4bb}{\overline{a+b}|^6}$.

N. B. Si d sit numerus impar, poterunt numerator & denominator expectationis ipsius R dividi per $a+b$.

Prob.

Prob. XXVI. A & B, *quorum dexteritates ſint in ratione data, videlicet ut* a *ad* b, *hoc pactum ineant, ut non prius ludo deſiſtant quam datus ludorum numerus ſit tranſactus: Adſint ſpectatores duo* R & S, *quorum* R *affirmet,* S *neget, fore ut aliquando ante finitum certamen, vel expirante certamine,* A *ſit ſuperaturus ipſum* B *dato ludorum numero* q; & *fore etiam ut aliquando* B *ſit ſuperaturus ipſum* A *dato ludorum numero* p: *Quæritur expectatio ipſius* R.

Solutio. Inveniatur numerus caſuum quibus A ſuperare poſſit ipſum B dato ludorum numero q, per *Prob.* 25.

Inveniatur numerus caſuum quibus B ſuperare poſſit ipſum A dato ludorum numero p, per idem.

Inveniatur denique numerus caſuum quibus neuter ſuperare poſſit alterum datis ludorum numeris, per *Prob.* 24.

Addantur hi caſus ſimul, & ex eorum aggregato ſubtrahatur $\overline{a+b}|^n$, & habebitur numerator expectationis ipſius R, cujus denominator erit $\overline{a+b}^n$.

Exemplum. Contendat R fore ut aliquando A ſit ſuperaturus ipſum B 2 ludis, & fore etiam ut aliquando B ſit ſuperaturus ipſum A 3 ludis, & ſit numerus ludorum tranſigendus 7.

Numerus caſuum quibus poſſit A ſuperare ipſum B 2 ludis, eſt $a^7+7a^6b+21a^5bb+21a^4b^3+7a^3b^4+aab^5$.

Numerus caſuum quibus poſſit B ſuperare ipſum A 3 ludis, eſt $14a^4b^3+7a^3b^4+21aab^5+7ab^6+b^7$.

Numerus caſuum quibus neuter alterum ſuperare poſſit datis ludorum numeris, eſt $13a^4b^3+21a^3b^4$.

Summa omnium iſtorum caſuum erit

$$a^7+7a^6b+21a^5bb+35a^4b^3+35a^3b^4+22aab^5+7ab^6+b^7.$$

Subtrahatur $\overline{a+b}|^7$ ſeu

$$a^7+7a^6b+21a^5bb+35a^4b^3+35a^3b^4+21aab^5+7ab^6+b^7$$

Reſiduum erit $1aab^5$.

Ergo expectatio ipſius R erit $\dfrac{aab^5}{\overline{a+b}|^7}$.

2. Cum Methodus ſynthetica, qua uſus eſt *D. de Moivre* ad inveniendam cujuſque Colluſoris ſortem, in uſum verti nequeat tunc quando plures quam tres ſunt colluſores, ob vix perſpiciendam legem progreſſionis ſerierum quæ ſe offerunt; oſtendam hic quo modo Analyſis in ejuſmodi Problematibus, ubi depoſitum continuo augetur, adhiberi queat: eumque in finem demonſtrationem dabo analyticam trium Theorematum, quæ inveni, & quidem diu ante viſum D. *Moyvræi* libellum de Menſura Sortis, occaſione triplicis quæſtionis mihi ab amico circa ludum hunc, quem Galli vocant *le Jeu de la Poule*, propoſitæ, pro inveniendis ſcil. probabilitate vincendi, lucro item vel damno cujuſque Colluſoris, & duratione certaminis.

A Solution of the XV. Problem, by M. Nic Bernoulli, n. 341. p. 133.

 Theo-

Theorema 1. Si Collusores aliquot A, B, C, D, E, &c. quorum numerus est $n+1$ & dexteritates sunt æquales, deponant singuli 1, & istis conditionibus certent. 1°. Ut illorum duo A & B ludum incipiant. 2°. Ut victus locum suum tertio C cedat, ita ut ille tertius C jam cum victore contendat, quique ex hoc certamine victor evaserit cum quarto D ludat, & ita deinceps. 3°. Ut ille depositum totum obtineat, qui omnes collusores successive vicerit. Dico probabilitates vincendi duorum quorumlibet collusorum sese immediate in ordine ludendi sequentium esse in ratione $1+2^n$ ad 2^n, adeoque expectationes lusorum A (B), C, D, E, &c. esse in progressione Geometrica.

Demonstratio. Ponantur expectationes vincendi ipsius A vel $B=a$, ipsius $C=c$, ipsius $D=d$, ipsius $E=e$, &c. Porro cum accidere possit, ut collusor aliquis prima vice in ludum intrans inveniat adversarium qui vel nondum, vel semel, vel bis, vel ter, &c. jam successive victor extitit, vocetur expectatio lusoris illius primo casu $=z$, secundo $=y$, tertio $=x$, quarto $=u$, quinto $=t$, &c. Item cum collusor aliquis vinci possit ab adversario qui antea jam vel nullum, vel unum, vel duos, vel tres, &c. collusores successive vicit, ita ut exiens e ludo relinquat adversarium qui vel semel, vel bis, vel ter, vel quater &c. victor extitit, vocetur expectatio seu probabilitas vincendi ejus qui exit e ludo primo casu $=h$, secundo $=k$, tertio $=l$, quarto $=m$, &c. Hisce omnibus positis habebuntur sequentes novem series æquationum signatæ N°. 1. N°. 2. N°. 3, &c. usque ad N°. 9. *Tab.* I. Ratio eas inveniendi breviter hæc est. Inter æquationes N. 1°. reperitur *ex. gr.* $f=\frac{1}{8}t+\frac{1}{8}u+\frac{1}{4}x+\frac{1}{2}y$. Nam collusor F certabit vel cum collusore A, vel B, vel C, vel D, vel E: ut primum vel secundum contingat, oportet ut vel A vel B quater successive victor existat, cujus eventus probabilitas est $\frac{2}{16}$ seu $\frac{1}{8}$: Ut tertium contingat oportet ut C ter victor existat, cujus eventus probabilitas est etiam $\frac{1}{8}$: Ut quartum contingat oportet ut D bis successive vincat, quod probabilitatem habet $\frac{1}{4}$; Ut quintum contingat, oportet ut E semel vincat, cujus eventus probabilitas est $\frac{1}{2}$; ergo lusoris F probabilitas vincendi est $=\frac{1}{8}t+\frac{1}{8}u+\frac{1}{4}x+\frac{1}{2}y$. Sic inter æquationes N°. 2. est *ex. gr.* $x=\frac{1}{2}l+\frac{1}{4}+\frac{1}{8}+\frac{1}{16}+\cdots\frac{1}{2^n}\times h+\frac{1}{2^n}\times 1$. Collusor enim qui certat cum adversario qui jam bis successive victor extitit, vincere potest vel omnes collusores, vel aliquos, vel nullum. Prioris eventus probabilitas est $\frac{1}{2^n}$, secundi $\frac{1}{4}+\frac{1}{8}+\frac{1}{16}+\ldots\frac{1}{2^n}$, & tertii $\frac{1}{2}$;

si

si primus eventus contingat, probabilitas vincendi evadit certitudo integra seu 1; si secundus, exit e ludo relinquens collusorem qui semel vicit; si tertius, exit e ludo relinquens collusorem qui ter successive vicit; adeoque sors ejus totalis est $\frac{1}{2} \times l + \frac{1}{4} + \frac{1}{8} + \frac{1}{16} \ldots \frac{1}{2^n} \times b + \frac{1}{2^n} \times 1$.
Simili ratiocinio inveniuntur æquationes N°. 3. Collusor enim qui victus ab adversario exit e ludo, relinquens *ex. gr.* collusorem unius tantum ludi victorem, acquirit sortem vel ipsius *C*, vel ipsius *D*, vel ipsius *E*, vel ipsius *F*, *&c.* prout adversarius a quo victus est vincit vel omnes collusores præter unum, vel omnes præter duos, vel omnes præter tres, *&c.* unde sequitur quod $b = \frac{1}{2^{n-1}} \times c + \frac{1}{2^{n-2}} \times d + \frac{1}{2^{n-3}} \times e + \frac{1}{2^{n-4}} \times f +$ *&c.* Æquationes N°. 4. inveniuntur subtrahendo æquationes N°. 2. ab invicem: & æquationes N°. 5. subtrahendo æquationes N°. 3. ab invicem. Æquationes N°. 6. inveniuntur substituendo in æquationibus N°. 4. valores inventos per æquationes N°. 5. Æquationes No. 7. inveniuntur quærendo valores ipsarum $z, y, x, u,$ *&c* per æquationes N°. 1. Et his valoribus substitutis in æquationibus N° 4. habebuntur æquationes N°. 8. quæ comparatæ cum æquationibus N°. 6. dant æquationes N°. 9. ex quibus sequitur quod $1 + 2^n : 2^n :: a : c :: c : d :: d : e,$ *&c. Q. E. D.*

Corollarium. Hinc facile inveniuntur probabilitates vincendi singulorum Collusorum, quas habent tum ante ludum inceptum, tum in quolibet statu in quem ludum prosequendo pervenire possunt. Si sint, *ex. gr.* tres collusores *A*, *B*, *C*, erit $n = 2$, & $1 + 2^n : 2^n :: 5 : 4 :: a : c$: id est, probabilitates vincendi ipsorum *A*, *B*, *C*, antequam *A* vicerit *B*, vel *B* vicerit *A*, se habent ut numeri 5, 5, 4, adeoque ipsæ probabilitates sunt $\frac{5}{14}, \frac{5}{14}, \frac{4}{14}$: omnes enim simul sumptæ facere debent 1 seu certitudinem integram. Postquam *A* vicerit *B*, probabilitates vincendi ipsorum *B*, *C*, *A*, erunt *b*, *y* seu *c*, & (quia *A* æqualem habet expectationem ad victoriam, & ad sortem ipsius *B* obtinendam) $\frac{1+b}{2}$ respective, *hoc est*, quia per æq. 1. N°. 3. $b = \frac{1}{2^{n-1}} \times c = \frac{1}{2} c$, & $c = \frac{4}{14} = \frac{2}{7}$ ut modo inventum, hæ probabilitates erunt $\frac{1}{7}, \frac{2}{7}, \frac{4}{7}$, ut D. *de Moivre* invenit Coroll. 1. Prob 15. * pag. 242. * *supr.* p. 207.

Si sint quatuor collusores *A*, *B*, *C*, *D*, erit $n = 3$, & $1 + 2^n. 2^n :: 9, 8$, adeoque probabilitates collusorum ab initio ludi erunt ut 9, 9, 8, $\frac{8 \times 8}{9}$, sive ut 81, 81, 72, 64, *hoc est*, ipsæ *a*, *a*, *c*, *d*, erunt $\frac{81}{298}, \frac{81}{298}, \frac{72}{298}$ & $\frac{64}{298}$. Postquam *A* vicerit *B*, probabilitates ipsorum *B*, *D*, *C*, *A*, erunt *b*, *d*, *c*, $1 + 3b$

$\frac{1+3b}{4}$, eſt autem per æq. 1. No. 3. $b = \frac{1}{2^{n-1}} \times c + \frac{1}{2^{n-2}} \times d = \frac{1}{4}c + \frac{1}{2}d$, $c = \frac{72}{298} = \frac{36}{149}$, & $d = \frac{64}{298} = \frac{32}{149}$, ut modo inventum: ergo hæ probabilitates erunt $\frac{25}{149}$, $\frac{32}{149}$, $\frac{36}{149}$, $\frac{56}{149}$ reſpectivè. Poſtquam *A* vicerit *B* & *C*, probabilitates vincendi ipſorum *C*, *B*, *D*, *A*, erunt k, $\frac{c}{2}$, x, $\frac{1+b}{2}$, ſeu (quia per æq. 2. No. 3. $k = \frac{1}{2^{n-2}} \times d = \frac{1}{2}d$, & per æq. 3. No. 7. $x = 2d - c$) $\frac{16}{149}$, $\frac{18}{149}$, $\frac{28}{149}$, $\frac{87}{149}$. Et nota quod calculi bonitas confirmetur ex eo, quod ſummæ harum probabilitatum, *hoc eſt*, $\frac{1}{7} + \frac{2}{7} + \frac{4}{7}$ in priori exemplo, & $\frac{25}{149} + \frac{32}{149} + \frac{36}{149} + \frac{56}{149}$, nec non $\frac{16}{149} + \frac{18}{149} + \frac{28}{149} + \frac{87}{149}$ in poſteriori exemplo, ſingulæ ſint $= 1$ ſeu certitudini integræ.

Theorema 2. Poſitis quæ prius & inſuper hac conditione, ut victus ſemper mulctetur ſumma p, quæ depoſito augendo inſerviat; quod depoſitum ſic gradatim auctum illi ſoli cedat, qui omnium ſucceſſive colluſorum victor extiterit; denotatis etiam ut antea per literas minuſculas a, c, d, e, &c. probabilitatibus vincendi ipſorum *A* (vel *B*), *C*, *D*, *E*, &c. reſpectivè: per eaſdem vero literas majuſculas *A*, *C*, *D*, *E*, &c. ipſorum *A* (vel *B*), *C*, *D*, *E*, &c. expectationibus, *hoc eſt*, portionibus depoſiti quas ſinguli expectant: Dico, fore ſemper $C = \frac{\overline{A+ap} \times 2^n - ncp}{1+2^n}$, $D = \frac{\overline{C+cp} \times 2^n - ndp}{1+2^n}$, $E = \frac{\overline{D+dp} \times 2^n - nep}{1+2^n}$, &c.

Demonſtratio. Denotetur ut prius per literas minuſculas z, y, x, u, t, &c. probabilitas vincendi ludentis cum adverſario, qui jam vel nullum, vel unum, vel duos, &c. colluſores ſucceſſive vicit; per eaſdem vero literas majuſculas *Z*, *Y*, *X*, *U*, *T*, &c. ejus expectatio, quam ſcil. habet diverſis illis caſibus, depoſito exiſtente $n+1$, $n+1+p$, $n+1+2p$, $n+1+3p$, &c. reſpectivè. Sic etiam per literas minuſculas h, k, l, m, &c. denotetur probabilitas vincendi luſoris victi ab adverſario, qui antea vel nullum, vel unum, vel duos, &c. colluſores ſucceſſive vicerat; quemadmodum per literas majuſculas *H*, *K*, *L*, *M*, &c. ejuſdem expectatio diverſis illis caſibus, depoſito exiſtente $n+1+p$, $n+1+2p$, $n+1+3p$, &c. reſpectivè. His poſitis, iiſdem quibus antea ratiociniis inveniuntur ſequentes duodecim æquationum ſeries in *Tab.* II. ſignatæ No. 1. No. 2.

No. 3.

N°. 3. &c. Inter æquationes N°. 1. *ex. gr.* eſt $E = \frac{U}{4} + \frac{X + xp}{4} + \frac{Y + 2yp}{2}$. Luſor enim E ludet vel cum luſore A, vel luſore B, vel C, vel D. Si ludit cum A vel B, expectatio ejus erit $= U$, quia ludit cum adverſario qui jam tres adverſarios vicit, depoſito exiſtente $n + 1 + 3p$. Si ludit cum luſore C, expectatio ejus erit $= X + xp$, ludit enim cum adverſario qui jam duos colluſores vicit, adeoque ſi depoſitum eſſet $n + 1 + 2p$ ejus expectatio eſſet $= X$: verum quia ludente E depoſitum eſt $= n + 1 + 3p$, ob tres colluſores victos & ſumma p mulctatos, addenda eſt expectationi X portio illa mulctæ unius p, quam luſor E ſperare poteſt: eſt autem hæc portio (quia probabilitas ejus vincendi eſt x) $= xp$, ejus igitur expectatio totalis tunc erit $= X + xp$. Sic ſi ludit cum luſore D, expectatio ejus erit $= Y + 2yp$: additur ad Y (quæ eſſet ejus expectatio depoſito exiſtente $n + 1 + p$) portio $2yp$, quæ ipſi debetur de duabus mulctis $2p$, quibus depoſitum $n + 1 + 3p$ majus eſt quam $n + 1 + p$. Simili modo habentur æquationes N°. 2, 3, 4 & 5. Subſtituendo autem primam æquationem N°. 2 *Tab.* I. in æquationibus N°. 4. habentur æquationes N°. 6. Et ſubſtituendo primam æquationem N°. 3. *Tab.* I. in æquationibus N°. 5. habentur æquationes N°. 7. quibus dein in æquationibus N°. 6. ſubſtitutis habentur æquationes N°. 8. Æquationes N°. 9. inveniuntur quærendo valores ipſarum Z, Y, X, U, &c. per æquationes N°. 1. *Tab.* I. & II. vel N°. 2. *Tab.* II. & N°. 7. *Tab.* I. Et his valoribus ſubſtitutis in æquationibus N°. 4. habentur æquationes N°. 10. Quæ comparatæ cum æquationibus N°. 8. (in quibus pro z ſubſtitnatur a, per 1. æq. *Tab.* I.) dant æquationes N°. 11. Et hæ æquationes No. 11. comparatæ cum æquationibus N°. 9. *Tab.* I. dant æquationes N°. 12. quæ conſtituunt Theorema, quod demonſtrandum erat.

Corollarium. Hinc quoque facile inveniuntur ſingulorum Colluſorum ſortes ſeu expectationes, ipſorumque adeo lucra vel damna. Sint *ex. gr.* tres colluſores A, B, C: erit $C = \frac{\overline{A + ap} \times 2^n - ncp}{1 + 2^n} =$ (ob $n = 2$) $\frac{4A + 4ap - 2cp}{5} =$ (ob $a = \frac{5}{14}$ & $c = \frac{2}{7}$ per Corollarium Theor. 1.) $\frac{4A + \frac{6}{7}p}{5}$. Unde cum omnium trium expectationes ſimul ſumptæ, *id eſt*, $A + A + C$ æquare debeant id quod ab initio depoſitum fuit, *id eſt* 3, erit $2A + \frac{4A + \frac{6}{7}p}{5} = \frac{14A + \frac{6}{7}p}{5} = 3$, & $14A = 15 - \frac{6}{7}p$, & $A = 15 - \frac{6}{7}p$, & $A = \frac{15}{14} - \frac{3}{49}p =$ expectationi luſoris A vel B: proinde C expectatio luſoris tertii $C = \frac{4A + \frac{6}{7}p}{5} = \frac{6}{7} + \frac{6}{49}p$. A quibus expectationibus ſi ſubtrahatur 1, id quod ab initio ſinguli depoſuerunt, remanebit

bit ibi $\frac{1}{14} - \frac{3}{49}p$, hic $\frac{6}{49}p - \frac{1}{7}$; quemadmodum D. *de Moivre* invenit.

Exempl. 2. Sint collusores 4, A, B, C, D, erit $C = \frac{\overline{A+ap} \times 2^n - ncp}{1+2^n}$ $= (\text{ob } n = 3)\ \frac{8A + 8ap - 3cp}{9} = (\text{ob } a = \frac{81}{298}\ \&\ c = \frac{36}{149}$, per Coroll. Theorema 1.) $\frac{8A + \frac{216}{149}p}{9}$; item $D = \frac{\overline{C+cp} \times 2^n - ndp}{1+2^n} =$ $\frac{8C + 8cp - 3dp}{9} = (\text{ob } d = \frac{32}{149}$ per id. corr.) $\frac{8C + \frac{192}{149}p}{9} =$ $\frac{64A + \frac{3456}{149}p}{81}$: unde habebitur æquatio $2A + C + D = 2A +$ $\frac{8A + \frac{216}{149}p}{9} + \frac{64A + \frac{3456}{149}p}{9} = \frac{298A + \frac{5400}{149}p}{81} = 4$, sive $149A +$ $\frac{2700}{149}p = 162$, & $A = \frac{162}{149} - \frac{2700}{22201}p$. Hinc $C = \frac{8A + \frac{216}{149}p}{9} = \frac{144}{149}$ $+ \frac{1176}{22201}p$, & $D = \frac{64A + \frac{3456}{149}p}{81} = \frac{128}{149} + \frac{4224}{22201}p$. Subtracta autem unitate 1, quam singuli ab initio ludi deposuerunt, remanebit $\frac{13}{149}$ $- \frac{2700}{22201}p$ pro lusore A vel B, $\frac{1176}{22201}p - \frac{5}{149}$ pro C, & $\frac{4224}{22201}p - \frac{21}{149}$ pro D; quæ singula indigitabunt lucrum vel damnum, prout pars affirmata præpollet negatæ, vel contra. Simili ratione habebuntur etiam sortes quas acquirunt in quolibet statu in quem ludum prosequendo pervenire possunt.

Theorema 3. Positis quæ prius, si adsint spectatores Q, R, S, T, U, *&c.* quorum numerus sit n unitate minor quam numerus collusorum, quorumque prior Q affirmet certamen finitum iri post $n+p$ ludos peractos, R post $n+p-1$, S post $n+p-2$, T post $n+p-3$, U post $n+p-4$, *&c.* præcise, non antea; sintque q, r, s, t, u, *&c.* sortes ipsorum Q, R, S, T, U, *&c.* Dico fore $q = \frac{1}{2}r + \frac{1}{4}s + \frac{1}{8}t + \frac{1}{16}u +$ *&c.*

Demonstratio. Vocetur A collusor ille, qui post $n+p$ ludos vincere supponitur: hic intrare debet in ludum post p ludos peractos, & tum ludet contra adversarium, qui jam vel unum vel duos, vel tres, *&c.* collusores successive vicit. Jam cum, ut primus casus contingat, & ut collusor A omnes suos collusores præter unum, *id est*, $n-1$ collusores successive vincat, æque probabile sit quam ut adversarius ejus vincat $n-1$ collusores, *id est*, (quia jam unius collusoris victor fuit) ut certamen finiat post $n+p-1$ ludos peractos, hujusque eventus probabilitas sit $= r$: erit probabilitas ut collusor A unum adhuc collusorem vincat, *id est*, certamen

tamen finiat poſt $n+p$ ludos $= \frac{1}{2}r$. Sic, ut ſecundus caſus exiſtat, & ut *A* omnes colluſores præter duos vincat, æque probabile eſt quam ut certamen finiatur poſt $n+p-2$ ludos, adeoque ut tunc *A* vincat adhuc duos colluſores, *id eſt*, ut certamen finiat poſt $n+p$ ludos, probabilitas erit $= \frac{1}{4}s$. Eodem modo ut, tertio caſu exiſtente, *A* vincat omnes colluſores, probabilitas eſt $= \frac{1}{8}t$; ut quarto $= \frac{1}{16}u$, *&c.* Quare ut indifferenter certamen finiatur poſt $n+p$ ludos, probabilitas eſt $\frac{1}{2}r + \frac{1}{4}s + \frac{1}{8}t + \frac{1}{16}u +$ *&c.* $= q$. *Q. E. D.*

Corollarium 1. Facile hinc invenitur quænam ſit probabilitas ut certamen finiatur intra datum quemvis ludorum numerum. Series enim fractionum incipientium a fractione $\frac{1}{2^{n-1}}$, quarum denominatores creſcant in continua proportione dupla, numerator autem cujuſque fractionis ſit ſumma numeratorum tot fractionum immediate præcedentium quot ſunt unitates in $n-1$, dabit omnes ſucceſſive probabilitates, ut certamen finiatur peractis præciſe n, $n+1$, $n+2$, $n+3$, *&c.* ludis: & per conſequens ſi addantur tot termini hujus ſeriei quot ſunt unitates in $p+1$, ſumma ipſorum exprimet probabilitatem ut certamen finiatur ad minimum ludis $n+p$ peractis. *Ex. gr.* Si ſint colluſores 4, adeoque $n=3$, habebitur hæc ſeries $\frac{1}{4}$, $\frac{1}{8}$, $\frac{2}{16}$, $\frac{3}{32}$, $\frac{5}{64}$, $\frac{8}{128}$, $\frac{13}{256}$, $\frac{21}{512}$ *&c.* E qua ſi fiat alia $\frac{1}{4}$, $\frac{3}{8}$, $\frac{8}{16}$, $\frac{19}{32}$, $\frac{43}{64}$, $\frac{94}{128}$, $\frac{201}{256}$, *&c.* cujus termini ſint ſummæ terminorum præcedentis ſeriei, denotabunt iidem termini qualis ſit probabilitas ut certamen finiatur ad minimum 3, 4, 5, 6, *&c.* ludis.

Corollarium 2. Poteſt terminus quicunque prioris ſeriei (excepto primo termino,) ut & ſumma omnium terminorum, *id eſt*, terminus quicunque poſterioris ſeriei, per formulam generalem exprimi hoc modo. Si $n+1$ ſit numerus colluſorum, & p ſit numerus terminorum, erit ultimus terminus prioris ſeriei $\frac{1}{2^n} - \frac{p-n+1}{1 \times 2^{2n}} + \frac{\overline{p-2n} \times \overline{p-2n+3}}{1 \times 2 \times 2^{3n}} -$

$$\frac{\overline{p-3n} \times \overline{p-3n+1} \times \overline{p-3n+5}}{1 \times 2 \times 3 \times 2^{4n}} +$$

$$\frac{\overline{p-4n} \times \overline{p-4n+1} \times \overline{p-4n+2} \times \overline{p-4n+7}}{1 \times 2 \times 3 \times 4 \times 2^{5n}}, - \text{\&c.}$$ Et ſumma omnium terminorum ſive ultimus terminus poſterioris ſeriei $= \frac{p+1}{1 \times 2^n} -$

 $p-n$

$$\frac{\overline{p-n}\times\overline{p-n+3}}{1\times2\times2^{2n}}+\frac{\overline{p-2n}\times\overline{p-2n+1}\times\overline{p-2n+5}}{1\times2\times3\times2^{3n}}-$$
$$\frac{\overline{p-3n}\times\overline{p-3n+1}\times\overline{p-3n+2}\times\overline{p-3n+7}}{1\times2\times3\times4\times2^{4n}}+\&c.$$

Tabula I.

Intrat.		Exit.		No. 1.
	Sors		Sors	$a=z$
0	z	1	b	$c=y$
1	y	2	k	$d=\frac{1}{2}x+\frac{1}{2}y$
2	x	3	l	$e=\frac{1}{4}u+\frac{1}{4}x+\frac{1}{2}y$
3	u	4	m	$f=\frac{1}{8}t+\frac{1}{8}u+\frac{1}{4}x+\frac{1}{2}y$
4	t			

No. 2.

$$z=\frac{1}{2}+\overline{\frac{1}{4}+\frac{1}{8}+\frac{1}{16}+\ldots\frac{1}{2^n}}\times b+\frac{1}{2^n}\times 1$$

$$y=\frac{1}{2}k+\overline{\frac{1}{4}+\frac{1}{8}+\frac{1}{16}+\ldots\frac{1}{2^n}}\times b+\frac{1}{2^n}\times 1.$$

$$x=\frac{1}{2}l+\overline{\frac{1}{4}+\frac{1}{8}+\frac{1}{16}+\ldots\frac{1}{2^n}}\times b+\frac{1}{2^n}\times 1$$

$$u=\frac{1}{2}m+\overline{\frac{1}{4}+\frac{1}{8}+\frac{1}{16}+\ldots\frac{1}{2^n}}\times b+\frac{1}{2^n}\times 1.$$

No. 3.

$$b=\frac{1}{2^{n-1}}\times c+\frac{1}{2^{n-2}}\times d+\frac{1}{2^{n-3}}\times e+\frac{1}{2^{n-4}}\times f+\ldots$$

$$k=\frac{1}{2^{n-2}}\times d+\frac{1}{2^{n-3}}\times e+\frac{1}{2^{n-4}}\times f+\ldots$$

$$l=\frac{1}{2^{n-3}}\times e+\frac{1}{2^{n-4}}\times f+\ldots$$

$$m=\frac{1}{2^{n-4}}\times f+\ldots$$

No. 4.	No. 6.	No. 8.
$z-y=\frac{1}{2}b-\frac{1}{2}k$	$=\frac{1}{2^n}\times c$	$=a-c$
$y-x=\frac{1}{2}k-\frac{1}{2}l$	$=\frac{1}{2^{n-1}}\times d$	$=2c-2d$
$x-u=\frac{1}{2}l-\frac{1}{2}m$	$=\frac{1}{2^{n-2}}\times e$	$=4d-4e$

No. 5.

Tabula II

Intrat. Depositum		Sors	*Exit.* Depositum		Sors	Deposit.
$n+1$	0	Z	$n+1+p$	1	H	$n+1+$
$n+1+p$	1	Y	$n+1+2p$	2	K	$n+1+p$
$n+1+2p$	2	X	$n+1+3p$	3	L	$n+1+2p$
$n+1+3p$	3	V	$n+1+4p$	4	M	$n+1+3p$
$n+1+4p$	4	T				$n+1+4p$

N° 1

$A=Z$

$C=Y$

$D=\frac{1}{2}X+\frac{1}{2}\times\overline{Y+yp}$

$E=\frac{1}{4}V+\frac{1}{4}\times\overline{X+xp}+\frac{1}{2}\times\overline{Y+2yp}$

$F=\frac{1}{8}T+\frac{1}{8}\times\overline{V+up}+\frac{1}{4}\times\overline{X+2xp}+\frac{1}{2}\times\overline{Y+3\ldots}$

N° 2

$$Z=\tfrac{1}{2}\times\overline{H-p}+\tfrac{1}{4}\times\overline{H-p+hp}+\tfrac{1}{8}\times\overline{H-p+2hp}+\tfrac{1}{16}\times\overline{H-p+3hp}+\cdots\tfrac{1}{2^n}\times\overline{H-p+nhp-hp}+\tfrac{1}{2^n}\times\overline{np+n+1}$$

$$Y=\tfrac{1}{2}\times\overline{K-p}+\tfrac{1}{4}\times\overline{H-p+2hp}+\tfrac{1}{8}\times\overline{H-p+3hp}+\tfrac{1}{16}\times\overline{H-p+4hp}+\cdots\tfrac{1}{2^n}\times\overline{H-p+nhp}+\tfrac{1}{2^n}\times\overline{np+p+n+1}$$

$$X=\tfrac{1}{2}\times\overline{L-p}+\tfrac{1}{4}\times\overline{H-p+3hp}+\tfrac{1}{8}\times\overline{H-p+4hp}+\tfrac{1}{16}\times\overline{H-p+5hp}+\cdots\tfrac{1}{2^n}\times\overline{H-p+nhp+hp}+\tfrac{1}{2^n}\times\overline{np+2p+n+1}$$

$$V=\tfrac{1}{2}\times\overline{M-p}+\tfrac{1}{4}\times\overline{H-p+4hp}+\tfrac{1}{8}\times\overline{H-p+5hp}+\tfrac{1}{16}\times\overline{H-p+6hp}+\cdots\tfrac{1}{2^n}\times\overline{H-p+nhp+hp}+\tfrac{1}{2^n}\times\overline{np+3p+n+1}$$

N° 3

$$H=\tfrac{1}{2^{n-1}}\times\overline{C+ncp-cp}+\tfrac{1}{2^{n-2}}\times\overline{D+ndp-2dp}+\tfrac{1}{2^{n-3}}\times\overline{E+nep-3ep}+\tfrac{1}{2^{n-4}}\times\overline{F+nfp-4fp}+$$

$$K=\tfrac{1}{2^{n-2}}\times\overline{D+ndp-dp}+\tfrac{1}{2^{n-3}}\times\overline{E+nep-2ep}+\tfrac{1}{2^{n-4}}\times\overline{F+nfp-3fp}+\cdots$$

$$L=\tfrac{1}{2^{n-3}}\times\overline{E+nep-ep}+\tfrac{1}{2^{n-4}}\times\overline{F+nfp-2fp}+\cdots$$

$$M=\tfrac{1}{2^{n-4}}\times\overline{F+nfp-fp}+\cdots$$

N° 4 — N° 6 — N° 8

$$Y-Z=\tfrac{1}{2}K-\tfrac{1}{2}H+\tfrac{1}{4}hp+\tfrac{1}{8}hp+\tfrac{1}{16}hp+\cdots\tfrac{1}{2^n}\times hp=\tfrac{1}{2}K-\tfrac{1}{2}H+zp-\tfrac{1}{2}hp=-\tfrac{1}{2^{n-0}}\times C-\tfrac{ncp}{2^n}+zp$$

$$X-Y=\tfrac{1}{2}L-\tfrac{1}{2}K+\tfrac{1}{4}hp+\tfrac{1}{8}hp+\tfrac{1}{16}hp+\cdots\tfrac{1}{2^n}\times hp=\tfrac{1}{2}L-\tfrac{1}{2}K+zp-\tfrac{1}{2}hp=-\tfrac{1}{2^{n-1}}\times D-\tfrac{ndp}{2^{n-1}}-\tfrac{cp}{2^n}+\ldots$$

$$V-X=\tfrac{1}{2}M-\tfrac{1}{2}L+\tfrac{1}{4}hp+\tfrac{1}{8}hp+\tfrac{1}{16}hp+\cdots\tfrac{1}{2^n}\times hp=\tfrac{1}{2}M-\tfrac{1}{2}L+zp-\tfrac{1}{2}hp=-\tfrac{1}{2^{n-2}}\times E-\tfrac{nep}{2^{n-2}}-\tfrac{dp}{2^{n-1}}\ldots$$

N° 5 — N° 7

$$K-H=-\tfrac{1}{2^{n-1}}\times\overline{C+ncp-cp}+\tfrac{1}{2^{n-2}}\times dp+\tfrac{1}{2^{n-3}}\times ep+\tfrac{1}{2^{n-4}}\times fp+\cdots=-\tfrac{1}{2^{n-1}}\times C-\tfrac{ncp}{2^{n-1}}+hp$$

$$L-K=-\tfrac{1}{2^{n-2}}\times\overline{D+ndp-dp}+\tfrac{1}{2^{n-3}}\times ep+\tfrac{1}{2^{n-4}}\times fp+\cdots=-\tfrac{1}{2^{n-2}}\times D-\tfrac{ndp}{2^{n-2}}-\tfrac{cp}{2^{n-1}}+hp$$

$$M-L=-\tfrac{1}{2^{n-3}}\times\overline{E+nep-ep}+\tfrac{1}{2^{n-4}}\times fp+\cdots=-\tfrac{1}{2^{n-3}}\times E-\tfrac{nep}{2^{n-3}}-\tfrac{dp}{2^{n-2}}-\tfrac{cp}{2^{n-1}}+hp$$

N° 9.

$Z=A$

$Y=C$

$X=2D-C-cp$

$V=4E-2D-C-2dp-2cp$

N° 10 — N° 8

$$C-A=Y-Z=-\tfrac{1}{2^n}\times C-\tfrac{ncp}{2^n}+zp$$

$$2D-2C-cp=X-Y=-\tfrac{1}{2^{n-1}}\times D-\tfrac{ndp}{2^{n-1}}-\tfrac{cp}{2^n}+zp$$

$$4E-4D-2dp-cp=V-X=-\tfrac{1}{2^{n-2}}\times E-\tfrac{nep}{2^{n-2}}-\tfrac{dp}{2^{n-1}}-\tfrac{cp}{2^n}+zp$$

N° 11 — N° 12

$$C=\frac{A\times 2^n+ap\times 2^n-ncp}{1+2^n}=\frac{\overline{A+ap}\times 2^n-ncp}{1+2^n}$$

$$D=\frac{C\times 2^n+cp\times\overline{2^{n-1}-\tfrac{1}{2}}+ap\times 2^{n-1}-ndp}{1+2^n}=\frac{\overline{C+cp}\times 2^n-ndp}{1+2^n}$$

$$E=\frac{D\times 2^n+dp\times\overline{2^{n-1}-\tfrac{1}{2}}+cp\times\overline{2^{n-2}-\tfrac{1}{4}}+ap\times 2^{n-2}-nep}{1+2^n}=\frac{\overline{D+dp}\times 2^n-nep}{1+2^n}$$

I. Senex sc.

No. 5.	No. 7.	No. 9.
$h - k = \frac{1}{2^n - 1} \times c$	$z = a$ $y = c$	$c = a \times \frac{2^n}{1 + 2^n}$
$k - l = \frac{1}{2^n - 2} \times d$	$x = 2d - y = 2d - c$ $u = 4e - x - 2y = 4e - 2d - e$	$d = c \times \frac{2^n}{1 + 2^n}$
$l - m = \frac{1}{2^n - 3} \times e$		$e = d \times \frac{2^n}{1 + 2^n}$

Corollarium 3. Poteſt quis, priuſquam ludus inchoetur, in ſe ſuſcipere, ut ſummam $n+1$ de qua colluſores contendunt, & mulctas omnes pendat, ſi ſibi initio in manus datum ſit $n + 1 + 2^n - 1 \times p$.

Demonſtrationem duorum præcedentium corollariorum curioſis indagandam relinquo.

3. *Deſignationes.* Si B & C colluſores duo ſimul certent; ad deſignandum B victorem eſſe, C victum, ſcribatur BC; atque viciſſim ad deſignandum C victorem eſſe, B victum; ſcribatur CB: & ſic de cæteris.

Another general Solution by Combinations and infinite Series's. by Mr. De Moivre, *ib. p.* 145.

Ponatur 1° B vincere A, certamenque concludi tribus ludis

$$\left.\begin{array}{l} BA \\ \hline BC \\ BD \end{array}\right\} \text{Sic patet } B \text{ victorem neceſſario evadere.}$$

Ponatur 2° B vincere A, certamenque concludi quatuor ludis

$$\left.\begin{array}{l} BA \\ \hline CB \\ CD \\ CA \end{array}\right\} \text{Sic patet } C \text{ victorem neceſſario evadere.}$$

Ponatur 3° B vincere A, certamenque concludi quinque ludis

$$\left.\begin{array}{ll} BA & BA \\ \hline CB* & BC \\ DC & DB \\ DA & DA \\ DB & DC \end{array}\right\} \text{Sic patet } D \text{ victorem neceſſario evadere, idque duplici modo.}$$

Ponatur 4° B prima vice vincere A, certamenque concludi ſex ludis

$$\left.\begin{array}{lll} BA & BA & BA \\ \hline CB & CB* & BC \\ DC* & CD* & DB \\ AD & AC & AC \\ AB & AB & AD \\ AC & AD & AB \end{array}\right| \text{Sic patet } A \text{ victorem neceſſario evadere, idque triplici modo.}$$

Pona-

Ponatur 5° certamen concludi ſeptem ludis, ponaturque ſemper *B* prima vice vincere ipſum *A*.

B A	*B A*	*B A*	*B A*	*B A*	
C B	*C B*	*C B**	*B C*	*B C*	
D C	*D C**	*C D*	*D B*	*D B*	
*A D**	*D A*	*A C*	*A D**	*D A*	Sic patet *B* vel *C* neceſſario victores evadere, *B* triplici modo, *C* duplici.
B A	*B D*	*B A*	*C A*	*C D*	
B C	*B C*	*B D*	*C B*	*C B*	
B D	*B A*	*B C*	*C D*	*C A*	

Ponatur 6° certamen concludi octo ludis,

B A	*B A*	*B A*	*B A*	*B A*	*B A*	*B A*	*B A*
C B	*C B*	*C B*	*C B*	*C B**	*B C*	*B C*	*B C*
D C	*D C*	*D C**	*C D*	*C D*	*D B*	*D B*	*D B*
A D	*A D**	*D A*	*A C*	*A C*	*A D*	*A D**	*D A*
*B A**	*A B*	*B D*	*B A**	*A B*	*C A**	*A C*	*C D*
C B	*C A*	*C B*	*D B*	*D A*	*B C*	*B A*	*B C*
C D	*C D*	*C A*	*D C*	*D B*	*B D*	*B D*	*B A*
C A	*C B*	*C D*	*D A*	*D C*	*B A*	*B C*	*B D*

Sic patet *C* victorem evadere triplici, *D* duplici, *B* triplici modo, *&c.*

Nunc ordine ſcribantur literæ quibus victores deſignantur.

3, | 1 *B*
4, | 1 *C*
5, | 2 *D*
6, | 3 *A*
7, | 3 *B* + 2 *C*
8, | 3 *C* + 2 *D* + 3 *B*
9, | 3 *D* + 2 *A* + 3 *C* + 3 *D* + 2 *A*
10, | 3 *A* + 2 *B* + 3 *D* + 3 *A* + 2 *B* + 3 *A* + 2 *C* + 3 *D*.
&c.

Perſpecta illarum formatione, patebit 1° literam *B* in ordine aliquo ſemper toties reperiri, quoties *A* in ordine ultimo & penultimo reperitur: 2° *C* in ordine aliquo toties reperiri quoties *B* in ordine ultimo & *D* in penultimo reperiuntur: 3° *D* in ordine aliquo toties reperiri quoties *C* in ultimo & *B* in penultimo: 4° *A* in ordine aliquo ſemper toties reperiri quoties *D* in ordine ultimo & *C* in penultimo reperiuntur.

Sed numerus variationum dato cuilibet ludorum numero competens, duplus eſt numeri variationum omnium dato ludorum numero unitate diminuto competentis: adeoque Probabilitas quam habet Colluſor *B* ut vincat dato ludorum numero, eſt ſubdupla probabilitatis quam habebat *A* ut vinceret dato ludorum numero minus uno; atque etiam ſubquadrupla probabilitatis quam habebat idem *A*, ut vinceret dato ludorum numero minus duobus: & ſic de cæteris.

Probabilitas

Probabilitas quam habet *C*, ut vincat dato ludorum numero, eſt ſubdupla probabilitatis quam habebat *B*, ut vinceret dato ludorum numero minus uno; atque etiam ſubquadrupla probabilitatis quam habebat *D*, ut vinceret dato ludorum numero minus duobus.

Probabilitas quam habet *D* ut vincat dato ludorum numero, eſt ſubdupla probabilitatis quam habebat *C*, ut vinceret dato ludorum numero minus uno; atque etiam ſubquadrupla probabilitatis quam habebat *B*, ut vinceret dato ludorum numero minus duobus.

Probabilitas quam habet *A* ut vincat dato ludorum numero, eſt ſubdupla probabilitatis quam habebat *D*, ut vinceret dato ludorum numero minus uno; atque etiam ſubquadrupla probabilitatis quam habebat *C* ut vinceret dato ludorum numero minus duobus.

Ex jam obſervatis facile eſt componere Tabulam Probabilitatum, quas *B*, *C*, *D*, *A* habent ut victores evadant dato ludorum numero, atque etiam illorum ſortium ſeu expectationum.

Tabula Probabilitatum, &c.

		B	C	D	A
′	3	$\frac{1}{4} \times \overline{4+3p}$			
″	4		$\frac{1}{8} \times \overline{4+4p}$		
‴	5			$\frac{2}{16} \times \overline{4+5p}$	
⁗	6				$\frac{3}{32} \times \overline{4+6p}$
v	7	$\frac{3}{64} \times \overline{4+7p}$	$\frac{2}{64} \times \overline{4+7p}$		
v′	8	$\frac{3}{128} \times \overline{4+8p}$	$\frac{3}{128} \times \overline{4+8p}$	$\frac{2}{128} \times \overline{4+8p}$	
v″	9		$\frac{3}{256} \times \overline{4+9p}$	$\frac{6}{256} \times \overline{4+9p}$	$\frac{4}{256} \times \overline{4+9p}$
v‴	10	$\frac{4}{512} \times \overline{4+10p}$	$\frac{2}{512} \times \overline{4+10p}$	$\frac{6}{512} \times \overline{4+10p}$	$\frac{9}{512} \times \overline{4+10p}$
′x	11	$\frac{13}{1024} \times \overline{4+11p}$	$\frac{10}{1024} \times \overline{4+11p}$	$\frac{2}{1024} \times \overline{4+11p}$	$\frac{9}{1024} \times \overline{4+11p}$
x	12	$\frac{18}{2048} \times \overline{4+12p}$	$\frac{19}{2048} \times \overline{4+12p}$	$\frac{14}{2048} \times \overline{4+12p}$	$\frac{4}{2048} \times \overline{4+12p}$
		&c.		&c.	&c.

Jam vero Series iſtæ ſunt convergentes, adeoque ſingulæ ſummari poſſunt per vulgarem Arithmeticam; & obtinebuntur vel ſummæ accuratæ ſi poſſint, vel ſaltem approximatæ, ſi non liceat terminos multos adhibere.

Invenire

Invenire summas Probabilitatum ad infinitum usque pergentium, quas Collusores habent ut victores evadant.

Sint Probabilitates omnes ipsius B ad infinitum, nempe

$$B' + B'' + B''' + B'''' + B^{v} + B^{vi}, \text{ \&c.} = y$$

Probabilitates ipsius C

$$C' + C'' + C''' + C'''' + C^{v} + C^{vi}, \text{ \&c.} = z$$

Probabilitates ipsius D

$$D' + D'' + D''' + D'''' + D^{v} + D^{vi}, \text{ \&c.} = v$$

Probabilitates ipsius A

$$A' + A'' + A''' + A'''' + A^{v} + A^{vi}, \text{ \&c.} = x$$

Scribantur autem in Scala perpendiculariter descendente, ad hunc modum.

$$\begin{aligned} B' &= B' \\ B'' &= B'' \\ B''' &= \tfrac{1}{2}A'' + \tfrac{1}{4}A' \\ B'''' &= \tfrac{1}{2}A''' + \tfrac{1}{4}A'' \\ B^{v} &= \tfrac{1}{2}A'''' + \tfrac{1}{4}A''' \qquad \text{Proinde } y = \tfrac{1}{4} + \tfrac{1}{4}x. \\ B^{vi} &= \tfrac{1}{2}A^{v} + \tfrac{1}{4}A'''' \end{aligned}$$

Ergo $y = \frac{1}{4} + \frac{1}{2}x + \frac{1}{4}x$.

Demonstratio. Etenim prima columna perpendicularis $= y$, ex Hypoth.

Est vero $A' + A'' + A''' + A'''' + A^{v}$ &c. $= x$, ex hypothesi;

Ergo $\frac{1}{2}A' + \frac{1}{2}A'' + \frac{1}{2}A''' + \frac{1}{2}A'''' + \frac{1}{2}A^{v}$ &c. $= \frac{1}{2}x$.

Proinde $\frac{1}{2}A'' + \frac{1}{2}A''' + \frac{1}{2}A'''' + \frac{1}{2}A^{v}$ &c. $= \frac{1}{2}x - \frac{1}{2}A'$.

Et $B' + B'' + \frac{1}{2}A'' + \frac{1}{2}A''' + \frac{1}{2}A''''$ &c. $= \frac{1}{2}x - \frac{1}{2}A' + B' + B''$.

Sed $\frac{1}{2}A' = 0$, $B'' = 0$ & $B' = \frac{1}{4}$, ut patet ex Tabula.

Ergo secunda columna perpendicularis $= \frac{1}{4} + \frac{1}{2}x$.

Sed tertia columna perpendicularis $= \frac{1}{4}x$.

erit igitur $y = \frac{1}{4} + \frac{3}{4}x$.

Simili modo scribantur

$$\begin{aligned} C' &= C' \\ C'' &= C'' \\ C''' &= \tfrac{1}{2}B'' + \tfrac{1}{4}D' \\ C'''' &= \tfrac{1}{2}B''' + \tfrac{1}{4}D'' \qquad \text{hoc est } z = \tfrac{1}{2}y + \tfrac{1}{4}v. \\ C^{v} &= \tfrac{1}{2}B'''' + \tfrac{1}{4}D''' \\ C^{vi} &= \tfrac{1}{2}B^{v} + \tfrac{1}{4}D'''' \\ &\text{\&c.} \end{aligned}$$

Ergo $z = \frac{1}{8} + \frac{1}{2}y - \frac{1}{8} + \frac{1}{4}v$.

Scribantur

Scribantur etiam
$$\begin{aligned}
D' &= D' \\
D'' &= D'' \\
D''' &= \tfrac{1}{2} C' + \tfrac{1}{4} B' \\
D'''' &= \tfrac{1}{2} C'' + \tfrac{1}{4} B'' \\
D^{v} &= \tfrac{1}{2} C''' + \tfrac{1}{4} B''' \\
D^{vi} &= \tfrac{1}{2} C^{v} + \tfrac{1}{4} B'''' \\
&\&c.
\end{aligned}$$
& pari Argumento patebit $v + \frac{1}{2} z + \frac{1}{4} y$

Scribantur denique
$$\begin{aligned}
A' &= A' \\
A'' &= A'' \\
A''' &= \tfrac{1}{2} D'' + \tfrac{1}{4} C' \\
A'''' &= \tfrac{1}{2} D''' + \tfrac{1}{4} C'' \\
A^{v} &= \tfrac{1}{2} D'''' + \tfrac{1}{4} C'' \\
A^{vi} &= \tfrac{1}{2} D^{v} + \tfrac{1}{4} C''' \\
&\&c.
\end{aligned}$$
Unde concludetur $x = \frac{1}{2} v + \frac{1}{4} z$.

Resolutis autem quatuor istis æquationibus, reperietur

$$B' + B'' + B''' + B'''' \ \&c. = y = \frac{56}{149}$$

$$C' + C'' + C''' + C'''' \ \&c. = z = \frac{36}{149}$$

$$D' + D'' + D''' + D'''' \ \&c. = v = \frac{32}{149}$$

$$A' + A'' + A''' + A'''' \ \&c. = x = \frac{25}{149}$$

Valoribus istis inventis, ponatur jam $\frac{56}{149} = b$, $\frac{36}{149} = c$, $\frac{32}{149} = d$, $\frac{25}{149} = a$.

Iterum sit,
$$\begin{aligned}
3B'p + 4B''p + 5B'''p + 6B''''p \ \&c. &= py. \\
3C'p + 4C''p + 5C'''p + 6C''''p \ \&c. &= pz. \\
3D'p + 4D''p + 5D'''p + 6D''''p \ \&c. &= pv. \\
3A'p + 4A''p + 5A'''p + 6A''''p \ \&c. &= px.
\end{aligned}$$

$$\begin{aligned}
3B' &= 3B' \\
4B'' &= 4B'' \\
5B''' &= \tfrac{5}{2} A'' + \tfrac{5}{4} A' \\
6B'''' &= \tfrac{6}{2} A''' + \tfrac{6}{4} A'' \\
7B^{v} &= \tfrac{7}{2} A'''' + \tfrac{7}{4} A''' \\
8B^{vi} &= \tfrac{8}{2} A^{v} + \tfrac{8}{4} A'''' \\
\text{Ergo } y &= \tfrac{3}{4} + \tfrac{3}{4} x + a
\end{aligned}$$

Etenim prima Columna perpendicularis $= y$, ex Hypothesi:

$3B' + 4B'' = \frac{3}{4}$: Nam est $B' = \frac{1}{4}$, & $B'' = 0$.

$3A' + 4A'' + 5A'''$ &c. $= x$ ex Hypothesi.

$A' + A'' + A'''$ &c. $= a$, ut repertum est.

Est

Eſt igitur $4\ A' + 5\ A'' + 6\ A''' + 7\ A''''$ &c. $= x + a$

Et $\frac{4}{2}\ A' + \frac{5}{2}\ A'' + \frac{6}{2}\ A''' + \frac{7}{2}\ A''''$ &c. $= \frac{1}{2}x + \frac{1}{2}a$.

Sed A' o

Ergo ſecunda Columna perpendicularis $= \frac{1}{4} + \frac{1}{2}x + \frac{1}{2}a$.

$$3\ A' + 4\ A'' + 5\ A''' + 6\ A'''' \text{ \&c.} = x$$
$$2\ A' + 2\ A'' + 2\ A''' + 2\ A'''' \text{ \&c.} = 2a$$

Eſt igitur $5\ A' + 6\ A'' + 7\ A''' + 8\ A''''$ &c. $= x + 2\,a$.

Et $\frac{5}{4}\ A' + \frac{6}{4}\ A'' + \frac{7}{4}\ A''' + \frac{8}{4}\ A''''$ &c. $= \frac{1}{4}x + \frac{1}{2}a$.

Eſt igitur tertia Columna perpendicularis $= \frac{1}{4}x + \frac{1}{2}a$.

Erit igitur $y = \frac{3}{4} + \frac{1}{2}x + \frac{1}{2}a + \frac{1}{4}x + \frac{1}{2}a$

ſive $y = \frac{3}{4} + \frac{3}{4}x + a$, quod erat probandum.

$$\begin{aligned}
3\ C' &= 3\ C' \\
4\ C'' &= 4\ C'' \\
5\ C''' &= \tfrac{5}{2}\ B'' + \tfrac{5}{4}\ D' \\
6\ C'''' &= \tfrac{6}{2}\ B''' + \tfrac{6}{4}\ D'' \\
7\ C^{V} &= \tfrac{7}{2}\ B'''' + \tfrac{7}{4}\ D''' \\
8\ C^{VI} &= \tfrac{8}{2}\ B^{V} + \tfrac{8}{4}\ D''''
\end{aligned}$$

&c.

Ergo $z = \frac{1}{2}y + \frac{1}{2}b + \frac{1}{4}v + \frac{1}{2}d$.

Etenim prima Columna perpendicularis $= z$, ex Hypotheſi.

$$3\ C' + 4\ C'' = \tfrac{1}{2}.$$
$$3\ B' + 4\ B'' + 5\ B''' + 6\ B'''' \text{ \&c.} = y.$$
$$B' + B'' + B''' + B'''' \text{ \&c.} = b.$$

Eſt igitur $4\ B' + 5\ B'' + 6\ B''' + 7\ B''''$ &c. $= y + b$.

Sed $4\ B' = 1$.

Ergo $5\ B'' + 6\ B''' + 7\ B''''$ &c. $= y + b - 1$.

$\frac{5}{2}\ B'' + \frac{6}{2}\ B''' + \frac{7}{2}\ B''''$ &c. $= \frac{1}{2}y + \frac{1}{2}b - \frac{1}{2}$.

Ergo ſecunda Columna perpendicularis $= \frac{1}{2} + \frac{1}{2}y + \frac{1}{2}b - \frac{1}{2} = \frac{1}{2}y + \frac{1}{2}b$.

Iterum, $3\ D' + 4\ D'' + 5\ D''' + 6\ D''''$ &c. $= v$

$2\ D' + 2\ D'' + 2\ D''' + 2\ D''''$ &c. $= 2d$

Eſt igitur $5\ D' + 6\ D'' + 7\ D''' + 8\ D''''$ &c. $= v + 2\,d$.

Et $\frac{5}{4}\ D' + \frac{6}{4}\ D'' + \frac{7}{4}\ D''' + \frac{8}{4}\ D''''$ &c. $= \frac{1}{4}v + \frac{1}{2}d$.

Ergo tertia Columna perpendicularis $= \frac{1}{4}v + \frac{1}{2}d$.

Eſt igitur $z = \frac{1}{2}y + \frac{1}{2}b + \frac{1}{4}v + \frac{1}{2}d$, quod erat probandum.

Eodem prorſus ordine ſcribantur.

$$\begin{aligned}
3\ D' &= 3\ D' \\
4\ D'' &= 4\ D'' \\
5\ D''' &= \tfrac{5}{2}\ C'' + \tfrac{5}{4}\ B' \\
6\ D'''' &= \tfrac{6}{2}\ C''' + \tfrac{6}{4}\ B'' \\
7\ D^{V} &= \tfrac{7}{2}\ C'''' + \tfrac{7}{4}\ B''' \\
8\ D^{VI} &= \tfrac{8}{2}\ C^{V} + \tfrac{8}{4}\ B''''
\end{aligned}$$

&c.

Unde $v = \frac{1}{2}z + \frac{1}{2}c + \frac{1}{4}y + \frac{1}{2}b$.

$$\begin{aligned}
3\ A' &= 3\ A' \\
4\ A'' &= 4\ A'' \\
5\ A''' &= \tfrac{5}{2}\ D'' + \tfrac{5}{4}\ C' \\
6\ A'''' &= \tfrac{6}{2}\ D''' + \tfrac{6}{4}\ C'' \\
7\ A^{V} &= \tfrac{7}{2}\ D'''' + \tfrac{7}{4}\ C''' \\
8\ A^{VI} &= \tfrac{8}{2}\ D^{V} + \tfrac{8}{4}\ C''''
\end{aligned}$$

&c.

Et $x = \frac{1}{2}v + \frac{1}{2}d + \frac{1}{4}z + \frac{1}{2}c$.

Quæ

Quæ quidem Conclufiones eodem modo demonftrantur ac fuperiores. Solutis autem quatuor iftis æquationibus, elicietur

$$y = \frac{45536}{149|^2},\ z = \frac{38724}{149|^2},\ v = \frac{37600}{149|^2},\ x = \frac{33547}{149|^2} = \frac{33547}{22201}.$$

Ergo, fi velint B, C, D, A vendere Spectatori cuidam R fummas quas finguli obtinere fperant, æquum erit ut emptor R pendat

ipfi B $\quad 4 \times \frac{56}{149} + \frac{45536}{22201}p$, $\qquad$ ipfi C $\quad 4 \times \frac{36}{149} + \frac{38724}{22201}p$.

ipfi D $\quad 4 \times \frac{32}{149} + \frac{37600}{22201}p$, $\qquad$ ipfi A $\quad 4 \times \frac{25}{149} + \frac{33547}{22201}p$.

Invenire Probabilitates quas habent B, C, D, A, *ut mulctentur, dato ludorum numero.*

Si Ludi duo tantum fint, erunt hoc modo,

$$\left.\begin{array}{cc} \underline{B\ A} & \underline{B\ A} \\ C\ B & B\ C \end{array}\right\}$$ Unde patet B vel C neceffario mulctari.

Si Ludi tres fuerint, hoc modo fe res habet,

$$\left.\begin{array}{cccc} \underline{B\ A} & \underline{B\ A} & \underline{B\ A} & \underline{B\ A} \\ C\ B & C\ B & B\ C & B\ C \\ D\ C & C\ D & D\ B & B\ D \end{array}\right\}$$ Hinc patet C, vel D vel B neceffario mulctari.

Si vero quatuor Ludi fuerint,

$$\left.\begin{array}{cccccc} \underline{B\ A} & \underline{B\ A} & \underline{B\ A} & \underline{B\ A} & \underline{B\ A} & \underline{B\ A} \\ C\ B & C\ B & C\ B & C\ B & B\ C & B\ C \\ D\ C & D\ C & C\ D & C\ D & D\ B & D\ B \\ A\ D & D\ A & A\ C & C\ A & A\ D & D\ A \end{array}\right\}$$ Debet igitur A triplici modo, D duplici, C fimplici, mulctari,

Et fic de cæteris. Ex quibus manifefta eft Compofitio Tabulæ fubjunctæ Probabilitatum quas B,C,D,A, habent ut mulctentur, dato ludorum numero.

	Num. Lud.	B	C	D	A
'	2	$\frac{1}{2}$	$\frac{1}{2}$		
''	3	$\frac{1}{4}$	$\frac{1}{4}$	$\frac{2}{4}$	
'''	4		$\frac{1}{8}$	$\frac{2}{8}$	$\frac{3}{8}$
''''	5	$\frac{3}{16}$	$\frac{2}{16}$	$\frac{2}{16}$	$\frac{3}{16}$
v	6	$\frac{6}{32}$	$\frac{5}{32}$	$\frac{2}{32}$	$\frac{3}{32}$
v'	7	$\frac{6}{64}$ &c.	$\frac{8}{64}$	$\frac{8}{64}$	$\frac{4}{64}$

 Sint

Sint autem y, z, v, x summæ omnium Probabilitatum quas B, C, D, A habent respective ut mulctentur.

Scribantur eodem ordine ac in præcedentibus.

$$\begin{array}{ll}
B' = B' & C' = C' \\
B'' = B'' & C'' = C'' \\
B''' = \frac{1}{2}A'' + \frac{1}{4}A' & C''' = \frac{1}{2}B'' + \frac{1}{4}D' \\
B'''' = \frac{1}{2}A''' + \frac{1}{4}A'' & C'''' = \frac{1}{2}B''' + \frac{1}{4}D'' \\
B^{v} = \frac{1}{2}A'''' + \frac{1}{4}A''' & C^{v} = \frac{1}{2}B'''' + \frac{1}{4}D''' \\
B^{vi} = \frac{1}{2}A^{v} + \frac{1}{4}A'''' & C^{vi} = \frac{1}{2}B^{v} + \frac{1}{4}D'''' \\
\&c. & \&c.
\end{array}$$

Ergo $y = \frac{1}{4} + \frac{1}{2}x + \frac{1}{4}x$. Ergo $z = \frac{1}{2} + \frac{1}{2}y + \frac{1}{4}v$.
$= \frac{1}{4} + \frac{3}{4}x$.

Scribantur deinde

$$\begin{array}{ll}
D' = D' & A' = A' \\
D'' = D'' & A'' = A'' \\
D''' = \frac{1}{2}C'' + \frac{1}{4}B' & A''' = \frac{1}{2}D'' + \frac{1}{4}C' \\
D'''' = \frac{1}{2}C''' + \frac{1}{4}B'' & A'''' = \frac{1}{2}D''' + \frac{1}{4}C'' \\
D^{v} = \frac{1}{2}C'''' + \frac{1}{4}B''' & A^{v} = \frac{1}{2}D'''' + \frac{1}{4}C''' \\
D^{vi} = \frac{1}{2}C^{v} + \frac{1}{4}B'''' & A^{vi} = \frac{1}{2}D^{v} + \frac{1}{4}C'''' \\
\&c. & \&c.
\end{array}$$

Ergo $v = \frac{1}{4} + \frac{1}{2}z + \frac{1}{4}y$. Ergo $x = \frac{1}{2}v + \frac{1}{4}z$.

Resolutis autem quatuor istis æquationibus, invenietur

$$y = \frac{243}{149} \qquad z = \frac{252}{149} \qquad v = \frac{224}{149} \qquad \& \ x = \frac{175}{149}$$

Ergo si velit Spectator aliquis S mulctas omnes sustinere, æquum erit ut ipsi S

$$B \text{ tradat } \frac{243}{149}p \qquad C\,\frac{252}{149}p \qquad D\,\frac{224}{149}p \qquad \& \ A\,\frac{175}{149}p.$$

Sublatis itaque summis probabilitatum quas singuli Collusores habent ut mulctentur, è summis expectationum quas habent iidem si victores abeant, restabunt sortes eorum respective: nempe

$$B \text{ recipit ab } R\,\frac{4\times 56}{149} + \frac{45536}{22201}p$$

$$B \text{ tradit ipsi } S \qquad \frac{243}{149}p$$

$$\text{Ergo ipsi } B \text{ superest } \frac{224}{149} + \frac{9329}{22201}p$$

Sed B deposuerat 1 priusquam ludus inciperetur.

$$\text{Ergo } B \text{ lucratur } \frac{75}{149} + \frac{9329}{22201}p.$$

C Re-

C recipit ab R $\quad \frac{4 \times 36}{149} + \frac{38724}{22201}p$

C tradit ipsi S $\quad \frac{252}{149}p$

Ergo ipsi C superest $\frac{144}{149} + \frac{1176}{22201}p$

Sed C deposuerat 1.

Ergo C lucratur $-\frac{5}{149} + \frac{1176}{22201}p$.

D recipit ab R $\quad \frac{4 \times 32}{149} + \frac{37600}{22201}p$

D tradit ipsi S $\quad \frac{224}{149}p$

Ergo ipsi D superest $\frac{128}{149} + \frac{4224}{22201}p$

Sed D deposuerat 1.

Ergo D lucratur $-\frac{21}{149} + \frac{4224}{22201}p$.

A recipit ab R $\quad \frac{4 \times 25}{149} + \frac{33547}{22201}p$

A tradit ipsi S $\quad \frac{175}{149}p$

Ergo ipsi A superest $\frac{100}{149} + \frac{7472}{22201}p$

Sed A deposuerat $1 + p$, nempe 1 priusquam ludus inchoaretur, & p postquam semel victus fuerat à B:

Ergo A lucratur $-\frac{49}{149} - \frac{14729}{22201}p$.

$$
\begin{aligned}
\text{Lucrum ipsius } B &= +\frac{75}{149} + \frac{9329}{22201}p \\
\text{ipsius } C &= -\frac{5}{149} + \frac{1176}{22201}p \\
\text{ipsius } D &= -\frac{21}{149} + \frac{4224}{22201}p \\
\text{ipsius } A &= -\frac{49}{149} - \frac{14729}{22201}p \\
\text{Summa Lucrorum} &= \quad 0 \qquad\qquad 0
\end{aligned}
$$

Summa autem lucrorum ipsorum B & $A = \frac{26}{149} - \frac{5400}{22201}p$; sed posueramus B vicisse ipsum A semel, priusquam Collusores pacta inirent cum R & S. Priusquam vero ludus inchoaretur, A poterat æqua sorte expectare

 ut

ut vinceret ipſum *B*, adeoque ſumma lucrorum $\frac{26}{149} - \frac{5400}{22201}$ in duas partes æquales eſt dividenda, ita ut utriuſque lucrum cenſendum ſit $\frac{13}{149} - \frac{2700}{22201}p$.

Ponatur $\frac{13}{149} - \frac{2700}{22201}p = 0$, & erit $p = \frac{1937}{2700}$.

Ergo ſi ſit mulcta p ad ſummam quam ſinguli deponunt ut 1937 ad 2700, *A* & *B* nihil lucrantur, nihil perdunt. Verum hoc in Caſu *C* lucratur $\frac{1}{225}$, quam *D* perdit.

Coroll. 1. Spectator *R*, priuſquam ludus inchoetur, id ſuſcipere in ſe poterit, ut ſummam 4 de qua Colluſores contendunt, & mulctas omnes pendat, ſi ſibi initio in manus darentur $4 + 7p$.

Coroll. 2. Si dexteritates Colluſorum ſint in ratione data, ſortes Colluſorum eadem ratiocinatione determinabuntur.

Coroll. 3. Si Series aliqua ita ſit conſtituta, ut continuò decreſcat, & terminus quivis ad præcedentes quoſlibet habeat rationes datas, ſive eaſdem ſive diverſas, ſeries iſta accurate ſummabitur. Inſuper ſi termini omnes hujus Seriei multiplicentur per terminos progreſſionis Arithmeticæ, ſinguli per ſingulos, Series nova reſultans accurate ſummabitur.

Coroll. 4. Si ſint Series plures collaterales, ita relatæ ut terminus quilibet cujuſque Seriei ad præcedentes quoſlibet aliarum Serierum habeat rationes datas, ſive eaſdem ſive diverſas, ita ut Series iſtæ collaterales ſe decuſſent data qualibet lege conſtanti, Series iſtæ accurate ſummabuntur. Inſuper ſi termini omnes harum Serierum multiplicentur ordinatim per terminos Progreſſionis Arithmeticæ, ſinguli per ſingulos, Series novæ ex hac multiplicatione reſultantes etiamnum accurate ſummabuntur.

Clavis ad Problema generale.

Si ſint Colluſores quotcunque *v. g.* Sex, *B*, *C*, *D*, *E*, *F*, *A* & Probabilitates quas habent ut victores evadant, ſive ut mulctentur, dato Ludorum numero, denotentur reſpective $B_{,}$ $C_{,}$ $D_{,}$ $E_{,}$ $F_{,}$ & $A_{,}$; & Probabilitates dato Ludorum numero his proximo & minori competentes, per $B_{,,}$, $C_{,,}$, $D_{,,}$, $E_{,,}$, $F_{,,}$, $A_{,,}$; & Probabilitates dato Ludorum numero his itidem noviſſimis proximo & minori competentes, per $B_{,,,}$, $C_{,,,}$, $D_{,,,}$, $E_{,,,}$, $F_{,,,}$, $A_{,,,}$, & ſic deinceps, erit ſemper,

$$
\begin{aligned}
B_{,} &= \tfrac{1}{2} A_{,,} + \tfrac{1}{4} A_{,,,} + \tfrac{1}{8} A_{,,,,} + \tfrac{1}{16} A^{v} \\
C_{,} &= \tfrac{1}{2} B_{,,} + \tfrac{1}{4} F_{,,,} + \tfrac{1}{8} E_{,,,,} + \tfrac{1}{16} D^{v} \\
D_{,} &= \tfrac{1}{2} C_{,,} + \tfrac{1}{4} B_{,,,} + \tfrac{1}{8} F_{,,,,} + \tfrac{1}{16} E^{v} \\
E_{,} &= \tfrac{1}{2} D_{,,} + \tfrac{1}{4} C_{,,,} + \tfrac{1}{8} B_{,,,,} + \tfrac{5}{16} F^{v} \\
F_{,} &= \tfrac{1}{2} E_{,,} + \tfrac{1}{4} D_{,,,} + \tfrac{1}{8} C_{,,,,} + \tfrac{1}{16} B^{v} \\
A_{,} &= \tfrac{1}{2} F_{,,} + \tfrac{1}{4} E_{,,,} + \tfrac{1}{8} D_{,,,,} + \tfrac{1}{16} C^{v}
\end{aligned}
$$

Et fiat ſemper retrogreſſus ordinatim ad tot literas minus duobus quot ſunt Colluſores, omittaturque ſemper litera *A*; prima æquatione excepta ubi litera *A* terminos omnes præter primam occupat.

XXXIII.

XXXIII. *Papers omitted.*

1. Solutio Problematis à Cl. Viro D. Johan. Bernoullio in Diario Gallico, Feb. 1703. propositi; Quam D. G. Cheynæo communicavit Jo Craig. *n.289. p.1527.*

2. Vindiciæ Matheseos universalis Gregorianæ contra secundos Abbatis Galloysii impetus in Historia Acad. Scient. *Ann.* 1703. *n.308. p.2336.*

3. A Letter from Monf. *l'Abbé Conti*, to the late Mr. *Leibnitz*, concerning the Dispute about the Invention of the Method of Fluxions, or Differential Method; with Mr. *Leibnitz*'s Answer. *n.359. p. 923.*

4. Apologia D. Brook Taylor, J. U. D. & R. S. S. contra V. C. J. Bernoullium, Math. Prof. Basileæ, de contumeliis quibusdam ab illo in Actis Lipsiensibus insertis. *n.360. p 955.*

XXXIV. *Accounts of Books omitted,*

1. Apollonii Pergæi Conicorum Libri Octo, & Sereni Antissensis de Sectione Cylindri & Coni Libb. duo. Fol. Reg. E Theatro Oxon. 1710. *n.354. p.732.*

2. Euclidis quæ supersunt omnia, Gr. Lat. ex recensione Davidis Gregorii, M. D. Astr. Prof. Savil. Fol. Oxon. 1703. *n.289. p.1558.*

3. Methodus Incrementorum. Auctore Brook Taylor, LLD. R. S. Secr. Lond. 1715. wherein he corrects a Mistake in the 25th Proposition of the Second Part. *n.345. p.339.*

4. De Locis solidis secunda Divinatio Geometrica, in quinque Libros injuria temporis amissos, Aristæi Senioris Geometræ. Autore Vincentio Viviani, Magni Ducis Etruriæ Mathematico primario, & R. S. S. Fol. 1701. *n.291. p.1607.*

5. Commercium Epistolicum Collinii & aliorum De Analysi promota; publish'd by order of the Royal Society, in relation to the Dispute between Mr. *Leibnitz* and Mr. *Keill*, about the Right of Invention of the Method of Fluxions, by some call'd the Differential Method. *n.342. p.173.*

CHAP. II.

Opticks.

1. *A universal Spherico-Catoptrick Theorem, by Mr.* Ditton. *n.295. p.1810.*

Sit DEF Speculi Spherici concavi portio, cujus Centrum B, semidiameter BE vel BD: Sit etiam A punctum radians in axe collocatum, a quo profluat radiosa linea AD, quæ ad punctum D reflectatur in DC. Investiganda jam est Foci C, a speculi vertice *E* distantia.

Notandum vero, quod punctum *D* ipsi *E* proximum supponimus. Radii enim remotiores oculum (quem in axe AE constituimus) præterlabuntur, nec ad imaginis visionem aliquid faciunt. Porro, propter arcum *Plate 3. Fig. 36.*

DE

DE indefinite parvum, anguli D A B, A D B (ut & ipsorum summa D B C) sunt quam minimi, ac idcirco eandem habebunt inter se rationem, quam ipsis latera opposita: quo ratiocinii principio posito, ad Theorema Dioptricum pervenit D. *Halleius*, Geometriæ Professor apud Oxonienses.

Abr. Vol. I. *p.* 183.

Hisce præmissis, sit $AB = b$. $BD = BE = r$. $BC = z$. CE ($= r - z$, sed brevitatis causa ponatur) $= f$. Quantitates b & r cognitæ sunt (dantur enim semidiameter speculi, ac puncti lucidi a vertice distantia) z vero & f quæsitæ ac incognitæ. Jam in Triangulo D A B, erit $\angle DAB : \angle ADB :: r : b$. Item in Triangulo D B C, $\angle BDC = \angle ADB$, ex natura Reflexionis, & $\angle DBC = \angle DAB + \angle ADB$, ex *Elem. Eucl.* Ergo cum $\angle DBC$ sit ut $r + b$, & $\angle BDC$ ut b; erit etiam $\angle DBC : \angle BDC :: r + b : b$, & (quod ex principio supra memorato consequitur) $DC : BC :: r + b : b$. Sed quoniam punctum D ipsi E proximum est, erit D C ipsi C E æqualis æstimanda, ergo $CE : BC :: r + b : b$; hoc est $f : z :: r + b : b$, & (comparando Antecedentium & Consequentium summas ad Antecedentes) $f + z : f :: r + 2b : r + b$; sed $f + z = r$, ergo $r : f :: r + 2b : r + b$, ergo $f = \frac{rr \times rb}{r \times rb}$. Q: E: I.

Si ponatur $r + b$ ($=$ A E) $= d$, Theorema in formam contractiorem redigetur, & sic stabit $f = \frac{rd}{2d - r}$. Sed utrovis modo, focorum inventioni, quæcunque tandem sit, vel Speculi forma, vel radiorum conditio, aptum evadet.

Coroll. I. Erit $zd = df - rf$, sive $AE \times BC = AB \times CE$, vel quod idem est, linea A E harmonice dividitur in punctis A, B, C, E; nam prædicta Rectangulorum æqualitas, lineæ secundum proportionem harmonicam sectæ, propria est. Patet hæc veritas: Est enim $f = \frac{dr}{2d - r}$, & $z = r - f = r - \frac{dr}{2d - r}$, unde valores hosce substituendo, Æquatio manifesta fiet. Adeo ut in omni Speculo Spherico, lineæ D A, D B, D C, D E, sunt Harmonicales; & Punctum radians, Centrum, Focus, Vertex sunt puncta divisionem Harmonicam efficientia.

Coroll. II. 1ma Posito $d > r$; erit ex calculo f, sive $\frac{rd}{2d - r} > \frac{r}{2}$ semper. Hoc est, si puncti radiantis distantia major sit Semidiametro Speculi, foci distantia semper major erit quarta parte Diametri.

Item, erit $\frac{rd}{2d - r} < r$ semper. Hoc est, distantia foci semper erit minor speculi semidiametro.

2d. Si ponatur $d = r$, erit $\frac{rd}{2d - r}$, sive $f = r$. Hoc est, si punctum radians in centro speculi constituatur, Imago ejus ibi cum eo unietur.

3tio. Si ponatur $d = r$, tum ipsius f expressio erit vel positiva vel negativa vel infinita, prout quantitas $2d$ quantitate r vel major est vel minor, vel ei æqualis.

Si

Si $2d > r$, hoc eſt, ſi $d > \frac{r}{2}$, tum punctum radians & focus ad eaſdem partes ſpeculi jacent.

Si $2d < r$, vel $d < \frac{r}{2}$, tum Imago, in axe ultra ſpeculi verticem producto, ſita eſt.

Si $2d = r$, vel $d = \frac{r}{2}$, Imago infinite diſtat, ſive radius reflexus axi parallelus evadit.

Coroll. III. Calculi hujus ope expedite determinari poteſt, quomodo objecti radiantis (ſpeculi reſpectu) motui, ipſius Imaginis motus reſpondet. Sit (ut antea) Imaginis a ſpeculo diſtantia $= \frac{dr}{2d-r}$, quando objecti diſtantia eſt d. Mutetur jam utcunque objecti diſtantia, & ex d, fiat nd, quantitate n Numerum vel integrum vel fractum deſignante: & ſic loco prioris Æquationis, $f = \frac{dr}{2d-r}$, habebimus pro Novo Foco aliam Æquationem, $F = \frac{ndr}{2nd-r}$. Et quidem ſi n Numerum integrum exprimere ſupponatur, ſecunda hæc objecti diſtantia primâ major erit, ſi vero ſit fractus, tum minor erit prima.

Hiſce poſitis, ſi $d > r$, & n ſit integer, erit $F < f$, id eſt, erit $\frac{ndr}{2nd-r} < \frac{dr}{2d-r}$ ſive $2nddr - ndrr < 2nddr - drr$, quod manifeſtum eſt. Hoc eſt, ſi in ſpeculo concavo objecti diſtantia major ſit ſemidiametro, tum recedente objecto a ſpeculo, Imago verſus ſpeculum accedet. Rurſus, deſignet n Numerum fractum, & tunc reperietur $2nddr - ndrr > 2nddr - drr$, ſive $F > f$. Hoc eſt, accedente objecto ad ſpeculum recedet Imago.

Supponatur jam $d < \frac{r}{2}$; ut & alia quæcunque ſit objecti diſtantia nd intelligatur ea ſemper minor eſſe quam $\frac{r}{2}$. Tum erunt $2nddr - ndrr$, & $2nddr - drr$, quantitates negativæ; ſive $ndrr - 2nddr$, & $drr - 2nddr$ quantitates poſitivæ. Et quidem ſi n numero integro æquetur, erit $ndrr - 2nddr > drr - 2nddr$, ſive $F > f$; ſi vero n fractio ſit, tum erit $ndrr - 2nddr < drr - 2nddr$, ſive $F < f$. Hoc eſt, ſi in ſpeculo concavo objecti diſtantia minor ſit ſpeculi Diametri quarta parte, tum recedente objecto a ſpeculo, recedet & Imago; vel accedente objecto verſus ſpeculum, Imago etiam accedet.

Et hæc omnia (quæ calculi veſtigia premendo deduximus) Scholio unico concluſit, & in ſua Catoptrica tradidit D. *Gregorius* apud Oxonienſes Aſtronomiæ Profeſſor.

Coroll.

Coroll. IV. In Æquatione $f = \frac{dr}{2d - r}$, si ponatur d infinita, erit $f = \frac{r}{2}$; quæ regula eſt pro Radiis parallelis, ſive pro objecto radiante ad diſtantiam infinitam remoto. Idem ſequetur, poſito b infinito in Æquatione $f = \frac{rr + rb}{r + 2b}$.

Coroll. V. In Æquatione $\frac{dr}{2d - r}$, mutato quantitatis r ſigno negativo in poſitivum, erit $f = \frac{dr}{2d + r}$; vel in æquatione $f = \frac{rb + br}{r + 2b}$, mutato ſigno poſitivo in negativum, erit tunc $f = \frac{rb - rr}{2b - r}$, quæ regulam exhibet pro ſpeculo verſus objectum radians convexo. Patet hæc mutatio ſigni; nam ſicut in ſpeculo concavo $d = r + b$, ſic in convexo $d = b - r$.

Coroll. VI. In ſpeculo convexo (ſtantibus quæ ad *Cor.* III. annotavimus de Concavo) patebit quod (ſi n ſit numerus integer) $2rndd + ndrr > 2rndd + drr$; & ($n$ fractione exiſtente) quod $2rndd + ndrr < 2rndd + drr$. Hoc eſt, quod recedente objecto a ſpeculo vel verſus idem accedente, Imago ſimiliter recedet vel accedet.

Patet etiam in ſpeculo convexo, objecto ad immenſam uſque diſtantiam retrocedente, Imaginem tamen illius non ultra Diametri partem quartam abire a vertice, ſed ibi, in puncto, centrum inter & verticem medio, ſe ſiſtere. Poſito enim d vel b infinito, erit $f = \frac{dr}{2d}$ vel $\frac{br}{2b}$, id eſt (utrovis modo) $= \frac{r}{2}$.

Hiſce adjungi poteſt & Problematis Catoptrici ſolutio, *Radiantis poſitionem reſpectu ſpeculi dati talem invenire, ut radians ad ipſius Imaginem a ſpeculo factam, datam habeat rationem.* Sit Ratio data $r : q$, & ſymbolo O deſignetur Objectum, I Imago, d diſtantia objecti, & f imaginis a ſpeculo. Jam (quod demonſtravit D. *Greg.*) erit $O : I :: d : f$, (hoc eſt Objectum & Imago ſunt diſtantiis ſuis a ſpeculi vertice directe proportionales) & quoniam requiritur ut ſit $O : I :: r : q$, debet etiam eſſe $d : f :: r : q$, vel (ipſius f expreſſionem ſcribendo) $d : \frac{dr}{2d - r} :: r : q$, unde $2ddq - rdq = rdr$, & $2dq = rr + qr$, & $d = \frac{rr + rq}{2q}$. Unde quoniam $dr = \frac{rrr + rrq}{2q}$, & $2d - r = \frac{rr}{q}$, erit etiam f ſive $\frac{dr}{2d - r} = \frac{rrr + rrq}{2q} : \frac{rr}{q} = \frac{qrrr + qqrr}{2qrr} = \frac{r + q}{2}$, quæ eſt ipſius f, ſive imaginis a ſpeculo diſtantia, huic objecti diſtantiæ congrua. Ergo ſi ſtatuatur objectum ad diſtantiam $\frac{rr \times rq}{2q}$, ipſius Imago facta ad diſtantiam $\frac{r + q}{2}$ ei compa-

rata,

ata, eandem habebit rationem, quam $q : r$, five erit $O : I :: r : q$. Nam $O : I :: d : f :: \frac{rr + rq}{2q} : \frac{r + q}{2} :: r : q$. Q. E. I.

Objectum Radians & Imaginem hic tanquam lineas consideravimus. Si enim Superficies sunt, tum erit $O : I :: d^2 : f^2$, & $d^2 : f^2 :: r : q$, sic ut ultimo deveniatur ad Æquationem $4dd - 4qdr = r^3 - qrr$, e qua radicis d valor, Methodis vulgaribus facillime inveniri potest.

Tanta autem eſt hujus methodi facilitas ut ea exemplis magis quam ulteriori explicatione indigeat; adeoque licebit eam in motibus Planetæ Martis experiri; in cujus orbita, ſecundum Tabulas *Carolinas*, Excentricitas eſt ad diſtantiam mediam ut 14100 ad 152369, adeoque Logarithmus arcus B, qui æqualis eſt rectæ SC, erit 0,7244451. Erit etiam in hoc exemplo L partium 1080631 qualium Radius eſt 100000: Inveniendus ſit angulus $AC\mathfrak{Q}$ cum motus medius, ſeu arcus tempori proportionalis ab Aphelio computatus, ſit unius Gradus. Quoniam CS ſit hic fere pars decima ipſius CA, pono Arcum $A\mathfrak{Q}$ eſſe 0,9 grad, decima ſcil. parte minorem motu medio. Addatur ſinus Logarithmicus arcus $A\mathfrak{Q}$ ad Log. B, & fit ſumma $8,9205471 =$ Log. numeri 0.083281 qui numerus exprimit arcum æqualem rectæ $SF = NP$. Et ſi arcus $A\mathfrak{Q}$ eſſet recte aſſumptus, foret $AN - NP = A\mathfrak{Q}$, & $\mathfrak{Q}P = 0$. At hic eſt $\mathfrak{Q}P = 0,016719$, a quo ſi auferatur ejus pars undecima, cum AS ſuperat AC undecima circiter ipſius parte, reſtabit $\mathfrak{Q}q = 0,0152$; qui additus ad $A\mathfrak{Q}$ dat $Aq = 0.9152$, qui ne milleſima gradus parte a vero Aq differt. Sit ſecundo Arcus AN ſeu motus medius $= 2$ gr. Pono $A\mathfrak{Q} = 1,83$ prioris Aq fere duplum, & ad ejus ſinum Log. addatur Log. B. erit ſumma $9.2286997 =$ Log. numeri 0,16931, unde erit $\mathfrak{Q}P$ 0,00069; a quo ſi ſubducatur ejus pars undecima, fit $\mathfrak{Q}q = 0,00063$, & $Aq = 1,83063$, qui ne decies milleſima gradus parte a vero Aq diſcrepat. Eodem modo ſit motus medius ſeu arcus tempori proportionalis grad. 3. Fiat arcus $A\mathfrak{Q}$ $2,745 = 1,83 + 0,915$, & ad ejus ſinum Log. addendo Log. B, habebitur Log. numeri $0,25392 = NP$, & $AN - NP = 2,74608$, adeoque $\mathfrak{Q}P = 0,00108$, unde $\mathfrak{Q}q$ fere $= 0,001$ & $Aq = 2,746$. Sic unica duorum Logarithmorum additione invenietur arcus Aq, qui erit verus ad gradus partes milleſimas.

Si jam non gradatim ſed per ſaltum pergendo, inveniendus ſit angulus ACq, cum motus medius eſt grad. 45. Pono arcum $A\mathfrak{Q}$ eſſe graduum 40, & ad ſinum ejus Logarithmicum addendo Log. B fit ſumma $0.5325125 =$ Log. numeri 3,4081; qui numerus a 45 ſubductus relinquit $AN - NP = 41,5919$, cujus exceſſus ſupra arcum $A\mathfrak{Q}$ eſt 1,5919. Unde ſi fiat ut $L +$ coſ. $AC\mathfrak{Q}$ ad L ita 1,5919 ad alium, invenietur arcus $\mathfrak{Q}q$ eſſe graduum 1,4865, adeoque $Aq = 41,4865$, qui non multum ſupra milleſimam gradus partem a vero differt. Verum abſque hac proportione inveniri poteſt Aq, capiendo novum arcum $A\mathfrak{Q}$, qui ſit aliquantulum minor quam $AN - NP$, eidem tamen fere æqualis; ſcil. ſit $A\mathfrak{Q} = 41.50$, & addendo Log. datum B ad ejus ſinum Log. habebitur alter $NP = 3.5131$, qui ab AN ſubductus dat 41,4869 pro novo Aq: & hic arcus minore labore eruitur, & aliquanto propius ad verum accedit quam prior Aq.

Poſt inventum Aq correſpondentem motui medio 45°, rurſus gradatim pergendo, unica duorum Logarithmorum additione, habebitur Aq, ad omnes motus medii gradus ſubſequentes. Nempe cum motus medius ſit grad. 46, pono $A\mathfrak{Q} = 42,40$. & addendo ejus ſinum Log. ad conſtantem B, fiet $AN - NP = 42,4249$; cui arcui ſi novus $A\mathfrak{Q}$ æqualis ponatur, habebitur Aq, qui ne milleſima gradus parte a vero Aq diſcrepabit. Sic cum motus medius ſit 47°, pono $A\mathfrak{Q} = 43,36 =$

priori Aq + incremento istius arcus pro uno gradu motus medii, & addendo ejus sinum Log. ad Log. B, fit summa = Log. numeri 3,6402, qui ab AN subductus relinquit $AN-NP=43,3598$ = novo Aq, qui circiter gradus parte decies millesima a vero Aq discrepat.

Si omissis gradibus intermediis inveniendus esset arcus Aq, cum motus medius sit gr. 100. Pono $A\mathfrak{Q}$ grad. 96, & addendo ejus sinum Log. ad Log. B, fit summa = Log. numeri 5,273 unde $AN-NP=94,727$. Itaque pono secundo $A\mathfrak{Q}=94,72$ & addendo ejus sinum ad Log. B, habebitur Log. numeri 5,285, qui ab AN subductus dat $AN-NP=94,715=Aq$ quam proxime. Similiter si motus medius sit grad. 101, pono $A\mathfrak{Q}$ esse 95,71, cujus sinus Log. ad Log. B additus dat Log. numeri 5,2756; quo numero ab 101 sublato, restabit $AN-NP=95,7244=Aq$. Atque hac ratione, dato motu medio, si gradatim fiat processus, habebitur angulus ad centrum per unicam tantum duorum Logarithmorum additionem; quorum unus, qui constans est, in charta seorsim servandus, quo labori sæpius eundem exscribendi parcatur.

Transeamus jam ad Orbitam alterius speciei, talem nempe ut distantia Aphelii sit ad distantiam Perihelii ut 70 ad 1; qualis fere est istius Cometæ Orbita quem Periodum suam annis $75\frac{1}{2}$ complere primus deprehendit Sagacissimus Astronomus & Geometra D. *Edmundus Halleius*, Geometriæ Professor *Savilianus*. In hac Orbita erit AC vel $C\mathfrak{Q}$ partium 35,5; & CS 34,5 qualium SB est una. Et inveniendus est arcus Bq, cum motus medius est gradus pars centesima. Quoniam media distantia trigesies & quinquies circiter superat distantiam minimam, pono $B\mathfrak{Q}=0,35$, cum motus medius est 0,01. In hac Orbita invenitur constans Log. $B=1.7457133$. Hic itaque Log. ad sinum Log. arcus 0,35 additus dat Log. numeri 0,34013, qui ad arcum 0,01 additus erit = 0,35013. Si hæc summa esset æqualis 0,35, arcus $B\mathfrak{Q}$ esset recte assumptus: sed differentia est 0,00013. Unde quoniam CB est ad SB ut 35,5 ad 1, multiplicetur differentia 0,00013 per 35,5 & prodibit $\mathfrak{Q}q=0,004615$; unde erit arcus $Bq=0,354615$, qui vix per partes tres decies millesimas a vero discrepat.

Sit secundo motus medius 0,02, & ponatur $B\mathfrak{Q}$ esse 0,71. Ad ejus sinum Log. addendo Log. B, fit summa = Log. numeri 0,68998, unde $BN+NP=0,70998$, adeoque arcus assumptus $B\mathfrak{Q}=0,71$ nimius fuit: & est differentia = 0,00002, quæ si per 35,5 multiplicetur, & productus a $B\mathfrak{Q}$ subducatur, restabit $Bq=0,7092$, vix gradus parte decies millesima a vero aberrans.

Sit motus medius 0,03. Ponatur $B\mathfrak{Q}$ esse 1°,06: addendo ejus Log. sin. ad Log. B, fit summa = Log. numeri 1,03008, cui si addatur $BN=0,03$, fit summa 1,06008, qui numerus major est quam $B\mathfrak{Q}$; quare si differentia 0,00008 per 35,5 multiplicetur & ad $B\mathfrak{Q}$ addatur, erit $Bq=1,06284$. Similiter cum motus medius sit 0,04, pono $B\mathfrak{Q}=1°,40$ & invenio $NP=1,3604$; ad quem numerum addendo $BN=0,04$ fit summa = 1,4004 qui superat 1,40 per 0,0004. Multiplicetur hæc differentia per 35,5 & productus 0,01420 erit æqualis $\mathfrak{Q}q$, unde $Bq=1,41420$. In hisce omnibus errores sunt admodum exigui, & raro millesimam gradus partem transcurrentes.

In-

Inveniendus sit jam arcus $B q$; cum motus medius sit æqualis uni gradui. Pono $B Q = 20°$, & addendo ejus sinum Log. ad Log. B, habebitur Log. numeri 19,045; cui addendo $B N = 1°$, summa 20,045 superat 20 per ,045: Et cum in hoc casu L—cosin. $B Q$ est ad L ut 1 ad 11.5 fere, multiplico differentiam ,045 per 11,5, & productus ,5175 ad $B Q$ additus facit 20,5175. Pono igitur secundo $B Q = 20,51$, & prodibit, similiter ut in præcedentibus, $N P = 19,5092$; cui addendo $B N$ fit summa 20,5092, quæ minor est quam $B Q$: unde si differentia 0,0008 multiplicetur per 11,5, & productus 0,0092 substrahatur a $B Q$, restabit $B q = 20,5008$.

Sit denique motus medius æqualis duobus grad. Pono $B Q$ grad. 30, & invenitur $N P = 27,84$, cui addendo gradus duos, summa, 29.84 minor est quam 30; & si multiplicetur differentia 0,16 per 6,3 (nam L—cos. $B Q$ est ad L ut 1 ad 6,3 fere) fiet 1,008 $= Q q$; adeoque hic arcus a $B Q$ subductus dat $B q = 28,982$. Ut vero corrigatur $B q$, assumo secundo $B Q = 29°$, & simili processu invenietur $B q = 28,9672$.

XI. Plurima sunt maxime quidem paradoxa, omnemque fidem apud vulgus superantia, quæ tamen adhibitis Mathematicarum Scientiarum principiis levi negotio enodantur. Ac sane nullum Problema magis arduum & difficile videbitur; quam est Solis a Terra distantiam vero proximam determinare: quod tamen obtentis accuratis quibusdam observationibus, ad electa & prævisa tempora peractis, non multo opere efficietur. Id quod inclytæ huic Societati, quam immortalem fore auguror, in hac dissertatione ob oculos ponere libet, ut junioribus nostris Astronomis, quibus forsan hæc observare ob minorem ætatem obtingere potest, viam præmonstrem, qua immensam Solis distantiam intra quingentesimam sui partem rite dimetiri poterint.

A new way to find the Sun's Parallax, by Dr. Halley, *n.* 348. *p.* 454.

Notum est Solis a Terra distantiam a diversis Astronomiæ authoribus diversam fingi, prout cuique ex conjectura probabile visum est; a *Ptolemæo* quidem ejusque asseclis, uti & *Copernico* & *Tychone Brahæo*, *Terræ* semidiametris mille & ducentis, *Keplero* ter mille quingentis fere. *Ricciolus* distantiam *Keplerianam* duplicat, quam tamen *Hevelius* dimidio tantum auget. At vero visis in *Solis* disco ope Telescopii Planetis *Venere* & *Mercurio* mutuato fulgore nudatis, tandem compertum est Planetarum diametros visibiles multo minores esse quam eatenus haberentur; *Venerisque* Semidiametrum e *Sole* visam, non nisi quartam minuti primi partem vel quindecim secunda subtendere; *Mercuriique* semidiametrum, ad mediam ipsius a *Sole* distantiam, sub angulo decem tantum secundorum conspici; atque sub eodem etiam *Saturni* semidiametrum e *Sole* videri. *Jovis* autem Planetarum maximi semidiametrum non nisi tertiam minuti primi partem apud *Solem* subtendere. Unde, servata analogia, nonnullis e modernis Astronomis visum est, *Terræ* quoque semidiametrum e *Sole* conspectam, medio loco inter *Jovis* majorem & *Saturni* & *Mercurii* minorem angulum subtendere, *Venerisque* æqualem, nempe quindecim secundorum: adeoque *Solem* a *Terra* quatuordecim fere millibus semidiametrorum *Terræ* distare. Iisdem autem Authoribus, aliud argumentum paulo ampliavit hanc distantiam: quoniam enim *Lunæ* diameter paulo major

eſt quarta parte diametri *Terræ*, ſi Parallaxis *Solis* ponatur quindecim minutorum ſecundorum, fieret *Lunæ* corpus corpore *Mercurii* majus, Planeta ſcil. ſecundarius primario major; quod concinnitati Syſtematis mundani contrariari videretur. E contra vero *Venerem* inferiorem & Satellitio deſtitutam, majorem eſſe *Terra* noſtra ſuperiori & tam inſignem comitem nacta, vix concedere videtur eadem concinnitas. Ut itaque medio loco incedamus, ponatur *Terræ* ſemidiameter e *Sole* viſa, ſeu quod idem eſt, *Solis* Parallaxis horizontalis, duodecim ſecundorum cum ſemiſſe: unde *Luna* minor erit *Mercurio* & *Terra Venere* major; ac proveniet *Solis* a *Terra* diſtantia ſedecies mille cum quingentis *Terræ* ſemidiametris proxime. Huic autem diſtantiæ in præſentiarum aſſenſum præbeo, uſq; dum Experimento quod proponimus quanta ſit certius conſtet. Nec moror authoritatem quantumvis gravem eorum qui *Solem* ultra hos terminos in immenſum evehunt, freti obſervationibus vibrantis Penduli, determinandis his angulorum minutiis, uti videtur, haud ſatis fidis: ſaltem hac methodo tentanti Parallaxis aliquando nulla, aliquando etiam negativa occurret; hoc eſt diſtantia vel infinita fiet, vel infinito major: quod abſurdum. Et, ut verum fatear, minuta ſecunda vel etiam dena ſecunda inſtrumentis quantumvis affabre factis certo diſtinguere vix homini datum eſt; atque adeo minime mirandum, ſi tantorum Artificum multos & ingenioſos conatus hactenus eluſerit rei ipſius maxima ſubtilitas.

Dum autem ante 40 fere annos, in Inſula *Sanctæ Helenæ*, ſyderum polum Auſtralem ambientium obſervationibus operam darem; contigit mihi *Mercurium* ſub *Solis* diſco tranſeuntem omni adhibita diligentia obſervare: quodque mihi præter ſpem feliciter ſucceſſit, momentum quo *Mercurius* ingrediens *Solis* limbum interius contingere viſus eſt, pariterque momentum quo egrediens limbum Solis ſtrinxit, facto angulo contactus interioris, Tubo optimo viginti quatuor pedum accuratiſſime obtinui. Unde pro comperto habui intervallum quo *Mercurius* totus intra *Solis* diſcum tum temporis apparuit, etiam abſque errore unius minuti ſecundi temporis: Nam filum luminis Solaris, inter limbum planetæ obſcurum & *Solis* lucidum interceptum, quantumvis tenue in oculos incurrere viſum eſt; & in ictu oculi, denticulus in limbo *Solis* a *Mercurio* ingrediente factus evaneſcere, uti ab egrediente factus quaſi momento incipere. Hoc autem perſpecto ſtatim intellexi *Solis* Parallaxin ex hujuſmodi obſervationibus rite concludi poſſe, ſi modo *Mercurius Terris* vicinior majorem haberet parallaxin a *Sole*; etenim hæc parallaxium differentia tantilla eſt, ut ſemper minor ſit ipſa Solari quam quærimus; proinde *Mercurius*, licet frequenter intra *Solem* videndus, huic noſtro negotio vix ſatis aptus habebitur.

Reſtat itaque *Veneris* tranſitus per *Solis* diſcum, cujus parallaxis quadruplo fere major Solari, maxime ſenſibiles efficiet differentias, inter ſpatia temporis quibus *Venus Solem* perambulare videbitur, in diverſis *Terræ* noſtræ regionibus. Ex his autem differentiis debito modo obſervatis, dico determinari poſſe *Solis* parallaxin etiam intra ſcrupuli ſecundi exiguam partem. Neque alia inſtrumenta poſtulamus præter *Teleſcopia*

teſcopia & *Horologia* vulgaria ſed bona: & in Obſervatoribus non niſi fides & diligentia, cum modica rerum Aſtronomicarum peritia deſiderantur. Non enim opus eſt ut Latitudo Loci ſcrupuloſe inquiratur, nec ut Horæ ipſæ reſpectu meridiani accurate determinentur: ſufficit, Horologiis ad Cœli revolutiones probe correctis, ſi numerentur tempora a totali Ingreſſu *Veneris* infra diſcum *Solis*, ad principium Egreſſus ex eodem; cum ſcilicet primum incipiat Globus *Veneris* opacus limbum *Solis* lucidum attingere; quæ quidem momenta, propria experientia novi, ad ipſum ſecundum temporis minutum obſervari poſſe.

Ob leges autem motuum admodum arctas, rariſſime intra *Solis* orbem conſpicitur *Venus*, ac per plus quam centum & viginti annorum decurſum, ne ſemel quidem ibidem videbitur; nempe ab anno 1639. (cum præclaro Juveni *Horroxio* noſtro, eique primo & ſoli a rerum conditu, jucundiſſimum hoc ſpectaculum obtigit,) uſque in annum 1761, quo juxta Theorias quas hactenus cœlo conformes experimur, Stella *Veneris* iterum ſubtercurret *Solem*, *Maii* 26. mane; * ita ut *Londini*, hora fere ſexta matutina in medio diſci Solaris expectanda ſit, nec niſi quatuor minutis centro *Solis* Auſtralior. Duratio autem hujus tranſitus erit octo fere Horarum, nempe a ſecunda uſque in decimam fere matutinam. Atque adeo ingreſſus minime *Anglis* conſpicuus erit: cum autem Sol tum temporis occupaturus ſit 16. *Geminorum* gradum, viginti tres ferme gradus in Boream declinans; per totam quaſi Zonam frigidam Septentrionalem inocciduus conſpicietur: ac proinde qui littus *Norwegiæ* incolunt ultra Urbem *Nidroſiam*, quam *Drontem* vocant, uſque ad Promontorium ejus *Boreale*, *Venerem* *Solis* diſcum ſubingredientem obſervare poterunt; ac fortaſſe *Scotis* Borealioribus & Inſulæ *Hetlandiæ*, olim *Thylen* dictæ, incolis, in oriente Sole ingreſſus ille conſpici poterit. Quo tempore vero *Venus* *Solis* centro proxima erit, *Sol* verticalis erit ſupra littora Borealia ſinus *Gangetici*, vel potius regni *Peguani*; ac proinde in Regionibus circumvicinis, cum *Sol* in ingreſſu *Veneris* quatuor fere horis diſtabit ad ortum, & in egreſſu totidem fere ad occaſum, accelerabitur motus apparens *Veneris* intra *Solem* duplo fere parallaxeos horizontalis *Veneris* a *Sole*; quia *Venus* tunc ab ortu in occaſum fertur retrograde, interea dum oculus ad *Terræ* ſuperficiem poſitus in contrarias partes ab occaſu in ortum gyratur.

* *Vide Phil. Tranſact.* No. 193. *Abr.* Vol. I. p. 436.

Poſita autem parallaxi *Solis*, uti diximus, duodecim ſecundorum cum ſemiſſe, erit parallaxis *Veneris* 43^um ſecundorum; & ſublata parallaxi *Solis*, reſtabit ſaltem ſemiminutum pro parallaxi Horizontali *Veneris* a *Sole*, ac proinde dodrante ſaltem minuti promovebitur *Veneris* motus a parallaxi illa, interea dum *Solis* diſcum percurrit, in iis ſcilicet Poli altitudinibus quæ Tropico vicinæ ſunt; atque adhuc amplius in vicinia Æquatoris. *Venus* autem tum temporis ſatis accurate quatuor minuta prima ſingulis horis intra *Solem* conficiet; ac propterea dodranti minuti undecim ſaltem temporis minuta prima competunt, quibus duratio *Eclipſeos* hujus *Venereæ* ob parallaxin contrahetur. Atque ex hac contractione ſola liceret de parallaxi quam quærimus tuto pronunciare, ſi

modo

modo darentur *Solis* diameter *Venerisque* Latitudo in minimis accuratæ; quas tamen ad computum postulare, in re tam subtili, haud integrum est.

Procuranda est igitur alia observatio, si fieri possit, in locis illis ubi medium *Solis* occupat *Venus* in ipso Medinoctio; nempe sub Meridiano priori opposito, *i. e.* sex quasi horis vel 90 gradibus *Londino* occidentaliore, & ubi *Venus* paulo ante occasum *Solem* subintrat, paulo post ortum exit; id quod fiet in dicto Meridiano, sub altitudine Poli Borei quinquaginta sex circiter graduum: hoc est, in eo Sinu qui *Hudsoni* dicitur, ad Portum ejus cui nomen *Nelsoni* inditum. In locis enim huic circumvicinis parallaxis *Veneris* durationem transitus protrahet, & sex saltem temporis minutis longiorem efficiet; quia dum *Sol* ab occasu in ortum sub Polo tendere videtur, ea loca in disco *Terræ* motu contrario in occasum ferri videbuntur, hoc est motu cum motu proprio *Veneris* conspirante; proinde tardius moveri videbitur *Venus* intra *Solem*, ac cum diuturniore mora discum ejus pertransire.

Si itaque in utroque loco hic transitus ab Artificibus idoneis contigerit debite observari, manifestum est totis septendecim minutis longiorem futuram esse moram in portu *Nelsoni* observabile, quam quæ apud *Indos* orientales expectanda est: nec multum refert an ad Fortalitium *Sancti Georgii* vulgo *Maderas* dictum, vel ad *Bencoulam* in litore occiduo Insulæ *Sumatræ* prope æquatorem capiatur observatio, si *Anglis* tum temporis hæc studia curæ fuerint. Si vero *Gallis* his rebus invigilare placuerit, non incommode apud *Poudechery* se sistet Observator in litore *Sinus Gangetici* occidentali, sub altitudine Poli duodecim fere graduum. *Batavis* autem celeberrimum *Bataviæ* suæ Emporium Observatorium huic negotio satis aptum ministrat, si modo illis etiam animus fuerit hac in parte cœlorum scientiam promovere. Ac sane vellem diversis in locis ejusdem Phænomeni observationes a pluribus institui, tum ad majorem adstruendam ex consensu fidem, tum ne Nubium interventu frustraretur singularis Spectator, eo spectaculo quod nescio an denuo visuri sunt hujus & subsequentis seculi Mortales; & a quo pendet Problematis nobilissimi & aliunde inaccessi solutio certa & adæquata. Curiosis igitur syderum scrutatoribus, quibus, nobis vita functis, hæc observanda reservantur, iterum iterumque commendamus ut, moniti hujus nostri memores, observationi peragendæ strenue totisque viribus incumbant; iisque fausta omnia exoptamus & vovemus, præprimis ne nubili cœli importuna obscuritate exoptatissimo spectaculo priventur; utque tandem Orbium cœlestium magnitudines intra arctiores limites coercitæ in eorum gloriam famamque sempiternam cedant.

Diximus autem hac ratione Solis Parallaxin intra quingentesimam sui partem investigari posse, id quod nonnullis mirum sine dubio videbitur. Veruntamen si in utroque e locis nuper designatis accurata habeatur observatio; jam monstravimus, totis septendecim minutis differre inter se durationes *Eclipseωn* harum *Venerearum*, ex Hypothesi scilicet quod Solis parallaxis fuerit duodecim cum dimidio minutorum secundorum. Quod si major vel minor reperiatur ex observatione hæc differentia,

tia, in eadem fere ratione major vel minor erit Solis parallaxis. Cumque 17 minuta prima temporis competant duodecim secundis cum dimidio parallaxeos Solaris; pro unoquoque parallaxeos minuto secundo, orietur differentia plusquam 80 secundorum minutorum temporis; adeoque si habeatur differentia hæc intra bina secunda vera & comprobata, intra quadragesimam partem unius secundi minuti constabit quanta sit Solis Parallaxis; ac proinde distantia ejus determinabitur intra quingentesimam sui partem, saltem si parallaxis non minor reperiatur ea quam supposuimus: quadragies enim duodecim cum dimidio fiunt quingenti.

Hactenus Astronomice doctis satis superque rem indicasse mihi videor, quos etiam monitos velim, me in hoc argumento, Latitudinis Planetæ rationem non habuisse, tum ad vitandas calculi intricatioris molestias, conclusionem etiam minus evidentem reddituras; tum ob motum Nodorum *Veneris* nondum compertum, nec nisi ex hujusmodi corporalibus Planetæ cum *Sole* Conjunctionibus rite determinandum. Non enim conclusum est *Venerem* quatuor minuta infra *Solis* centrum transituram, nisi ex Hypothesi quod Planum Orbitæ *Veneris*, in Sphæra stellarum fixarum immobile, Nodos suos iisdem in locis habiturum sit, ubi anno 1639 inventi sunt. Quod si tramite Australiori transeat anno 1761, liquido patebit Nodos regredi; si vero Borealiori, progredi inter Fixas; idque in ratione $5\frac{1}{2}$ *min.* in centum annis *Julianis*, pro unoquoque minuto, quo via *Veneris* tum temporis plus vel minus distabit a *Solis* centro quam dictis quatuor minutis. Differentia autem inter durationes harum Eclipsium paulo minor fiet septendecim minutis, ob Latitudinem *Veneris* Australem; major vero futura, si procedentibus Nodis, ad Boream centri *Solem* transierit.

In eorum autem gratiam, qui cum observandis syderibus oblectentur, nondum tamen integram Parallaxium doctrinam hauserint, libet Schemate simulque Calculo paulo accuratiore, rem plenius exponere.

Ponamus igitur, anno 1761, *Maii* 25°. 17^h. 55′. *Londini*, *Solem* occupaturum ♊ 15°. 37′. ac proinde ad centrum ejus Eclipticam tendere in Boream angulo 6°. 10′. *Veneris* autem visibilem intra *Solis* discum Viam tum temporis descendere in Austrum, facto angulo cum Ecliptica 8°. 28′: proinde via *Veneris* tendet parum in Austrum respectu æquatoris, intersecans declinationis parallelas angulo 2°. 18′. Ponamus etiam *Venerem* ad dictum tempus *Solis* centro proximam fore, ac ab eodem quatuor minutis distare ad Austrum; singulisque horis etiam quatuor minuta prima intra *Solem* motu retrogrado describere. Erit autem *Solis* Semidiameter 15′. 51″. proxime, *Veneris* vero 0′. 37″$\frac{1}{2}$. Ac supponamus, experimenti gratia, differentiam parallaxium Horizontalium *Veneris* & *Solis*, quam quærimus, 0′. 31″. esse, qualis ex supposita *Solis* Parallaxi 0′. 12″$\frac{1}{2}$ elicitur. Describatur itaque centro *C* circellus *AEBD*, cujus semidiameter sit 0′. 31″. discum Terræ repræsentans, & in eo Ellipses parallelorum 22 & 56 *grad.* Latitudinis Borealis, modo jam ad construendas Eclipses Solares ab Astronomis usitato, ut *D a b E*, *c d e*: sit autem *B C A* Meridianus in quo *Sol*; ad quem inclinetur recta *F H G* Viam *Veneris* designans angulo 2°. 18′. quæque distet a centro *C* 240 partibus

tibus qualium *B C* eſt 31; & de *C* cadat recta *C H* ipſi *F G* perpendicularis. Plate 5. Ac poſito planeta in *H* ad $17^h. 55'$, vel $5^h. 55'$ mane, dividatur recta *F H G* in ſpatia Horaria III. IV, IV. V, V. VI, *&c.* ipſi *C H*, hoc eſt quatuor minutis æqualia. Fiat etiam recta *K L*, æqualis differentiæ apparentium Semidiametrorum *Solis* & *Veneris* ſive $15'. 13''\frac{1}{2}$. Et Circulus radio *K L*, centro vero quolibet puncto intra circellum Diſci *Terræ* deſcriptus, occurret rectæ *F G* in puncto denotante quota hora *Londini* numerabitur, cum in eo *Terræ* ſuperficiei loco, qui ſumpto in diſco puncto ſubjacet, *Venus* angulo contactus interioris *Solis* limbum continget. Ac ſi centro *C* radio *K L* deſcriptus circulus occurrat ipſi *F G* in punctis *F* & *G* erunt recte *F H*, *H G* $=14'. 41''$ id quod percurrere videbitur Venus tribus horis cum 40 Min. Cadet igitur *F* in $II^h. 15'$. *Londini*; *G* vero in $IX^h. 35'$ mane. Unde manifeſtum eſt quod, ſi Terræ magnitudo, ob immenſam diſtantiam, quaſi in punctum evaneſceret: vel ſi motu diurno deſtituta *Solem* haberet eidem puncto *C* ſemper verticalem, Eclipſeos hujus Mora integra per ſeptem horas cum triente duraret. Verum Terra interea motu motui *Veneris* contrario gyrata per 110 *grad.* Longitudinis ſuæ, ac proinde contracta dictæ moræ duratione, puta 12 Min. proveniet ea $7^h. 8'$. proxime, ſive 107 *grad.*

Jam in ipſo Meridiano *Venus Solis* centro proxima erit ad Oſtium orientale fluminis *Gangis*, ubi poli altitudo eſt 22 *grad.* circiter. Locus igitur ille utrinque æqualiter diſtabit a Sole, in momentis introitus & exitus planetæ, nempe $53\frac{1}{2}$ *grad.* ut ſunt puncta *a*, *b*, in parallelo majore *D a b E*. Erit autem Diameter *A B* ad diſtantiam *a b* ut quadratum Radii ad contentum ſub Sinubus $53\frac{1}{2}$ & 68 *grad.* hoc eſt, ut $1'.02''$ ad $0'.46''.13'''$; ac calculo rite inſtituto (quem ne Lectori tædio ſit, omittere præſtat) invenio quod circulus centro *a* & radio *K L* deſcriptus occurret rectæ *F H*, in puncto *M*, ad $II^h. 20'. 40''$; centro vero *b* deſcriptus occurret ipſi *H G* in *N*, ad $IX^h. 29' 22''$; horis ſcilicet *Londini* numeratis; proinde tota *Venus* intra *Solem* conſpicietur ad *Gangis* ripas, per $7^h. 8'.42''$. Recte igitur poſuimus durationem fore $7^h. 8'$; cum pars minuti hic nullius ſit momenti.

Aptato autem calculo ad *Portum Nelſoni*, invenio, quod Sole jamjam occaſuro, diſcum ejus ſubitura ſit Venus; ſtatim vero ab ortu ejus exitura ab eodem; Loco illo interea per Hemiſphærium a Sole averſum de *c* ad *d* tranſlato, motu motui *Veneris* conſpirante. Mora igitur *Veneris* intra *Solem* diuturnior fiet ob Parallaxin, puta quatuor minutis; ut ſit omnino $7^h. 24'$. ſive 111 *grad.* æquatoris. Cumque Latitudo Loci ſit 56 *gr.* erit ut Quadratum Radii ad contentum ſub Sinubus $55\frac{1}{2}$ & 34 *grad.* ita *A B* $= 1', 02''$ ad *c d* $=28''. 33'''$. Ac calculo rite peracto conſtabit, circulum centro *c* radio *K L* deſcriptum rectæ *F H* occurſurum in *O*, ad $II^h. 12' 45''$, centro vero *d* deſcriptum ipſi *H G* in *P*, ad $IX^h. 36'. 37''$. Quocirca duratio Moræ ad *Nelſoni* portum erit $7^h. 23'. 52''$; major ſcilicet quam ad oſtia *Gangis* totis $15'. 10''$ temporis, Quod ſi *Venus* abſque Latitudine tranſierit, fiet dicta differentia $18'. 40''$; Si vero quatuor minutis

Solis


Limbus Solis Or.
Limbus Solis Occ.
Figura Veneris Solis Discum intrantis.
Figura Veneris exeuntis.
c B d
E e D
b C a
A
O F M
III
Via
IV visibilis Veneris
V infra
VI Solem
VII May 26. 1761
VIII Mane
IX
N G P
K
differentia Semidiam. Solis et Veneris. 3h. 48'. 3/8
L

Solis centro fuerit Borealior, ad 21′. 40″ augebitur eadem differentia, multo major futura aucta Planetæ Latitudine Borea.

Londini autem, ex prædictis Hypothesibus, consequitur *Venerem* jam tum infra *Solem* ingressam orituram; & ad 9h. 37′ mane, in Egressu *Solis* limbum interius contacturam; ac denique non nisi hora 9h. 56′, orbem ejus integrum relicturam esse.

Iisdem etiam Hypothesibus constat *Venerem* extremum *Solis* limbum Boreum quasi centro suo stringere debere, Anno 1769. *Maii* 23°. 11h. 00′, ita ut, ob Parallaxin, in Borealibus *Norwegiæ* partibus, tota intra *Solem* inocciduum apparere poterit: dum in litoribus *Peruviæ* & *Chili*, vix exiguo sui segmento cadentis *Solis* disco quasi inequitare videbitur; uti in Insulis *Moluccis* earumque vicinia, oriente *Sole*. Quod si Nodi *Veneris* retrocedere reperiantur (ut ob nuperas quasdam observationes suspicio est) tum toto corpore intra orbem *Solis* ubique conspicua, maxima harum Eclipseon differentia argumentum Parallaxeos *Solaris* præbebit adhuc multo luculentius.

Quomodo autem ex observatis alicubi apud *Indos* Orientales, anno 1761. Ingressu & Egressu *Veneris*, & cum Exitu ejus apud Nos observabili collatis, eadem Parallaxis derivari poterit; aptando scilicet angulos Trianguli specie dati in trium Circulorum æqualium circumferentias, alia occasione docebitur.

XII. My Micrometer is not as usually to be put into a Tube, but is to measure the Species of the Sun on Paper (of any *Radius*) or to measure any part of it. By this means, I can easily, and very exactly, with the help of a fine Thread, take the Declination of a Spot at any time of the Day; and by my half Seconds Watch and a fine cross Hair, I can measure the distance of the Spots from the Sun's Eastern or Western Limb.

To use the Micrometer in Solar Observations, by Mr. Derham, *n.* 288. *p.* 1505.

This cross fine Hair should be set, not (as usually) at the exact focal distance from the Eye-Glass, but a little out of that distance, nearer the Object Glass, because the Shadow of the Star will thereby be much narrower, and appear more strong cross the Species of the Sun receiv'd on the Paper, which I observe, because it may be of good use in taking the Sun's Altitude, measuring his Diameter, *&c.*

XIII. *June* 15. 1703. between 4 and 5 *P. M.* I saw a Spot in the Sun, by placing a white Paper so far behind the Telescope of 6 Feet, as to give the Image of the Sun 9 Inches Diameter; the Spot was in the lower Right-hand Quadrant of the Sun's Disk, its form almost round, inclining to an Ellipsis, it was distant from the Limb of the Sun about 6 or 7 Minutes, its Diameter I judg'd to be about 10 or 12 Seconds; a little before the Sun set, I saw the Spot with a 16 Foot Telescope, and could perceive it environ'd with a Mistiness. The 16th I saw the Spot again about 2 in the Afternoon, and found it advanc'd nearer the Western Limb of the Sun. The 17th was cloudy. The 18th *P. M.* a little be-

Spots in the Sun, by Mr. St. Gray, *n.* 288. *p.* 1502.

fore 5, I ſaw the Spot with the 16 Foot Glaſs through thin Clouds, and found it very near the Limb of the Sun, little more then ½ a Minute, 'twas much contracted in breadth, ſo as to be 4 or 5 times longer than broad. The 19th I look'd for it, but could not ſee it, ſo I conclude it was either gone off the Disk of the Sun, or if it adhered to the Limb, the great Tremulation of the Atmoſphere hinder'd me from ſeeing it.

June the 26, 1703. in the Evening I look'd to ſee whether there were generated any new Spots in the Sun, but found none; but on the 27th about half an Hour after 8 in the Morning, by receiving the Sun's Image on white Paper from the 6 Foot Glaſs, I ſaw a Spot near the Vertical of the Sun towards the lower Limb; betwixt 9 and 10 I elevated the 16 Foot Tube, the Clouds now being of a convenient thickneſs to let me ſee the Sun without Prejudice to my Eyes, and found that this Spot was of a triangular form, and that it was accompanied with 2 other leſſer ones, as is expreſt in Fig. 45. the ſides of the great Spot were curvilinear, this with 2 leſſer ones made an Equicrural Triangle; at 4 in the Afternoon the Triangular Spot had a ſmall Fragment ſeparated from it, and it ſelf was now become Elliptical, the Spot *b. d.* was much augmented, but the Spot *e.* diminiſhed, and become longiſh, as in Fig. 46. At half an Hour after 5 the Fragment from the great Spot was it ſelf divided into 2, and the Spot *c.* was ſo narrow, as ſcarce to be ſeen, as at Fig. 47. At 6 a Clock, and 30 Minutes there was a ſmall Fragment ſeparated from the lower end of the great Spot, as at Fig. 48. At 7 a Clock the Spot *b.* was much encreas'd, but *c.* was vaniſh'd; the Obſervations made this Afternoon with the 16 Foot Glaſs, were when the Air was clear, and ſo to ſecure my Eye, the Eye Glaſs was ſmoak'd with a Wax-Candle.

Plate 3.

The 28th about 7 in the Morning, I ſaw that the great Spot was much augmented, but the leſſer ones that Yeſterday attended it, were vaniſh'd, and that there were two new ones generated at about 1½ Minutes diſtance from the great one below, and towards the Left hand of it the great one was a parallelogram, with a very black diagonal croſſing it, ſee Fig. 49. At 10 a Clock there was another diagonal croſſing the former, and the two leſſer Spots which before were longiſh, had now taken a round form, the Spot *c.* being much larger than the other at *b.* Fig. 50.

Solar Spots by Mr. Derham, *ib. p.* 1504.

XIV. The two Circles, Fig. 51, 52, repreſent the Sun's Disk, and N. the Northern part thereof, S. the Southern, E. the Eaſtern, and W. the Weſtern part. The place of the Spots, and the manner of their Appearance every Day, is repreſented with the Day of the Month on the Sun's Disk. But although the Figures of the Spots are done pretty exactly, yet their places on the Sun are not ſo; for being unprovided with convenient Inſtruments for the purpoſe, I could not exactly ſet off their Delineations, nor their diſtances from the Sun's Limb, but was forc'd to repreſent them only as well as I could, by taking the Species of the Sun upon Paper through a Teleſcope, and ſo marking out their places.

The

The Spots ſeemed ſtrong enough to have laſted another, or more Revolutions, but none have been viſible ſince the ſixth of this Month, on which Day I think I had a glimpſe of one on the Sun's Weſtern Limb, about 7 of the Clock in the Morning.

The Appearances of the Spots being in the Figures above ſet with every Day of the Month, I need ſay but little, only take notice of a few things that the Figures do not ſo well expreſs.

The Spot in Fig. 51. was as repreſented, *viz.* firſt round and ſtrong, afterwards long, and with a *Nucleus*. The very ſame Spot (I doubt not) I ſaw again on the Sun's Eaſtern ſide on *July* 5, but very faint, ſmall and long (as in Fig. 52.) ſo as to be but juſt diſcernible. On *July* 6 it quite diſappeared, both through my Tubes, and on Paper, which is better. *Plate* 3.

The Spots in Fig. 2. had theſe remarkable Appearances and Variations. On *June* 28. viewing the Sun towards Evening, I eſpy'd a large ſtrong dark Spot, with two or more glaring *Nubeculæ* behind it, ſomewhat like the Repreſentation in the Figure. Theſe the next Day were become four ſtrong dark Spots, the foremoſt with a Tail to it, conjoyning the little Spot next it, as in the Figure. On *June* 30. I ſaw Spots, but it being a cloudy Morning, and I abſent from my Tubes in the Afternoon, the Repreſentation of them in the Figure is not exactly as they were. *July* 4. between two long Spots appeared ſomething like a round *Nubecula*, as in the Figure. The reſt as in the Figures.

The ſingle Spot in *June* may be ſeen to have paſſed above half over the Disk before I had notice of it. And that or ſome others were, I hear, ſeen in *May*; but I ſaw them not.

XV. On *Saturday, May* 15. 1703. As I was obſerving the Setting of the Sun, in order to examine my Clocks, there appeared two Suns, the Mock Sun ſeemed above the real one, which was then only five degrees above the Horizon. Whereupon I took a good 7 Foot Teleſcope, with a ſmall Aperture, and ſoon diſcovered a Solar Spot near the Sun's Center, which I deſigned to obſerve more exactly the Day following, but it proved Cloudy. *May* the 16th, *Sunday* no Sun-ſhine. —— *by Captain* Stanyan. *n.* 294. *p.* 1756.

Monday the 17th, at Six a Clock in the Morning I took the ſame Teleſcope, armed with a clouded Eye-glaſs, and immediately perceived that the Spot was advanced conſiderably towards the Sun's Weſtern Limb; it ſeem'd of a ſtrong conſiſtence, very Compact, reſembling a Face, and was diſtant by Noon from the Anteriour Limb of the Sun's Disk 61 Seconds of Time. See Fig. 54.

Tueſday the 18th, at Noon I found the Spot diſtant from the preceeding Limb 46 Seconds of Time. Fig. 54.

Wedneſday the 19th. At Noon I obſerved the Solar Spot to be moved within 33 Seconds of Time of his Weſtern Limb. Fig. 54.

Thurſday the 20th, at Noon the Spot was arrived within 21 Seconds of Time of the preceding Limb, and moving nearly in a ſtraight

Line: interfecting the Parallel of Declination paffing through the Sun's Center. Fig. 54.

Friday the 21ft, we had no Sun-fhine.

Saturday the 22d, at feven a Clock in the Morning I obfervedthe Solar Spot was advanced very near the Limb of the Snn's Disk. Fig. 54.

Sunday May 23d, at 6 in the Morning I faw the Spot, which by that time was gotten to the very edge of the Sun's Disk, refembling a barley Corn, lean and flender, and of a duskifh Colour, wanting only its own fhorteft Diameter of the Sun's Limb. At 8 a Clock I obferved it again: Alfo at 10, and at 12. At 2 I perceived it was flid into the very Circumference, and hardly Vifible, had I not had an Eye upon it all the Day long. At Four I examined the Sun's Body with my Eighteen Foot Glafs, which is a good one, but could not perceive the leaft Glimpfe of it; fo that about Three in the Afternoon it totally difappeared. Fig. 54.

On *Tuefday, June* 3. 1703. about fix in the Evening, I obferved with my Eighteen Foot Glafs four Spots in the Sun's Disk, environ'd with a Miftinefs, thicker on the Right-Hand than on the Left, fituated in the upper Left-Hand Quadrant, about the 12 part of the Sun's Diameter diftant from his neareft Limb. From the Cloud about them proceeded both ways five long curve Rays, of a yellower Colour than the Sun's Body. Thefe Spots I could never fee more, though I watch'd them for feveral Days together. Fig. 55.

On *Monday, June* the 7th. at three a Clock in the Afternoon I difcovered the fame Spot (to my thinking) that I faw go off the Sun's Disk on *May* the 23. re-entring the Sun's Face juft at the time and place that I expected it.

At four of the Clock, the Sun being extreamly clear, I mounted my Eighteen Foot Telefcope, through which the Spot appeared diftinct, but flender like a Spider, with an Elliptical Speckly Mift about it, and 5 or 6 light-coloured Streaks. It feem'd to me to be as it were divided near the Top, as in the Figure. Fig. 56.

Tuesday, June the 8th, at fix this Morning the Spot was very vifible, and I faw it trace again its former Path, coming in exactly where I expected; it kept its fhape, but thofe Lemon coloured Streaks difappeared, though it felf and the Mift about it grew bolder and broader vifibly, as it re-entred the Sun's Disk.

Wednefday, June the 9th, at five of the Clock this Evening, I obferved the Spot with the 18 Foot Glafs, but could not perceive it had altered its Shape, but advanc'd gradually over the Sun's Disk, as it had formerly done.

Thurfday, June the 10th, at Noon, the Sun fhining very bright, I had an Opportunity of being affured it was the fame Spot; I plainly faw it move over its former Path, and was then diftant from its neareft Limb 29 Seconds of Time. At five in the Evening I obferved its Shape (with my 18 Foot Tube) to be altered, appearing bigger and blacker than ever, as in the Scheme, Fig. 57.

Friday,

Friday, June the 11th was an ill Day for Obſervations. But I had a Sight on't with the 18 Foot Glaſs; it continued black and bold, as before.

Saturday, June the 12th, at 7 a Clock in the Morning, the Sun's Body being very clear, I ſaw the Spot through the 18 Foot Glaſs, retaining its former Shape.

Sunday, June the 13th, by this Day Noon the Spot was arrived at the ſame Point of the Sun's Disk that I found it in on *Monday* at Noon, *May* the 17th; which makes me inclinable to believe it was the very ſame Spot.

Monday, June the 14th, according to Rules received Yeſterday from Mr. *Flamſteed*, I meaſured the diſtance of the Spot from the next Limb of the Sun's Disk, which I found to be 45 Seconds of Time from the anteriour edge of the Sun's Body: And upon *Tueſday, May* the 18th, it was obſerved to be in the very ſame place of its Path, within a ſingle Second of Time. At 4 I obſerved it with my 18 Foot Glaſs, and perceived that it had altered its Shape, appearing as at Fig. 58. I received it on the Scheme, and it was diſtant from the preceding Limb 612 ſuch parts as the Sun's Semidiameter is 900.

Tueſday, June the 15th, at Noon the Solar Spot was diſtant 32 Seconds of Time from the leading Limb of the Sun's Disk, and covered the very place where the ſame Spot had been obſerved on *Wedneſday* the 19th of *May*.

Wedneſday, June the 16th, No Sun-ſhine.

Thurſday, June the 17th, No Sun-ſhine.

Friday, June the 18th, At Noon I obſerved the Solar Spot waxing very ſlender, but, notwithſtanding that, it was black and bold to appearance, the Miſtineſs about it on the Right-Hand perceivable, and that on the Left grown ſlender, in proportion with the Spot it ſelf, and found it diſtant 5 Seconds of Time.

Saturday, June the 19th, At 5 this Morning, it being clear Weather, I ſaw the Spot diſtinctly with my 7 Foot Tube: At 9 a Clock I mounted my 18 Foot Glaſs, obſerving once in half an Hour all the Morning: At 12 I perceived that all the Cloud or Miſty Matter that uſed to ſurround the Spot was inviſible, and the Spot it ſelf reduced to little or no Breadth, in Compariſon to what it had been towards the Sun's Center, and ſo cloſe to the Limb of the Disk, that I could only perceive a ſmall Streak of the Sun's Light between it and the Limb of the Sun's Body; at two a Clock I could juſt perceive it, but grown extreamly ſlender.

The firſt Revolution I ſaw the Spot half in the Circumfererence of the Sun's Limb at two a Clock on *Sunday, May* the 23d: And the ſecond Revolution I juſt perceived it with the eighteen Foot Glaſs, at half an Hour after two a Clock, on *Saturday* the 19th Day of *June*.

On *Sunday, June* the 27th, about ſix a Clock in the Evening, I obſerved ſeveral Spots in the Sun's Disk, but had not the Conveniency to uſe my longeſt Teleſcope, becauſe of ſome Trees that were in my way

way to Weſtward, ſo that I made no Obſervation till the *Tueſday* following.

Tueſday, *June* the 29th, about ſeven in the Morning I counted ſixteen remarkable Spots in the Sun's Body, and near his Center they appeared as in the Figure, through the eighteen Foot Glaſs; then I took my ſeven Foot Teleſcope and Frame, and obſerved that the foremoſt Center of ſix that looked on the Paper as one Spot, was diſtant from the Sun's Anteriour Limb eighty one Seconds of Time, and the laſt Cluſter 87.

Fig. 59.

This Day the foremoſt Spot was diſtant from the following Limb, according to the Path of the Spot, juſt fifty five Seconds of Time. The Sun's Diameter was always 136 Seconds in the Tranſit, and the Spot was 126: So that the Spots Path was ten Seconds ſhorter than the Sun's Diameter.

Wedneſday, *June* the 30th, At Eight a Clock this Morning, obſerving the Solar Spots with my eighteen Foot Teleſcope, I perceived very plainly that they had wonderfully increaſed in Number, and ſtrangely changed their places. The Cluſter of ſeven Spots ſeemed to me to move gradually, as the ſingle Solar Spot did in *May*, but the Cluſter 4 went too faſt forward, the twelve Spots without a Miſt about them ſtraggled all manner of ways, and the nine Spots and the five black little ones went backward, and unbent it ſelf at the ſame time as it were into a ſtreight Line. I am apt to believe it went backward, as that the other went too faſt, or faſter than ordinary forward, for in twenty four Hours the foremoſt Cluſter advanced twenty one Seconds of Time, which is more by ſix Seconds than ever the ſingle Spot moved in that Time, even when neareſt the Sun's Center; and the diſtance in time between the firſt and the laſt Cluſter this Day, was greater by three Seconds than the Day before.

Fig. 60.

The foremoſt Cluſter of four Spots was diſtant from the advancing Limb of the Sun ſixty Seconds of Time.

At half an Hour paſt four, the advancing Cluſter paſs'd the Interſection in fifty five Seconds of Time, after the Sun's foremoſt Limb had paſſed Conformable to the Spots Path; and the laſt Spot paſſed in ſixty three Seconds of Time, the laſt Limb paſſing the Interſection, according to the Path of the Spot, in a hundred and twenty ſix Seconds of Time, the Sun's largeſt Diameter paſſing in a hundred and thirty ſix Seconds, the Spots by this time appeared ſtrangely black, and of very odd Shapes, as in the upper part of the Circle.

Thurſday, *July* the Firſt, At eight a Clock in the Morning I obſerved the Solar Spots with my eighteen Foot Teleſcope, the Weather being good, and ſaw that they rang'd themſelves in reſpect of one another, as is repreſented in the upper part of the Scheme: The leading and largeſt Spot being diſtant from the anteriour Limb forty four Seconds of Time, the laſt Cluſter lying a little awry, paſs'd in fifty three Seconds: After the Anteriour Limb ſo done, the following Limb

Fig. 61.

alſo

alſo paſs'd the Interſection, according to the Path of the Spot, in 125 Seconds of Time.

Friday,
Saturday, } No Sun-ſhine.

Sunday, July the 4th, This Morning at Eight a Clock the Leading Spot was diſtant from the advancing Limb ten Seconds of Time, the Spots and Cluſters retaining nearly the ſame Shape, but beginning to Contract themſelves, the foremoſt methought look'd ſtrong enough to make another Revolution, and paſs'd in 127 Seconds.

Monday, July the 5th, At ſeven a Clock I found the Spots had quite alter'd their Shape, appearing dull and ſlender, as in the lower part of the Scheme, and diſtant about four Seconds, being all included in a Cloud.

Tueſday, July the 6th, At ten a Clock the Sun's Disk, view'd with my eighteen Foot Teleſcope, was found clear of all Spots.

On the ſeventeenth Day of *July*, about four a Clock in the Afternoon I obſerved ſome Spots in the Sun's Body, reſembling thoſe I ſaw on *Thurſday* the third of *June*, only with this difference, that theſe appeared to me as if they had been heated red hot; they ſeemed to be in the ſame part of the Sun's Disk. I obſerv'd them above an Hour together that Day, but could never afterwards ſet Eye on them, nor diſcover whether they were coming in, or going off his viſible Disk. I continued to obſerve the Sun, as often as was poſſible, with my eighteen Foot Glaſs, till the end of the Month, but without farther Succeſs.

A Table of all the Spots *and* Fæculæ *on the* Sun, *at* Upminſter, *ſince* July 1703.

1703. *Octob.* 9 10 11 *Nov.* 19 22 1704. *Jan.* 16 17 18 19 21 22 23 *Jan.* 30. *Feb.* 23 25 *Mar.* 7 8 9	*March* 10 11 13 *April* 11 12 13 *May* 1 * 11 *June* 23. *none* *Some* 24 *Vaniſhed* 25 *July* 18 20 21 * 23 *Sept.* * 10 *nothing* 14 18 * 21 *Nov.* 17 18	*Nov.* 21 *Dec.* * 2 1705. *Jan.* 1 2 3 5 * 25 *Feb.* * 19 *March* 14 16 *April* 1 *May* 5 6 7 8 * 10 * 22 * 23 *June* 22 23	*June* 24 26 27 28 30 *July* * 1 * 3 24 *Sept.* 30 *Octob.* 2 3 5 6 7 25 26 30 31 *Nov.* 2 4 * 21	1706. *Feb.* 7 *Mar.* * 7 27 30 *April* 2 *Vaniſhed* 3 *June* 7 8 *July* 24 25 *Sept.* 4 5 6 7 8 10 *Faint* 11 *Extinct* 12 *Oct.* * 29 *Nov.* 5	*Faint* 6 * 8 28 29 30 *Dec.* 1 2 3 4 5 * 22 * 31 1707. *Feb.* 14 15 16 18 24 *March* 6 9 11	*March* 12 14 18 21 *Jun.* * 29 *Extinct* 30 *July* 1 *Languid* 2 *Scarce viſible* } 4 *More viſible* } 5 *Extinct* 6 *Appears* 8 * 10 *Aug.* * 31 *Sept.* * 12 16 *Spot* & 17 19 21 27	*No Spot nor* * 28 *Octob.* 31 *Nov.* 1 4 8 10 15 16 17 18 19 20 22 N.B. *This* Nov. 15. *another Spot aroſe on the Eaſtern ſide of the Disk, whilſt this was on the Weſtern.*

XVI. *Spots in the Sun, by Mr.* Derham, *n.*330. *p* 270.

In this Table the *Faculæ* are noted with an Aſteriſk; and the Duration of every Appearance of the ſame Spots or *Faculæ*, or the time they diſappeared, with a Line.

As to the Figure of the Spots. They are well known to change frequently; and therefore I think it of little uſe to give their Figures every time I obſerv'd them. But it is ſomewhat remarkable, that the Spots generally appear longiſh near the extream Parts of the Disk. If they are never ſo round near the middle of the Disk, they become longer and longer towards the Extremes, till (at going off) they ſeem to be nearly a ſtraight Line, nearly parallel to the Sun's Limb. Which is a manifeſt Argument, that the Sun is a Globe, and that theſe Spots are on, or very near its Surface.

Another thing remarkable is, The Mutability of the Shape of the Spots. I have more than once manifeſtly perceived them to change in the very time I have been looking upon them. Thus *Nov.* 19. 1703. I ſaw three or more Spots not far off the middle of the Disk; and whilſt I was looking upon them, they ſeemed to vary, both as to their Shape and Strength; ſometimes ſeeming longer, ſometimes ſhorter; ſometimes ſpiſs, ſometimes languid. And this they ſeemed to do, not only

only through my 16 Feet Tube, (which I thought at firſt was from the different Diſpoſition of my Eye) but alſo when I received the Sun's Image through a ſix Feet Teleſcope, on a white Paper, in a darkened Room. Theſe mutable Spots the Weather hindred me from ſeeing again till *November* the 22d, following; and then they were become only like a thin Smoak, or *Nebula*.

So again *April* 11. 1704. there were divers Spots with *Umbræ* about them. Theſe *Umbræ* or *Nebulæ* I could plainly perceive, whilſt I was looking on them, to be ſometimes very faint and thin, and ſometimes much darker and thicker. Theſe *Maculæ* and *Umbræ* I obſerved ſuddenly brake out in the Sun: For, on *April* 9. the Disk was free. But this *April* 11, laſt mentioned, I perceived them advanced near a quarter part on the Disk: And conſequently they brake out in the Sun within 48 Hours before. On *April* 13. the *Spots* were become *Umbræ*, in the Morning; and at 4 of the Clock in the Afternoon, there were no Remains of either *Maculæ* or *Umbræ*.

From this ſhort Continuance of theſe Spots on the Sun, it is more than probable, they were in a perpetual Flux and Change; and that thoſe Mutations which I perceived in them, whilſt I was looking on them, were real, not imaginary.

Alſo it may be farther remarked, (which I have frequently obſerved, and which as I remember *Scheiner* obſerved long ago.) That thoſe *Spots* and *Umbræ* which ſuddenly ariſe, do as ſuddenly decay, and are ſoon extinct. And ſuch Spots, I have farther obſerved, do ſeldom turn to *Faculæ*, as they commonly do when longer on the Sun, as I ſhall obſerve by and by.

Again, *May* 5. 1705. I could perceive two Spurs or Branches (running from a Spot) to change, and be ſometimes darker, ſometimes thinner.

380	0	31	620	190	1	5	23	440	1	6	58	690	1	6	10	940	1	6	40
400	0	22	600	200	1	5	39	450	1	6	40	700	1	6	28	950	1	6	23
420	0	14	580	210	1	5	55	460	1	6	20	710	1	6	46	960	1	6	8
440	0	8	560	220	1	6	11	470	1	6	2	720	1	7	2	970	1	5	54
460	0	4	540	230	1	6	26	480	1	5	45	730	1	7	17	980	1	5	37
480	0	2	520	240	1	6	43	490	1	5	26	740	1	7	33	990	1	5	22
500	0	0	500	250	1	7	0	500	1	5	9	750	1	7	46	1000	1	5	9

The use of the foregoing Tables. The Eclipses of the first Satellite of *Jupiter*, as has been already said, afford the best means of determining the Longitude of places on the Land, where Telescopes of a convenient length may be used; thirteen of these Eclipses happening every 23 Days; but it is requisite that the Observer know near the matter when these Opportunities offer themselves, least on the one Hand he let them slip, or else grow weary by a too long Attendance on them.

Those therefore who are curious to observe them, may readily compute the times of the Immersions or Emersions of this Satellite, and that with great Exactness, by the following very short Precepts, which admit of no Exception or Caution, *viz.*

Out of the first Table take the *Epoche* for the Year, with its corresponding *Numb. A.* and *Numb. B*; and to them add, out of the Tables of Months, the Day, Hour, Minute and Second, nearest less than the time of the Eclipse you seek for, together with its *Numb. A* and *B*: the Sum of the Times is the mean time of the middle of the Eclipse. 2. With *Numb. A.* thus collected, take out the first Æquation of the Conjunctions; as also the Æquation of *Numb. B.* always to be added to *Numb. B.* before found. 3. With *Numb. B.* so equated, take out the second Æquation of the Conjunctions; and in the last Table, the third Æquation, as also the Semi-duration of the Eclipse answering to *Numb. A.* 4. To the mean time of the middle of the Eclipse, add all those three Æquations; the Sum shall be the true equated time of the middle of the Eclipse sought. 5. If *Numb. B.* equated be less than 500, substract the Semiduration, and you will have the time of the Immersion, or if it be more than 500, adding the same, it will give the time of the Emersion.

But Note, the times thus found are equal time, still to be reduced to the Apparent: and that in the *Bissextile* Year, after *February*, one Day is to be deducted from the Day of the Month.

The less skilful may perhaps be pleas'd with an Example or two, which may serve them to imitate. Let it be required to find the time of the Immersion of this Satellite into *Jupiter*'s Shadow, *November* the 9th 1719. in the Morning. The Work stands thus,

	D.	h.	′	″	Nu. A.	Nu. B.	
1719.	1.	6.	11.	13	872	396	
Novemb.	7.	11.	53.	29	72	776	
Conj. Med.	8.	18.	4.	42	944	172	
Æquat. I.			51.	53		10	Æq. B.
Æquat. II.			10.	26			
Æquat. III.			3.	26		182	B. Æquat.
	8.	19.	10.	27			
		1.	6.	33	*Semidur. Sub.*		
Novemb.	8.	18.	3.	54			

So

So that by this *Calculus*, on the ninth of *Novemb.* at 4 Minutes after 6 in the Morning, equal Time, may be ſeen the *Immerſion* of this Satellite into *Jupiter*'s Shadow.

Another Example ſhall be of the *Emerſion* on the fifth of *April* 1720, *viz.*

	D.	H.	′	″		Nu. A.	Nu. B.	
1720.	0.	20.	22.	40		956	310	
April	4.	13.	44.	22	Biſs.	22	244	
Conj. Med.	5.	10.	07.	02		978	554	
Æquat. I.			44.	13			13	Æq. B.
Æquat II.			0.	45			567	B. Æquat.
Æquat. III.			3.	29				
		1.	5.	40	*Semidur. Add.*			
April	5.	12.	01.	09				

Hence it appears that at one Minute after Midnight following the fifth of *April*, equal Time, will happen the Emerſion required. Nor do we doubt but that the Event will very nearly anſwer.

We have learnt, by the Experience of many Years Obſervation, that the ſecond inequality of this Satellite proceeds from the progreſſive Propagation of Light, and is common to all the reſt of the Satellites; Light being found to proceed in about ſeven Minutes of time as far as from the Sun to the Earth, whether with an equable Motion or otherwiſe is ſtill a Queſtion. For this reaſon we have added a *third Æquation*, whereby to account for the greater diſtance of *Jupiter* from the *Earth* in *Aphelio* than in *Perihelio*, as the *ſecond Æquation* anſwers to the greater diſtance of the Planet when near the Conjunction of the Sun, than when near his Oppoſition.

Tranſit of Mars, *near a Fixt Star, n.* 351. *p.* 548.

XXXVIII. *Februarii* Quinto Mane, vel Quarto 16h. 1717. *Mars* viſus eſt adeo vicinus Boreæ Frontis Scorpii ut ea nudis oculis non conſpiceretur; ſed per Teleſcopium inventa eſt ſupra & ad ortum, adeoque *Mars* nondum ei conjunctus. Hora 16h. 10′. T. app. *Mars* erat in recta cum Borea frontis & Teleſcopica quæ eam ſequitur ad Boream, ad diſtantiam octo circiter minutorum 16h. 35′. *Mars* intermedius erat in recta cum Borea & Media Frontis; & poſt horæ quadrantem, cum Auſtrina Frontis, ita ut 16h. 54′. T. app. æſtimabatur Conjunctio ipſa quoad Longitudinem, quo tempore *Mars* ſat accurate duobus tantum minutis auſtralior erat ſtella. Obſervavit etiam D. *Pound* Conjunctionem reſpectu Aſcenſionis Rectæ 17h. 25′. T. app. cum diſtantia centrorum 2′. 07″. Jucundum autem erat ſpectaculum, *Martem* videre ſtellam pedetentim aggredientem, motumque ſuum, lentiſſimum licet, manifeſte prodentem.

Conferatur cum hac Obſervatio *Horroxii* noſtri anno 1638. *Februarii* Septimo mane, quam vide in Epiſtolis ejus pag. 304. Tunc enim *Mars* ad eandem ſtellam appulſus, etiam multo propius ad eam acceſſit, ſed ante ortum ejus præterierat Conjunctio.

His adde *Saturni* obſervationem *Januarii* 25to. $12^h. 25'$. T. æq. a D. *Pound* habitam. Cum Planeta diſtabat a ſtella 58va. *Virginis Catal. Brit.* $13'. 16''$. verſus Auſtrum, eamque ſequebatur $2'. 30''$. Aſc. Rect. Stellæ in ♒ $19. 21'. 52''$. cum lat. Bor. $2°. 47'. 25''$.

The Cauſe of the Appearance of Venus, *for many Days together in the Day time, by* Dr. Halley, *n.*349. *p.*456.

XXXIX. The Appearance of *Venus* in the Day-time, in the Summer, 1716. generally taken notice of about *London* and elſewhere, was by ſome reckoned to be prodigious. This put me upon the Enquiry, how it came to paſs that at that time the *Planet* ſhould be ſo plainly ſeen by Day, whereas ſhe rarely ſhews her ſelf ſo, unleſs to thoſe who know exactly where to look for her. To reſolve this, the following Problem aroſe, *viz.* To find the Situation of the *Planet* in reſpect of the *Earth*, when the *Area* of the illuminated part of her Disk is a *Maximum.*

To inveſtigate this *Maximum*, I found it requiſite to aſſume the following *Lemmata*. I. That the viſible *Areas* of the Disk of the ſame *Planet*, at differing Diſtances, are always reciprocally as the Squares of thoſe Diſtances; which is evident from the firſt Principles of *Opticks*. II. That the *Area* of the whole Disk of the *Planet* is to the *Area* of the illuminated part thereof, as the Diameter of a Circle to the Verſed-Sine of the exteriour Angle at the *Planet*, in the Triangle at whoſe Angles are the *Sun*, *Earth*, and *Planet*. III. That in all plain Triangles, four times the Rectangle of the Sides containing any Angle, is to the exceſs of the Square of the Sum of the Sides above the Square of the Baſe, as the Diameter is to the Verſed Sine of the Complement of the contained Angle to a Semicircle, which I call the exterior Angle: This is a new *Theorem* of good uſe in *Trigonometry*, and eaſily proved from the 12th and 13th of the II. *Elem. Euclid.*

This premiſed, putting m for the Diſtance of the *Sun* and *Earth*, and n for that of the *Sun* and *Venus*, and x for the diſtance of the *Earth* and *Venus*, or the third ſide of the Triangle which we ſeek; by the third *Lemma*, $4nx$, will be to the exceſs of the Square of $n+x$, above the Square of m, as the *Area* of the whole Disk of *Venus* to the *Area* of the part illuminated; and by the firſt *Lemma*, the *Area*'s of her whole Disk are at all times as the Squares of x reciprocally; whence the Quantity $\frac{nn+2nx+xx-mm}{4nx^3}$ will in all Caſes be proportional to the *Area* of the illuminated part.

Now that this ſhould be a *Maximum*, it is required that the Fluxion thereof be equal to 0, or that the Negative parts thereof be equal to the Affirmative, that is, that $\overline{2n\dot{x}+2x\dot{x}}\times 4nx^3 = 12nx^2\dot{x}\times\overline{nn+2nx+xx-mm}$; and dividing all by $4nx^2x$, the Equation becomes

comes $2nx+2xx=3nn+6nx+3xx-3mm$. Conſequently $3nn+4nx+xx=3mm$, and therefore $x=\sqrt{3mm+nn}-2n$.

From hence a ready and not inelegant Geometrical Conſtruction (if I may be allowed to ſay ſo) becomes obvious; for with the Center *S* and Radius *S T*$=m$, deſcribe the Semicircle *T D A*; and with the ſame Center and Radins *S E*$=n$, the Semicircle *E V B*; which two Semicircles ſhall repreſent the Orbs of the *Earth* and *Venus*. Make the Chord *A D* equal to the Radius *S T*, and from *D* towards *A*, lay off *D F*=*S E*; draw *T F*, and thereon place *F G*=*B E*$=2n$; and with the Center *T*, and *Radius T G* deſcribe the Arch *G V*, cutting the Semicircle *B V E* in *V*; and draw the Lines *S V*, *T V*. I ſay the Triangle *S T V* is Similar to that at whoſe Angles are the *Sun*, *Earth* and *Venus*, at the time when the *Area* of the enlightned part of that Planet's Disk, as ſeen from the *Earth*, is greateſt. How this Geometrical Effection follows from the Equation is too evident to need Repetition. *Fig.* 5. *Plate* 4.

In conſequence of this Solution, I find this *Maximum* always to happen, when the Planet is about forty Degrees diſtant from the *Sun*; and the times thereof, about the middle between her greateſt Elongations on both ſides from him, and her retrograde Conjunctions with him; when little more than a quarter of her viſible Disk is luminous, and reſembling the Moon of about five days old; and notwithſtanding that her Diameter is at that time but 50 Seconds, yet ſhe ſhines with ſo ſtrong a Beam, as to ſurpaſs the united Light of all the Fixt Stars that appear with her, and caſts a very ſtrong Shade on the Horizontal plain whereon they all ſhine: an irrefragable Argument to prove that the Disks of the fixt Stars are unconceivably ſmall, and next to nothing; ſince ſhining with a native Light, ſo many of them do not equal the reflex Light of one quarter of a Disk of leſs than a Minute diameter.

In this Situation *Venus* was found in *July* laſt, on the tenth day, about which time, when the *Sun* grew low, ſhe was very plainly ſeen in the day-time, for many days together; as ſhe might have been in the Mornings, about the latter end of *September*. But this ariſing from the Cauſes we have now ſhewn, is nothing uncommon; for every eighth Year it returns again, ſo that the Planet may be ſeen on the ſame day of the Month and Hour, very nearly in the ſame place; as all acquainted with the Heavenly Motions muſt know.

Laſtly, it may not be amiſs to note that the Equation $x=\sqrt{3mm+nn}-2n$ has a Limit; for if n be equal to $\frac{1}{4}m$, the point *V* will fall on *B*; and the whole Disk of a Planet at that diſtance from the Sun would be the *Maximum*, *viz.* when in its ſuperior Conjunction with the *Sun*. And the like if n were leſs than $\frac{1}{4}m$; the Arch *G V* in ſuch Caſe not interſecting the Semicircle *B E*.

XL. Veteres *Ægyptii* & *Chaldæi*, ſiqua fides *Diodoro Siculo*, longa obſervationum ſerie inſtructi, Cometarum ἐπιτολὰς prænuntiare valuerunt. Cum autem iiſdem artibus etiam Terræ motus ac tempeſtates prævidiſſe dican- *The Aſtronomy of Comets, by Dr.* Halley, *n.* 297. *p.* 1882.

dicantur, extra dubium eſt Aſtrologiæ potius calculo fatidico, quam Aſtronomicis motuum Theoriis eorum de his rebus ſcientiam referendam eſſe. Ac vix alia a Græcis utriuſque populi victoribus reperta eſt apud eos doctrina; adeo ut eam, quam nunc eouſque proveximus Aſtronomiam, Græcis ipſis, præſertim magno *Hipparcho*, uti inventoribus, acceptam debeamus. Apud hos vero *Ariſtotelis* ſententia, qui Cometas nihil aliud eſſe voluit quam Vapores ſublunares vel etiam Meteora aërea, tantum effecit, ut hæc Aſtronomicæ ſcientiæ pars longe ſubtiliſſima omnino neglecta manſerit, cum nemini operæ pretium viſum fuerit, vagas & incertas fluitantium in æthere vaporum ſemitas adnotare ſcriptiſque mandare; unde factum ut ab illis nihil certi de motu Cometarum ad nos tranſmiſſum reperiatur.

Seneca autem Philoſophus, perpenſis duorum inſignium ſui temporis Cometarum Phænomenis, non dubitavit iis loca inter corpora cœleſtia aſſignare, Sydera eſſe cum mundo duratura exiſtimans, quanquam Motus eorum legibus nondum compertis regi fateatur. Tandemque Vaticinio non irrito promittit aliquando futura ſecula, quibus hæc tam occulta *dies extraheret ac longioris ævi diligentia*: quibuſque admirationi foret hæc *Veteres* neſcire potuiſſe; poſtquam *Demonſtraverit aliquis* Naturæ Interpres *in quibus Cœli partibus Cometæ errent, quanti, qualeſque ſint*. Ab hac autem *Senecæ* ſententia in diverſas partes abiit pene omnis Aſtronomorum Cohors; ac ipſe *Seneca*, neque Phænomena Motus quibus opinionem hanc tueretur, neque tempora adſcribere dignatus eſt, quæ poſteris ad hæc definienda uſui forent. Ac evolutis plurimis Cometarum Hiſtoriis, nihil omnino invenio quod huic negotio inſervire poſſit, ante annum a *Chriſto* nato 1337. quo *Nicephorus Gregoras* Hiſtoricus & Aſtronomus *Conſtantinopolitanus* nobis Cometæ ſemitam inter fixas ſatis accurate deſcripſit: tempora autem nimis laxe conſignavit, ita ut non niſi quod abhinc quadringentis pene Annis apparuerit, lubricus & incertus hic Cometa Catalogo quem damus inſeri mereatur. Dein Cometa anni 1472 omnium velociſſimus ac terris proximus *Regiomontanum* habuit obſervatorem. Hic magnitudine ac Coma terribilis, unius diei ſpatio 40 gradus ſub circulo Cœli maximo emenſus eſt, ac omnium primus eſt de quo obſervata idonea ad nos pervenere. Quotquot autem Cometas conſiderarunt, uſque ad tempora *Tychonis Brahe* magni illius Aſtronomiæ reſtauratoris, eos ſublunares eſſe autumarunt, adeoque parvi penderunt, utpote pro Vaporibus habitos.

Anno autem 1577, (*Tychone* jam ſtudio aſtrorum ſerio incumbente, comparatiſque Machinis ingentibus pro dimetiendis cœli arcubus, majori cum cura & certitudine quam Veteribus ſperare fas erat) Emerſit Cometa ſatis conſpicuus, cui obſervando ſtrenue ſeſe accinxit *Tycho*: multiſque & fidis experimentis deprehendit, nulli quæ ſentiretur Parallaxi diurnæ obnoxium fuiſſe, adeoque non tantum non fuiſſe Vaporem aereum, ſed & etiam multo ſuperiorem extitiſſe Luna: immo nihil obſtabat quin inter ipſos Planetas collocaretur; fruſtra interim contra obſtrepentibus Scholaſticorum nonnullis.

Tychonis

Tychonis vero eximiam in obſervando induſtriam excepit *Kepleri* ſagaciſſimum & pene divinum ingenium. Hic *Tychonis* laboribus fretus Syſtema Mundi verum & Phyſicum adinvenit, ac ſcientiam Aſtronomicam in immenſum auxit; Monſtrato ſc. Planetas omnes in Planis per Solis centrum tranſeuntibus revolvi, Curvaſque Ellipticas deſcribere, ea lege, ut Areæ Sectorum Ellipticorum, ad centrum Solis in Ellipſeos foco conſtituti, temporibus, quibus deſcribantur arcus, ſemper proportionales ſint. Invenit etiam Diſtantias Planetarum a Sole eſſe in ſeſquialtera ratione temporum periodicorum, ſive Cubos diſtantiarum eſſe ut Quadrata Temporum. Tanto autem Artifici affulſere duo Cometæ, quorum alter maxime illuſtris. Ex horum obſervatis concluſit *Keplerus* non uno parallaxis annuæ indicio, Cometas inter Orbes planetarum liberrime quaquaverſum ferri, motu quidem non multum a rectilineo diverſo, ſed quem nondum definire licuit. Ac *Hevelius*, *Tychonis* æmulus, *Kepleri* veſtigiis inſiſtens, eandem Hypotheſim Motus rectilinei amplexus eſt, ipſe plurium Cometarum Obſervator perquam ſubtilis. Cœlo tamen Calculum ſuum non penitus conſentire queſtus eſt, Viamque Cometicam verſus Solem incurvari ſuboluit.

Tandem de ſummo Cœlo lapſus eſt prodigioſus ille Cometa Anni 1680. quaſi Caſu perpendiculari Solem petens, & exinde pari velocitate aſſurgens: Hic per quatuor Menſes continuos viſus, inſigni ac peculiari Curvitate Orbitæ ad inveſtigationem Motus Theoriæ præ cæteris idoneus erat: Inſtructis autem jampridem Regiis Obſervatoriis, *Pariſienſi* & *Grenovicenſi*, ac Aſtronomorum Clariſſimorum curæ commiſſis, accidit ut hujus Cometæ Motus apparens, quantum forſan mortalibus fas eſt, accuratiſſime a *Caſſino* & *Flamſtedio* obſervaretur.

Non multo poſt, dum Geometrarum Princeps illuſtriſſimus *Newtonus* operam dabat *Principiis Philoſophiæ Mathematicis*; non ſolum Inventa *Kepleri* in Syſtemate Planetario neceſſario locum habere demonſtravit, verum etiam Cometarum Phænomena omnia ex iiſdem Principiis evidenter conſequi. Id quod exemplo prædicti Cometæ anni 1680 abunde illuſtravit, modumque docuit Geometrice conſtruendi Orbitas Cometarum; Problemaque arduum ac tanto Oedipo dignum ſumma cum omnium admiratione reſolvit. Cometam autem hunc in orbe parabolico Solem circumiſſe probat, ita ut Areæ ad Centrum Solis æſtimatæ Temporibus proportionales fuerint.

Tanti viri veſtigia inſecutus eandem methodum calculo Arithmetico accommodare aggreſſus ſum, nec irrito Conamine. Undique enim conquiſitis Cometarum Obſervationibus, Tabellam hanc, immenſi pene Calculi fructum, obtinui, exiguum quidem ſed non ingratum Aſtronomis munus. Hi etenim numeri vim habent omnia quæ de motu Cometarum hactenus obſervata ſunt accuratiſſime repræſentandi, ope ſolius Tabulæ Generalis inſequentis, cui adornandæ nullis ſane peperci laboribus, ut perfecta prodiret, utpote Poſteritati conſecrata, ac cum Scientia Aſtronomica duratura.

Come-

Cometarum Omnium hactenus rite Observatorum, Motuum in Orbe Parabolico Elementa Astronomica.

Cometæ Anni.	Nodus Ascend.	Inclin. Orbitæ.	Perihelion in Orbe.	Perihelion in Ecliptica.	Latitudo Perihelii.	Distantia Perihelia a Sole.	Log. dist Periheliæ à Sole.	Temp. æquat. Perihelii Londini.
	gr. ′ ″	gr. ′ ″	gr. ′ ″	gr. ′ ″	gr. ′ ″			die. h. ′
1337	♊ 24. 21. 0	32. 11. 0	♉ 7. 59. 0	♉ 12. 45. 15	22. 40. 30 B	40666	9. 609236	*Junii* 2. 6. 25
1472	♑ 11. 46. 20	5. 20. 0	♉ 15. 33. 30	♉ 15. 40. 20	4. 25. 50 A	54273	9. 734584	*Feb.* 28. 22. 23
1531	♉ 19. 25. 0	17. 56. 0	♒ 1. 39. 0	♒ 0. 48. 15	17. 3. 05 B	56700	9. 753583	*Aug.* 24. 21. 18½
1532	♊ 20. 27. 0	32. 36. 0	♋ 21. 7. 0	♋ 16. 59. 40	15. 57. 00 B	50910	9. 706803	*Oct.* 19. 22. 12
1556	♍ 25. 42. 0	32. 6. 30	♑ 8. 50. 0	♑ 11. 6. 00	31. 10. 20 B	46390	9. 666424	*Apr.* 21. 20. 3
1577	♈ 25. 52. 0	74. 32. 45	♌ 9. 22. 0	♍ 7. 53. 00	69. 35. 20 A	18342	9. 263447	*Octo.* 26. 18. 45
1580	♈ 18. 57. 20	64. 40. 0	♋ 19. 5. 50	♋ 19. 17. 10	64. 40. 0 B	59628	9. 775450	*Nov.* 28. 15. 00
1585	♉ 7. 42. 30	6. 4. 0	♈ 8. 51. 0	♈ 8. 59. 10	2. 55. 25 A	109358	0. 038850	*Sept.* 27. 19. 20
1590	♍ 15. 30. 40	29. 40. 40	♏ 6. 54. 30	♏ 2. 55. 50	22. 45. 50 A	57661	9. 760882	*Jan.* 29. 3. 45
1596	♒ 12. 12. 30	55. 12. 0	♏ 18. 16. 0	♏ 22. 44. 35	54. 44. 30 B	51293	9. 710058	*Julii* 31. 19. 55
1607	♉ 20. 21. 0	17. 2. 0	♒ 2. 16. 0	♒ 1. 29. 40	16. 10. 5 B	58680	9. 768490	*Oct.* 16. 3. 50
1618	♊ 16. 1. 0	37. 34. 0	♈ 2. 14. 0	♈ 6. 10. 00	35. 50. 0 A	37975	9. 579498	*Oct.* 29. 12. 23
1652	♊ 28. 10. 0	79. 28. 0	♈ 28. 18. 40	♊ 10. 41. 35	58. 14. 0 A	84750	9. 928140	*Nov.* 2. 15. 40
1661	♊ 22. 30. 30	32. 35. 50	♋ 25. 58. 40	♋ 21. 37. 30	17. 17. 0 B	44851	9. 651772	*Jan.* 16. 23. 41
1664	♊ 21. 14. 0	21. 18. 30	♌ 10. 41. 25	♌ 8. 40. 35	16. 1. 50 A	102575½	0. 011044	*Nov.* 24. 11. 52
1665	♏ 18. 02. 0	76. 05. 0	♊ 11. 54. 30	♉ 24. 6. 35	23 8. 0 B	10649	9. 027309	*Apr.* 14. 5. 15½
1672	♑ 27. 30. 30	83. 22. 10	♉ 16. 59. 30	♋ 9. 26. 00	69. 27. 40 B	69739	9. 843476	*Feb.* 20. 8. 37
1677	♏ 26. 49. 10	79. 03. 15	♌ 17. 37. 5	♋ 16. 21. 05	75. 44. 10 B	28059	9. 448072	*Apr.* 26. 00. 37½
1680	♑ 2. 2. 0	60. 56. 0	♐ 22. 39. 30	♐ 27. 26. 50	8. 11. 10 A	00612½	7. 787106	*Dec.* 8. 00. 6
1682	♉ 21. 16. 30	17. 56. 0	♒ 2. 52. 45	♒ 2. 0. 30	16. 59. 20 B	58328	9. 765877	*Sept.* 4. 07. 39
1683	♍ 23. 23. 0	83. 11. 0	♊ 25. 29. 30	♋ 10. 36. 55	82. 52. 00 B	56020	9. 748343	*Julii* 3. 2. 50
1684	♐ 28. 15. 0	65. 48. 40	♏ 28. 52. 0	♐ 15. 15. 25	26. 35. 20 A	96015	9. 982339	*Maii* 29. 10. 16
1686	♓ 20. 34. 40	31. 21. 40	♊ 17. 00. 30	♊ 16. 24. 00	31. 17. 35 B	32500	9. 511883	*Sept.* 6. 14. 33
1698	♐ 27. 44. 15	11. 46. 0	♑ 00. 51. 15	♑ 10. 47. 20	0. 38. 10 A	69129	9. 839660	*Oct.* 8. 16. 57

Hæc Tabula vix indiget explicatione, cum ex titulis satis pateat quid sibi velint Numeri. Distantiæ autem periheliæ æstimantur in ejusmodi partibus quales media distantia Terræ à Sole habet centies millenas.

Tabula

Tabula Generalis pro Supputando Motu Cometarum in Orbe Parabolico.

Medius motus.	*Angulus à perihelio.*	*Logarith. pro distan. à Sole*	*Medius motus.*	*Angulus à perihelio.*	*Logarith. pro distan. à Sole.*
o	gr. ′ ″		o	gr. ′ ″	
1	1. 31. 40	0.000077	31	42. 55. 07	0.062400
2	3. 3. 15	0.000309	32	44. 3. 16	0.065835
3	4. 34. 43	0.000694	33	45. 10. 26	0.069316
4	6. 6. 0	0.001231	34	46. 16. 35	0.072839
5	7. 37. 1	0.001921	35	47. 21. 36	0.076396
6	9. 7. 44	0.002759	36	48. 25. 33	0.079984
7	10. 38. 2	0.003745	37	49. 28. 29	0.083604
8	12. 7. 53	0.004876	38	50. 30. 23	0.087249
9	13. 37. 17	0.006151	39	51. 31. 11	0.090912
10	15. 6. 6	0.007564	40	52. 30. 54	0.094594
11	16. 34. 20	0.009115	41	53. 29. 42	0.098298
12	18. 1. 54	0.010798	42	54. 27. 32	0.102019
13	19. 28. 47	0.012609	43	55. 24. 22	0.105752
14	20. 54. 53	0.014550	44	56. 20. 11	0.109490
15	22. 20. 14	0.016607	45	57. 15. 5	0.113240
16	23. 44. 43	0.018783	46	58. 9. 2	0.116995
17	25. 8. 22	0.021072	47	59. 2. 5	0.120756
18	26. 31. 7	0.023470	48	59. 54. 13	0.124518
19	27. 52. 55	0.025969	49	60. 45. 26	0.128278
20	29. 13. 52	0.028551	50	61. 35. 45	0.132035
21	30. 33. 39	0.031263	51	62. 25. 14	0.135792
22	31. 52. 31	0.034045	52	63. 13. 50	0.139541
23	33. 10. 23	0.036916	53	64. 1. 38	0.143288
24	34. 27. 12	0.039864	54	64. 48. 38	0.147029
25	35. 42. 59	0.042892	55	65. 34. 50	0.150762
	36. 57. 41	0.045989	56	66. 20. 14	0.154482
27	38. 11. 20	0.049154	57	67. 04. 51	0.158192
28	39. 23. 56	0.052383	58	67. 48. 22	0.161890
29	40. 35. 26	0.055668	59	68. 31. 51	0.165578
30	41. 45. 50	0.059010	60	69. 14. 16	0.169254

Tabula Generalis pro Supputando

Medius motus.	Angulus à perihelio.	Logarith. pro distan. à Sole.	Medius motus.	Angulus à perihelio.	Logarith. pro distant. à Sole.
o	gr. ′ ″		o	gr. ′ ″	
61	69. 55. 58	0.172914	91	86. 20. 34	0.274176
62	70. 36. 56	0.176557	92	86. 46. 20	0.277239
63	71. 17. 16	0.180188	93	87. 11. 43	0.280284
64	71. 56. 56	0.183803	94	87. 36. 45	0.283306
65	72. 35. 57	0.187404	95	88. 01. 27	0.286308
66	73. 14. 15	0.190978	96	88. 25. 49	0.289293
67	73. 51. 59	0.194540	97	88. 49. 48	0 292252
68	74. 29. 6	0.198085	98	89. 13. 32	0.295201
69	75. 05. 38	0.201614	99	89. 36. 54	0.298122
70	75. 41. 35	0.205122	100	90. 00. 00	0.301030
71	76. 16. 56	0.208612	102	90. 45. 14	0.306782
72	76. 51. 43	0.212080	104	91. 29. 18	0.312469
73	77. 25. 57	0.215529	106	92. 12. 14	0.318060
74	77. 59. 41	0.218963	108	92. 54. 4	0.323587
75	78. 32. 54	0.222378	110	93. 34. 52	0.329042
76	79. 5. 35	0.225769	112	94. 14. 40	0.334424
77	79. 37. 45	0.229142	114	94. 53. 30	0.339736
78	80. 9. 23	0.232488	116	95. 31. 22	0.344979
79	80. 40. 34	0.235809	118	96. 8. 22	0.350153
80	81. 11. 16	0.239127	120	96. 44. 30	0.355262
81	81. 41. 31	0.242416	122	97. 19. 48	0.360306
82	82. 11. 19	0.245684	124	97. 54. 17	0.365284
83	82. 40. 40	0.248933	126	98. 28. 00	0.370200
84	83. 9. 34	0.252159	128	99. 00. 57	0.375052
85	83. 38. 4	0.255366	130	99. 33 11	0.379842
86	84. 6. 8	0.258552	132	100. 4. 43	0.384576
87	84. 33. 49	0.261720	134	100. 35. 45	0.389252
88	85. 1. 5	0.264865	136	101. 5. 48	0.393868
89	85. 27. 58	0.267989	138	101. 35. 22	0.398428
90	85. 54. 27	0.271092	140	102. 4. 19	0.402930

Motu

Motu Cometarum in Orbe Parabolico.

Medius motus.	*Angulus à perihelio.*	*Logarith. pr. distan. à Sole.*	*Medius motus.*	*Angulus à perihelio.*	*Logarith. pr. distan. à Sole.*
o	gr. ′ ″		o	gr. ′ ″	
142	102. 32. 41	0.407380	204	113. 37. 25	0.523406
144	103. 00. 31	0.411784	208	114. 9. 52	0.529705
146	103. 27. 47	0.416132	212	114. 41. 23	0.535886
148	103. 54. 31	0.420430	216	115. 12. 02	0.541958
150	104. 20. 43	0.424676	220	115. 41. 51	0.547922
152	104. 46. 22	0.428866	224	116. 10. 52	0.553782
154	105. 11. 33	0.433012	228	116. 39. 7	0.559538
156	105. 36. 16	0.437110	232	117. 6. 38	0.565199
158	106. 00. 32	0.441164	236	117. 33. 27	0.570762
160	106. 24. 23	0.445178	240	117. 59. 35	0.576233
162	106. 47. 47	0.449144	244	118. 25. 5	0.581616
164	107. 10. 44	0.453060	248	118. 49. 57	0.586912
166	107. 33. 17	0.456936	252	119. 14. 14	0.592122
168	107. 55. 27	0.460772	256	119. 37. 56	0.597252
170	108. 17. 14	0.464208	260	120. 1. 6	0.602301
172	108. 38. 37	0.468318	264	120. 23. 44	0.607274
174	108. 59. 39	0.472030	268	120. 45. 52	0.612174
176	109. 20. 20	0.475705	272	121. 7. 30	0.616998
178	109. 40. 40	0.479340	276	121. 28. 39	0.621750
180	110. 00. 40	0.482937	280	121. 49. 22	0.626438
182	110. 20. 20	0.486498	284	122. 9. 38	0.631056
184	110. 39. 41	0.490022	288	122. 29. 28	0.635608
186	110. 58. 44	0.493512	292	122. 48. 54	0.640098
188	111. 17. 28	0.496965	296	123. 7. 57	0.644525
190	111. 35. 55	0.500384	300	123. 26. 36	0.648893
192	111. 54. 05	0.503769	310	124. 11. 40	0.659559
194	112. 11. 58	0.507121	320	124. 54. 36	0.669880
196	112. 29. 34	0.510441	330	125. 35. 34	0.679876
198	112. 46. 55	0.513729	340	126. 14. 44	0.689568
200	113. 4. 00	0.516984	350	126. 52. 12	0.698970

Tabula Generalis pro Supputando Motu Cometarum in Orbe Parabolico.

Medi. motus. °	*Angulus a peribelio* gr. ′ ″	*Logarith. prodistan. a Sole.*	*Medius motus.* °	*Angulus a peribelio.* gr. ′ ″	*Logarith. prodistan. a Sole.*
360	127. 28. 6	0.708104	820	141. 49. 24	0.970836
370	128. 2. 33	0.716976	840	142. 10. 00	0.978397
380	128. 35. 38	0.725606	860	142. 29. 56	0.985771
390	129. 7. 27	0.734006	880	142. 49. 10	0.992970
400	129. 38. 4	0.742186	900	143. 7. 48	1.000000
410	130. 7. 34	0.750160	920	143. 25. 51	1.006871
420	130. 36. 2	0.757930	940	143. 43. 21	1.013586
430	131. 3. 30	0.765516	960	144. 00. 18	1.020155
440	131. 30. 2	0.772918	980	144. 16. 46	1.026583
450	131. 55. 41	0.780148	1000	144. 32 46	1.032876
460	132. 20. 30	0.787216	1500	149. 26. 8	1.158188
470	132. 44. 32	0.794122	2000	152. 26. 15	1.246058
480	133. 7. 50	0.800882	2500	154. 32. 20	1.313703
490	133. 30. 25	0.807494	3000	156. 7. 27	1.368678
500	133. 52. 20	0.813969	3500	157. 22. 49	1.414974
520	134. 34. 18	0.826522	4000	158. 24. 36	1.454950
540	135. 14. 0	0.838600	4500	159. 16. 36	1.490125
560	135. 51. 28	0.850187	5000	160. 1. 12	1.521521
580	136. 27. 6	0.861369	5500	160. 40. 5	1.549874
600	137. 00. 57	0.872155	6000	161. 14. 24	1.575718
620	137. 33. 13	0.882575	6500	161. 45. 00	1.599460
640	138. 3. 58	0.892649	7000	162. 12. 34	1.621417
660	138. 33. 21	0.902401	7500	162. 37. 34	1.641838
680	139. 1. 29	0.911866	8000	163. 00. 23	1.660922
700	139. 28. 25	0.921012	8500	163. 21. 20	1.678834
720	139. 54. 16	0.929907	9000	163. 40. 42	1.695708
740	140. 19. 5	0.938549	9500	163. 58. 38	1.711662
760	140. 42. 56	0.946951	10000	164. 15. 20	1.726784
780	141. 05. 55	0.955124	50000	170. 52. 0	2.197960
800	141. 28. 3	0.963082	100000	172. 45. 44	2.399655

Tabulæ Generalis Conſtructio & Uſus.

Ut Planetæ in Orbibus Ellipticis, ita Cometæ in Parabolicis Solem in Foco communi ſitum ambiunt; ea lege ut Areæ æquales æqualibus temporibus deſcribantur. Quoniam vero Parabolæ omnes inter ſe ſimiles ſunt, ſi determinata aliqua pars Areæ datæ Parabolæ dividatur in partes quotlibet; in omnibus Parabolis fiet ſimilis diviſio ſub iiſdem angulis, atque diſtantiæ erunt proportionales: ideoque una noſtra Tabula pro Cometis *Fig. 6.* omnibus ſufficiet. Calculi autem hujus Tabulæ hæc eſt ratio. In Sche- *Plate 4.* mate ſit *S* Sol, *POC* orbita Cometæ, *P* Perihelion, *O* Locus ubi Cometa quadrante diſtat a Perihelio, *C* Locus quivis alius. Junge *CP*, *CS*; ac fiant *ST*, *SR* æquales ipſi *CS*; ac ductis rectis *CR*, *CT* (quarum hæc Curvæ Tangens eſt, illa perpendicularis) in axem *PSR* demitte normalem *CQ*. Jam data quavis Area *COPS*, oportet angulum *CSP*, & diſtantiam *CS* inquirere. Quoniam ob naturam Parabolæ recta *RQ* ubique æqualis eſt ſemilateri recto, ponatur latus rectum$=2$, adeoque $RQ=1$: ac ſit recta $CQ=z$: erit itaque $PQ=\frac{1}{2}zz$, ac Segmentum parabolicum $COP=\frac{1}{12}zzz$. Triangulum autem CSP erit $=\frac{1}{4}z$: adeoque Area mixtilinea $COPS$ erit $\frac{1}{12}z^3+\frac{1}{4}z=a$, ac $z^3+3z=12a$. Quare reſoluta hac æquatione Cubica, z ſive ordinatim applicata *CQ* innoteſcet. Proponatur jam Area *OPS* in partes centenas dividenda: hæc Area duodecima pars eſt quadrati lateris recti, adeoque $12a$ æquantur Quadrato illo$=4$: Si itaque ſucceſſive extrahantur radices æquationum $z^3+3z=$ 0,04: 0,08: 0,12: 0,16, &c. habebuntur totidem z ſive ordinatim applicatæ *CQ* reſpective; ac diviſa erit area *SOP* in partes centenas. Eodemque modo ultra locum *O* continuandus eſt calculus. Radix autem hujus æquationis, cum RQ ſit$=1$, Tangens eſt Tabularis anguli *CRQ*, ſive dimidii anguli *CSP*, adeoque angulus *CSP* datur. Ejuſdemque anguli *CRQ* ſecans *RC*, Media proportionalis eſt inter *RQ* ſive Unitatem & *RT*, quæ dupla eſt ipſius *SC*, ut ex Conicis notiſſimum eſt. Quod ſi *SP* ponatur 1, adeoque latus rectum$=4$ (ut in Tabula noſtra), ipſa *RT* erit diſtantia quæſita; duplum ſcilicet ipſius *SC* in priore Parabola. Ad hunc modum itaque præcedentem Tabulam elaboravi repræſentandis omnium Cometarum motibus inſervientem: hactenus enim nullus ex obſervatis Parabolæ leges reſpuit.

Reſtat jam præcepta Calculi tradere, modumque ſupputandi locum Cometæ viſum ex his Numeris exhibere. Cometæ autem in Parabola moventis Velocitas ubique eſt ad velocitatem Planetæ gyrantis in Circulo circa Solem, ad eandem a Sole diſtantiam, ut $\surd 2$ ad 1: ut conſtat ex *Principiis Phil. Nat. Math. Lib.* I. *Prop.* 16. *Corol.* 7. Si itaque Cometa in perihelio ad diſtantiam æqualem diſtantiæ Terræ a Sole ſupponatur, erit area diurna, quam deſcriberet Cometa, ad aream quam deſcribit Terra, ut $\surd 2$ ad 1. ac proinde tempus annuum, ad tempus quo Cometa talis deſcriberet Quadrantem Orbitæ ſuæ a Perihelio ut 3. 14159, &c. (hoc eſt ut area circuli) ad $\surd\frac{32}{9}$. Cometa igitur deſcriberet Quadrantem illum diebus 109. 14^h. 46$'$. adeoque area illa Parabolica areæ *POS* analogia in centum particulas diſtributa, ſingulis diebus competunt particulæ 0,912280.

Cujus

Cujus Logarithmus nempe 9,960128 in perpetuum usum servandus est. Tempora autem, quibus Cometa in distantia majore vel minore Quadrantes similes describeret, sunt ut Revolutiones in Circulis; hoc est in sesquiplicata ratione distantiarum: adeoque areæ diurnæ in partibus centesimis Quadrantis æstimatæ (quas medii Motus mensuras, instar Graduum, ponimus) sunt in singulis in subsesquialtera ratione distantiæ Periheliæ a Sole.

His necessario præmissis proponatur alicujus e Cometis nostris Locum visum ad datum tempus supputare. Primum itaque Solis Locus ab Æquinoctio in promptu sit, ejusdemque distantiæ a Terra Logarithmus. 2°. Capiatur intervallum Temporis inter Tempus Perihelii & Tempus datum, in diebus partibusque diei decimalibus. Hujus numeri Logarithmo addatur Logarithmus constans 9,960128 ac complementum Arithmeticum sesquialterius Logarithmi distantiæ Periheliæ a Sole: summa Logarithmus erit Motus medii in prima Columna Tabulæ Generalis quærendi. 3°. Cum motu medio capiatur in Tabula correspondens angulus a Perihelio, & Logarithmus pro distantia a Sole: ac in Cometis Directis adde, in Retrogradis subduc, si fuerit Tempus post Perihelium; vel in Directis subduc & in Retrogradis adde, si fuerit ante Perihelium, angulum sic inventum a loco vel ad locum Perihelii. Et habebitur Locus Cometæ in orbita propria: Et ad Logarithmum pro Distantia ibidem inventum addatur logarithmus distantiæ Periheliæ, summa erit Logarithmus distantiæ veræ Cometæ a Sole. 4°. Cum Loco Cometæ in Orbita, dato Loco Nodi, capiatur distantia Cometæ a Nodo: ac data Inclinatione plani, dabuntur, Notissimis Trigonometriæ præceptis, Locus Cometæ ad Eclipticam reductus, cum Inclinatione sive Latitudine Heliocentrica, ac Distantiæ Curtatæ Logarithmus. 5°. Ex his datis, iisdem omnino regulis quibus loca Planetarum, ex dato Loco & Distantia Solis; obtinebitur Locus Visus seu Geocentricus cum Latitudine visa. Id quod exemplo uno vel altero operæ pretium erit illustrare.

Exemp. I. Quæritur Locus Cometæ Anni 166 4/5 *Martii* 1°. 7h. 00. P. M. *Londini*. Hoc est 96d. 19h. 8'. post Perihelion ejus *Novemb.* 24°. 11h. 52'. Celebratum.

Log. dist. Perihel.	0. 011044	*Perihel.* ♌	10. 41. 25	*Log. pro dist.*	0. 255369
Log. Sesquialt.	0. 016566	*Ang. Corresp.*	83. 38. 05	*Log. Perihel.*	0. 011044
Comp. Arith.	9. 983434	*Comet. in Orb.* ♉	17. 3. 20	*Co. sin. Incl.*	9. 990754
	9. 960128	☊ ♊	21. 14. 00	*Log. dist. Curt.*	0. 257167
Log. Temp.	1. 985862	*Com. a Nodo*	34. 10. 40	*Log. dist.* ☉	9. 997918
Log. Med. Mot.	1. 929424	*Red. ad Eclip.*	32. 19. 05	☉ ♓	21. 44. 45
Medius Motus	85. 001	*Com. Helioc.* ♉	18. 54. 55	*Com. Visus* ♈	29. 18. 30
		Incl. Bor.	11. 46. 50	*Lat. Visa*	8. 36. 15. *Bor.*

Exemp. II. Quæritur Locus Cometæ Anni 1683 *Julii* 23° 13^h. 35'. P. M. *Londini*. Vel 13^h. 40'. T. æquat. hoc eſt 2rd. 10^h, 50'. poſt Perihelion.

Log. diſt. Perihel.	9. 748343	*Perihel.* ♊	25. 29. 30	*Log. pro diſt.*	0. 111336
Log. Seſquialt.	9. 622514	*Ang. Correſp.*	56. 47. 20	*Log. Perihel.*	9. 748343
Comp. Arith.	0. 377486	*Comet. in Orb.* ♈	28. 42. 10	*Co. ſin. Incl.*	9. 913187
	9. 960128	☊ ♓	23. 23. 00	*Log. diſt. Curt.*	9. 772866
Log. Temp.	1. 310723	*Com. à* ☋	35. 19. 10	*Log. diſt.* ☉	0. 005104
Log. Med. Mot.	1. 648337	*Red. ad Eclip.*	4. 48. 30	☉ *Locus* ♌	10. 41. 25
Medius Motus.	44. 498	*Com. Helioc.* ♓	28. 11. 30	*Com. Viſus* ♋	5. 11. 50
		Incl. Bor.	35. 2. 00	*Lat. Bor.*	28. 52. 00

Momento autem primi Exempli, *Londini* obſervatum eſt Cometam applicari ad Stellam ſecundam *Arietis*; ita ut novem minutis illa borealior repertus ſit, ac tribus minutis orientalior: Obſervante Dno. *Roberto Hookio*. In ſecundo autem Exemplo ipſe, in vicinia *Londini*, inſtrumentis quibus olim Stellas Auſtrales obſervaveram, Cometæ locum deprehendi ♋ 5°. 11'. $\frac{1}{2}$, cum Latitudine Boreali, 28°. 52', conſentiente ad amuſſim obſervatione *Grenovicenſi* eodem pene momento facta.

Cometa autem Anni 1680, qui pene Solem attigit, (non enim triente ſemidiametri corporis Solaris a ſuperficie ejus diſtabat in Perihelio) cum Latus rectum exiguum admodum ſit, Tabula Generali haud coerceri potuit, ob immanem Motus medii velocitatem: præſtat itaque in hoc, poſtquam inventus fuerit Motus medius, ex eodem, ope præcedentis æquationis $z\,z\,z + 3\,z = 1\frac{4}{7}$ *Mot. Med.* Tangentem dimidii anguli a Perihelio elicere, una cum Logarithmo pro diſtantia a Sole. Quibus datis iiſdem omnino regulis ac in cæteris procedendum eſt.

Ad hunc itaque modum Aſtronomico Lectori examinare licet numeros a me poſitos, quos ſumma cura ex obſervationibus quæ ſuppetebant exantlavi; neque enim, antequam probe ad incudem redacti fuerint, ac multorum annorum ſtudio quantum fieri poſſit politi, in publicum prodeunt. Hoc autem ſpecimen Aſtronomiæ Cometicæ, futuri operis Prodromum, editum eſſe volui; ne forte ſuperveniente fato perirent lucubrationes noſtræ, ob Calculi difficultatem non cuivis homini denuo ſuſcipiendæ. Monendus autem eſt Lector, quinque priores ordine Cometas, quorum tertius & quartus eſt a *Petro Apiano* obſervatus, quintus vero a *Paulo Fabricio*, uti & decimus a *Mæſtlino* (ni fallor) anno 1596 conſpectus, non eundem certitudinis gradum cum reliquis præ ſe ferre. Neque enim debitis organis nec cura ad hoc requiſita obſervationes ipſæ peractæ ſunt; adeoque inter ſe diſſidentes nullo modo cum computo regulari conciliari poſſunt. Cometam Anni 1684 unus vidit *Blanchinus* obſervator *Romanus*: ultimum vero Anni ſc. 1698 *Pariſienſes* ſoli conſpexerunt, ejuſque curſum inſolito modo deſignarunt. Obſcurus hic admodum, etiamſi velox ac terris ſatis vicinus, noſtros ſane oculos alioquin non incurioſos effugit. Inſignes autem duos hac noſtra ætate Cometas, alterum Anno 1689 Menſe *Novembri*

ortum,

ortum, alterum Mense *Februario* Anni 1702, Catalogo subjungere non licuit, propter defectum observationum. Etenim versus mundi plagas Australes cursum dirigentes, ac in *Europa* vix conspicui, contemplatores non habuere negotio pares. Quod si forsan ex partibus *Indicis* advectæ fuerint accuratæ observationum series ad hoc necessariæ; lubens calculum repetere, horumque Orbitas, reliquorum ad modum, Numeris designandi laborem suscipere non gravabor.

Angustia autem paginæ 328, factum est, ut omissa sit necessaria illa Columella quæ ostendat an directe vel retrograde moti fuerint Cometæ. Sciat itaque Astronomus undecim e nostris Cometis directo cursu secundum seriem signorum processisse, nempe illos annorum 1532, 1556, 1580, 1585, 1618, 1652, 1661, 1672, 1680, 1684 & 1686. Reliquos vero tredecim motu retrogrado contra seriem signorum cursum tenuisse. Quibus perpensis, ac collatis inter se cæteris horum Cometarum motuum Elementis, videre est, nullo ordine dispositos esse Orbitas; neque ipsos, Planetarum more, *Zodiaco* comprehendi posse, quaquaversum tam Retrograde quam directe indifferenter latos; unde manifestum est eos motu vorticali nullo modo circumagi. Quinetiam distantiæ Periheliæ nunc majores nunc minores reperiuntur; unde pronum est suspicari etiam multo plures esse Cometas, qui in partibus a Sole remotioribus, obscuri caudaque destituti, adeoque nobis inconspicui, præterlabi possunt.

Hactenus Cometarum Orbes consideravimus ut perfecte Parabolicos; quo supposito consequeretur Cometas, vi Centripeta versus Solem impulsos, a spatiis infinite distantibus descendere, casuque suo velocitatem tantam acquirere, ut iterum in spatia Mundi remotissima sese abdere possint, perpetuo nisu sursum tendentes, ac ad Solem nunquam reversuri. Cum autem satis frequentes sint Cometarum adventus; ac eorum nullus reperiatur motu ferri Hyperbolico, seu velociore quam cadendo ad Solem acquirere debeat, credibile est potius in Orbibus valde Excentricis revolvi eos circa Solem, ac post longissimas periodos reverti. Sic enim Numerus eorum præfinitus esset, ac fortasse non usque adeo magnus. Spatia autem inter Solem Fixasque tanta sunt, ut Cometæ revolventi cum Periodo quantumvis longa satis loci sit. Latus autem rectum Ellipsis est ad Latus rectum Parabolæ eandem Periheliam distantiam habentis, ut distantia Aphelia in Ellipsi est ad Axem totum Ellipsis; Velocitates autem sunt in dimidiata ratione eorundem: quapropter in Orbibus valde Excentricis ratio hæc accedit proxime ad rationem æqualitatis. Tantilla autem differentia, quæ intercedit ratione majoris in Parabola velocitatis, facillime in situ Orbis determinando compensatur. Hujus itaque Tabulæ Elementorum Motuum usus præcipuus est, atque etiam propter quem illam construere operæ pretium duxi, ut, si quando novus Cometa emerserit, possimus collatis elementis dignoscere an poterit esse aliquis ex antiquis, necne; ac proinde Periodum Orbitæque Axem determinare, reditumque prædicere. Ac sane multa me suadent ut credam Cometam anni 1531 ab *Apiano* observatum, eundem fuisse cum illo qui anno 1607 descriptus est a *Keplero* & *Longomontano*, quemque ipse iterum reversum

vidi

vidi ac observavi anno 1682. Quadrant Elementa omnia, ac sola inæqualitas periodorum adversari videtur: hæc autem tanta non est ut causis Physicis non possit attribui. *Saturni* enim motus a cæteris, præsertim *Jove*, ita interturbatur, ut per aliquot dies integros incertum sit hujus Planetæ tempus Periodicum. Quanto magis talibus erroribus obnoxius erit Cometa, qui quatuor pene vicibus altius excurrit *Saturno*, cujusque velocitas, vel tantillum aucta, Orbem ab Elliptico in Parabolicum possit immutare? Confirmatur etiam eundem esse potuisse ex eo, quod anni 1456 æstate, conspectus fuerit Cometa eodem pene modo inter Solem & Terram transiens retrograde: quem, licet a nemine observatus fuerit Astronomice, ex periodo modoque transitus non diversum a prædictis extitisse conjicio. Unde ausim ejusdem reditum fidenter prædicere, anno scil. 1758. Quod si hoc evenerit, nulla amplius erit dubitandi causa, quin redire debeant cæteri. Habebunt ergo Astronomi in hac arena quo se exerceant per multa sæcula, priusquam tot tantorumque Corporum circa commune centrum Solis revolventium numerus cognoscatur, ac motuum symptomata certis regulis coerceantur. Crediderim equidem Cometam etiam anni 1532, eundem fuisse cum illo, qui ab *Hevelio* observabatur ineunte anno 1661: sed observationes *Apiani*, quas solas de primo habemus, nimis rudes sunt, nec quicquam certi in re tam subtili ex iisdem elici potest. Justo volumine hæc omnia exequi mihi animus est, nec Astronomiæ promovendæ hac in re deero, si Deo O. M. visum fuerit vitam facultatesque prorogare. Interim quicunque modum Construendi Cometarum Orbes per tres observationes accurate habitas addiscere cupit, sub finem libri de Systemate Mundi, sive tertii *Philosophiæ Nat. princip. Math.* magni ipsius Inventoris methodum inveniet: Quam postea Dignissimus Collega meus *D. Gregorius*, Lib. V. pereruditæ Astronomiæ suæ Physicæ & Geometricæ plene & luculenter illustravit.

Unicum autem non abs re erit nec injucundum, hic loci Lectorem monere Astronomum; nempe quod nonnulli ex his Cometis Nodos suos habeant adeo Orbi Terræ annuo vicinos, ut si forte acciderit, tempore reditus Cometæ, *Terram* occupare Loca in orbe suo Nodo proxima, dum Cometa incredibili cum Velocitate præterierit, Parallaxin etiam habiturus sit valde observabilem, quæque fuerit ad Solis parallaxin in ratione data. Unde occasione talium transituum oblata erit ansa, rara quidem sed optima, determinandi Solis a *Terra* distantiam; quam hactenus non nisi mediante parallaxi *Martis* Acronychii, vel *Veneris* perigææ, triplo quidem solari majore, sed quæ vix ullis instrumentis sentiatur, laxe admodum concludere licuit. Quem Cometarum usum suggessit Clarissimus Geometra Ds. *Nic. Facio.* Cometa etenim anni 1472 parallaxin habuit plusquam vigesies Solari majorem. Ac si Cometa anni 1618 appulisset, juxta medium Mensis *Martii*, ad Nodum ejus Descendentem; vel si Cometa anni 1686 paulo citius ad Nodum Ascendentem pervenisset, profecto Terris admodum propinqui etiam adhuc magis notabiles habuissent parallaxes. Inter omnes vero nullus propiore appulsu Terris minatus est quam ille anni 1680: Hic inito Calculo non amplius ad Boream distabat

ab Orbe nostro annuo, quam Semidiametro Solari (sive Radio Lunaris Orbitæ, ut existimo) idque Nov. 11. 1h. 6'. *P. M.* Quo tempore, si Terræ quoad Longitudinem conjunctus fuisset, parallaxis sane Lunari æqualis in Cometæ motu observari potuisset. Hæc Astronomis dicta sunto. Quæ vero ab hujusmodi allapsu vel contactu, vel denique collisione corporum cœlestium (quæ quidem omnino non impossibilis est,) consequi debeant, rerum Physicarum studiosis discutienda relinquo.

Observations of the Comet at Rome *in* 1664 *by* Mr Ray, *n.* 309. *p.* 2350.

XLI. *December* the 20th, 1664. *S. N.* About three a Clock this Morning, I observed the *Comet*; it was in the Constellation of *Hydra*, not far from the Foot of *Crater*. It appeared about the bigness of a Star of the first Magnitude, but nothing so lucid and bright. It had a very long Tail, which pointed almost directly towards the Heart of *Hydra*: The Tail shew'd somewhat like Rays of a Candle burning in a Mist: The Figure of it was Conical; the length of it 5 or 6 Degrees; the breadth at the Base not above a Degree and half. The Body of this *Comet* was about three Degrees to the South-East of the most Southerly Star in the Foot of *Crater*; it stood very near in a Right Line with the two lowermost Stars in the Foot of *Crater*, which are common to it and *Hydra*. See the Figures.

Plate 6.

December 21. In the Morning, about the same Hour, it was removed about a Degree and half from the place where it stood, Westward, and a little to the South. The Tail pointed still towards the Heart of *Hydra*, and appeared 10 Degrees long at the least.

December 22. At the same time it was removed from the place where it stood the Day before, to the same Point, and about the same distance as the Night before. The Tail of it still pointed to *Cor Hydræ*, or a little thought above it, as the two former Days, and was rather longer than shorter: It also to my thinking, appeared brighter and larger; the Body of it being bigger than any Fixt Star, except *Sirius*.

December 23. It was removed to the same Point, and about the same Distance as the Day before; the Tail of it was as long as ever, and the *Comet* brighter. The Tail pointed almost directly to *Cor Hydræ*.

December 24, 25, 26. All these Three Nights were cloudy.

December 27. We found it strangely removed from the Place where it was: It was still Westward, and a little to the South, as before. The Body of the Star was still brighter, and the *Cauda* about it greater, and more bushy; and yet as long as before; it pointed almost directly against *Canis major*. The Body of it was among the Stars of *Argo*.

December 28. The same time it was removed above 2 Degrees towards the same Point, and come within 4 or 5 Degrees of the most Eastern Stars in the bright Triangle in the Buttocks of *Canis major*. The *Moon* shining, we could not so well judge either of the Bigness of the Body, or the length and bushiness of the Tail.

December 29. It was strangely removed, and got before, not the Eastern Star only of the mentioned bright Triangle, but also the most Northern. I think, at least, in this last 24 Hours, it had moved 4 Degrees.

The

Part 5. page 338.



The Moon shining bright, the Tail could not well be observed, yet still it seemed to point directly to *Canis minor.*

XLII. Cometa ille qui anno exeunte 1680 visus est, plurimis de causis præcipuus merito habendus est; tam ob Cursum ejus quadrimestrem, quo novem integra Signa percurrit; quam ob immensam Caudæ magnitudinem & claritatem: maxime vero ob insignem Orbitæ Curvitatem, cujus ope tandem patefacta est Cometarum Theoria. Nam dum Astronomi omni adhibita diligentia motum ejus observationibus definiendo desudarunt, conatus eorum secundavit * D. *Newtoni* in Geometricis vis pene divina, qui primus mortalium Cometas Orbes Parabolicis maxime affines describere probavit, ac datis tribus locis accurate observatis eosdem construere docuit, remque hujusce Cometæ exemplo illustravit. Accidit autem, nescio quo fato, ut Cometa hic (quem vespertinum tantopere prosecuti sunt Cœlispices) antequam Solem attigerat matutinus, nec *Parisiis* neque *Grenovici* ne semel quidem observatus sit: quique eum viderunt & observarunt, incongrua & inter se pugnantia, ac pro rei subtilitate parum idonea prodidere: neque ante *Novemb.* 17. mane a quopiam Observatorum visus est. Unde factum ut Orbitæ pars illa, qua ad Solem descendit Cometa, paulo incertius definiri potuit. Bona autem fortuna nuper incidimus in Librum meritissimi Astronomi Domini *Gottfried Kirch, Germani*, anno 1681 *Norimbergæ* impressi, cui titulus Neue Himmels Zeitung, hoc est *Novus Nuncius cœlestis*; ubi auctor diligentissimus nobis exponit, quo casu ductus Cometam hunc nondum adnata Cauda obscurum, ac vix nudis oculis conspicuum detexerit; dum scilicet Lunam & Martem ei vicinum observaturiens circumlustraret, die *Novemb.* 4. *S. V.* mane, idque *Coburgi Saxoniæ*, quod oppidum XI. Grad. *Londino* orientalius est, sub altitudine poli 50° 20′ circiter. Excitatus autem, ut ait, rumoribus Cometæ in *Germania* visi, vultu in Orientem verso pernoctavit, ut cœlo tum forte perquam sereno, si quid novi oriretur, situm ejus notaret. Luna vero jam ad stellam aliquam *Tychoni* incognitam applicata, (sed quæ in Catalogo *Flamsteedii Britannico* habetur, estque numero 44ta *Leonis*) voluit dictæ stellæ locum ex circumvicinis Fixis determinare; dumque Tubum trium graduum capacem hinc inde circumrotat, incidit in Luculam nebulosam, speciem insolitam præ se ferentem, quamque vel novum Cometam esse, vel Stellam nebulosam ad instar ejus quæ in *Cingulo Andromedæ* est, statim conclusit.

Observations on the Comet in 1680. by Mr. Gottf. Kirch, with Remarks by —— n. 342. p. 170.

** Princip. Philos. L. III. sub. fin.*

Primo autem Cometam vidit, Hora $4\frac{1}{2}$ matutina, paulo altiorem duabus stellulis Telescopicis, *a* & *e* cum quibus tamen Hora Sexta visus est in linea accurate recta; unde constabat eum moveri, idque motu directo. Inter horas vero 5. & 6. Tubo decempedali Phænomenon hoc contemplatus est, viditque duas alias stellulas contiguas prioribus minores, literisque *e* & *d* notatas, & supra has tertiam *g*. Erat autem distantia Cometæ ab *e* paulo minor quam ab *a*, major vero distantia *d e*. 6h. 38′. distantia Cometæ ab *e* dupla erat intervalli inter ipsas *d e*, ac linea *d e* producta reliquit Cometam * infra se, sic tamen ut marginem ejus superiorem

Plate 4. Fig. 7.

** Tubo scilicet objecta invertente.*

riorem attingeret. 6h. 45′. Cometa jam ſenſibiliter remotior erat ab *e* quam ab *a*, diſtabatque ab *a* paulo plus quam dimidio diſtantiæ ſtellularum *a* & *g*. Notandum vero eſt Horologium totis 14 minutis cœlum anticipaſſe, uti ex altitudinibus *Cordis Leonis* tum captis patuit.

Nobilis ſane eſt hæc obſervatio, adeoque Stellularum Cometæ tunc adjacentium loca non una methodo perquiſivimus, exercitatiſſimam manum ſuam & inſtrumenta perelegantia præbente Rev.D.*Jac. Pound*,R.S.S. Unde conſtabat ſtellulas illas tum temporis infraſcriptos habuiſſe ſitus, nempe

	Long.	Lat.
a	♌ 29°. 54′ 20″	1. 29. 20 Bor.
d	29. 27. 20	1. 8. 00
e	29. 34. 30	1. 10. 45

Intervalla Locorum ab *Upminſter* (ubi obſervavi) in hac Tabella notata, quanta potui accuratione dimenſus ſum vel Virga Menſuratoria, vel Arte Trigonometrica. Et ex magna conſonantia inter intervalla hoc modo, eademque per Soni motum dimenſa, cum Inſtrumentorum meorum præſtantia, tum Obſervationum & Calculorum veritas patet. Differentia enim inter Intervalla dimenſa, & eadem Sono capta, aut prorſus nulla eſt, aut tantum paucularum centeſimarum partium, niſi cum Ventus fuerit ſecundus (Eccleſia *Weal Auſtrinæ* excepta, de quo poſthac) Ita nempe in Obſervationibus ex Eccleſiis *Dagenhamenſi*, *Warleienſi*, *Thorndonienſi*, & *Barkingenſi* factis, diſtantiæ per Sonum notatæ paulo breviores viſæ ſunt; quia Ventus Sonum acceleravit. At in conficienda hac Diſtantiarum per Sonum Columna, nihil propter Ventorum accelerationem conceſſi; ſed numerum Vibrationum, ſive Semi-ſecundorum tantum diviſi

divisi per $9\frac{1}{4}$, vel 9,25 (numerum Semi-secundorum in quibus Sonus Mille passus transiit.)

Æquabilitas quoque motus Soni ex hac Tabella manifesta est; prout patebit ex collatione Vibrationum & Distantiarum: sive ex sola Columna Distantiarum per Sonum.

Ut autem nihil deesset in harum rerum confirmationem, iter feci ad *Arenas Foulnesianas* in littore nostro *Essexiano.* Hæ Arenæ (Maris quotidiano Æstu allutæ, & obtectæ) faciunt magnam & exactam Planitiem multorum milliarium. Super hanc Planitiem tantum sex milliaria dimensus sum, quia neque Maris æstus, neque mora mea, ut majus intervallum dimetirer, permitterent. Ad cujusque fere Milliaris finem experimenta feci per Sclopetorum Explosionem, non sine magno Vitæ periculo, ex Maris Fluxu, & Noctis tenebris. Ex quibus Experimentis comperi Observationes meas priores omnes justissimas, & veras fuisse, scilicet Sonum unum Milliare pertransire in $9\frac{1}{4}$ Semi-secundis: duo Milliaria in $18\frac{1}{2}$ Semi-secundis: tria Milliaria, in $27\frac{1}{4}$ Semi-secundis, & sic deinceps.

§. 8. *De Acclivi & Declivi Sonorum Motu: sive De eorundem Ascensu & Descensu.* Item an *recta, vel secundum interjacentis telluris superficiem a loco in locum transeunt?*

Quod ad 15 & 19 Quæsita attinet; ingenue fateor me nunquam ullis quæ feci hactenus Experimentis mihimet ipsi super his rebus satisfecisse.

De progressu Soni per brevissimam viam, ratio dubitandi fuit discrepantia inter Spatium *Weal* Villæ & *Upminster* Trigonometrice, & per Sonum dimensum; prout in Tabella præcedenti exhibetur. Mensuratio Trigonometrica tot modis, & tam bonis Angulis capta est, ut de ea nullus dubitem. Sed quoniam per Soni motum distantia major videtur, & Superficies interjacentis Soli hujusmodi formam induit, qualis in figura exhibetur; ideo subdubitavi annon paululum tortuose Sonus vagatur? *Fig.* 13. sive annon Acclivitas illa interjacens in (*A*) Soni Undulationibus oppugnando retundit, easque tardat?

Ut nodum hunc quodammodo solverem, Experimentum fieri curavi, Sono Sclopi a Cacumine *Collis Langdoniensis* in Vallem subjacentem, ad intervallum 3,79 millia passuum. Intervallum Trigonometrice, ex Angulis & Basi fat magnis, bene dimensum est; & Experimentum factum, cum lenis aura paululum Sono opposuerit. Inter Coruscationem & Crepitum. $35\frac{1}{2}$ Semi-secunda numeravi. Qui numerus ad intervallum adeo quadrat, & cum cæteris experimentis tam proxime convenit, ut non dubitandum sit quin Sonus a Cacumine in vallem recta (per aerem) descenderit, & non juxta Superficiem curvatam interjacentis Soli.

Errorem igitur aliqualem fuisse credo in Observationibus *Wealiensibus* prædictis, quoniam nec in Experimento novissimo *Langdoniensi*, neque in ullis aliis tale aliquid observavi.

§. 9. *De Sonorum translatione sive Motu in Italia.*

Ingeniosus *Richardus Townleius* Armiger (Literis ad me datis Anno 1704.) significaverat, 'Sonos raro exaudiri *Romæ* tam longe ac in *Anglia*,
' nostris-

'nostrisque *Borealibus Regionibus*. Speciatim vero aiebat, Se, cum *Romæ* 'commoratus est, dum Bombardæ quædam *Castelli S. Angelo vocati*, ob læta 'nuncia disploderentur, atque ipse super Montem *Trinitade* dictum staret, 'observasse Sonum multo languidiorem eo loci fuisse, quam in ullo alio 'ad eandem distantiam sito'. Et post ejus mortem Frater ejusdem mihi Scripto retulit, quod Anno 1688, 'Cum relicta *Roma* ad *Castellum Gondolfo* (eminentiorem quendam locum prope *Lacum Albanum*, duodecim 'circiter Italica Milliaria a *Roma*) ut bonas horas contereret, se contulerit, animadvertisse sonum Bombardarum magnarum a Castello (prædicto) *St Angelo* obstrepentium, sibi tamen imminutum & debilem videri. Alio quoque tempore, cum Curru circa prædicti Castelli mænia 'veheretur, Bombardæque ingentes exinde boarent, nec talem tantumve 'Sonum ibi loci ac alibi emittere videbantur.

Cl. D. Doctor *Newton*, *Florentiæ* Ablegatus *Britannicus*, super hac re rogatus, narrat quod in itinere a *Bononia*, *Florentiam* versus, Bombardarum exoneratarum strepitum ad *S. Michaelis in Bosco* urbem (in *Bononiæ* vicinia) exaudiverit, quæ tamen Bombardæ *Mirandulæ* displosæ ad 40 millia passuum distabant; quem locum *Gallorum* acies obsidione tum cinxit. Ac nocte insequenti eundem Sonum cum in *Appenninis* pernoctaret (20 millia passuum longius remotus) exaudiverit.

Observationes vero & Experimenta, quæ idem Vir insignissimus ab aliis fieri curavit, specialem locum merito sibi vendicant.

'In inferiori *Florentiæ* arce, Bombarda *Colubrina* inter horas primam & tertiam Noctis crebro displodebatur; Virique quidam *Ligurni* 'asservabantur, qui diligenter observare jussi sunt, an ejusdem crepitum 'exaudire possent. Quorum nonnulli qui ad *Lanternam*, & *Marzocco* positi erant, nullum audiebant, (forte quia Maris fremitus Sonum infuscabat:) alii vero qui stabant super *Veteris Arcis* munimenta (quæ *Donjon* 'appellant) quique ad *Montem Rotonda* dictum (qui quinque circiter milliaria a *Ligurno* abest versus *Montem Nero*) missi, auribus exceperunt. 'Et quotiescunque exonerabatur, toties ejus fragor iisdem in locis clare 'exauditus est. Hujus autem *Arcis Florentiæ* distantia a *Monte Rotondo* 'recta linea vix minor 55 milliaribus censetur. Et notatu dignum est, 'quod interjacentia rura plerisque collibus obsita sunt, qui paulo impeditiorem Soni viam reddant necesse est. His accedit, quod eodem vespere 'ventus quidam Occidentalis leniter spirabat, qui (cum *Ligurnus* situs sit 'ad Libonotum respectu *Florentiæ*) liberiorem Soni expansionem aliquatenus præpedire merito credatur'.

'Quo autem locus apertus & undique patens haberetur, seligebatur tractus ille Maris qui *Ligurnum* & *Portum*, *Ferraio* dictum, interjacet, cujus 'distantia secundum peritissimorum Nautarum calculum 60 milliarium esse 'deprehenditur. Tormentorum autem militarium fragor a *Ligurno* ad 'prædictum *Portum Ferraio*, locaque vicina haud raro pervenit. Nec aspirantium Ventorum auxilio opus est, ad promovendum huncce Soni progressum, quo nempe exaudiatur. Imo vero ventus quilibet, sive sit secundus, sive adversus, eidem impedimento est, ipsumque Sonum minus

'sono-

'sonorum reddit: fortean, quia Maris hinc agitati fremitus magis obest, 'quam Aeris eodem confluentis cursus prodest. Proinde tunc solum exau'ditur Sonus, cum Ventus prorsus silet, vel tantum lenissime susurrat, cum 'Aer serenus est, & Mare tranquillum. Neque tum quidem ab omnibus 'locis indiscriminatim exauditur, sed ab iis solis quæ paulo eminentius 'sita sunt; cujusmodi sunt duo ista Propugnacula, quæ *Stella* & *Falcon* 'nominantur & Locus *Mulini* dictus. Præterea requiritur ut ipse Obser'vator quam attentissimum se præbeat, nec ulla obstrepentium voce aut 'clamore impediatur, & infestetur. Tum vero interdiu æque ac noctu '(modo Atmosphæra sit serena & tranquilla) exaudiat; nisi quod nocturno 'tempore fortior & acutior aliquanto videatur Sonus, cum nulli occurrunt 'Strepitus, qui luci sæpius aures offendere solent.'

'Porro nobis nunciatum fuit a Testibus fide dignissimis, quod pluribus 'abhinc annis, cum grassaretur *Seditio Messanensis*, ipsaque Urbs obsidione 'premeretur, Tormentorum bellicorum fragor *Augustæ* & *Syracusanorum* 'Incolarum aures percelleret.'

'Item cum *Galli* Tormentis muralibus *Genuam* concuterent, constat 'quod eorundem crepitus ad *Montem* usque *Nigrum*, qui *Ligurno* supere'minet, pertigerit.'

'Ex hisce Observationibus proclives sumus ad credendum nullum esse 'super hac re discrimen inter *Italiam* & *Plagas Boreales*.'

'Quod autem ad alterum Quæsitum attinet; utrum Ventus directe vel 'adverse spirans, Sonum accelerat vel retardat? Eidem hactenus certo re'sponderi haud potest. Neque enim ipsa quæ adhibuimus Experimenta, 'quibus veritatem indagatam fore speravimus, Quæstioni dirimendæ suf'ficiunt. Quippe æstivo tempore (quo plerumque interdiu venti spirant 'a Mari, & Occidente; cum autem advesperascit, silere solent) defuere 'nobis commodissimæ occasiones hanc rem sæpius & certius experiundi. 'Speramus tamen, inclinante Anno, postquam alia successerit Tempestas, 'opportuniora nancisci tempora, quibus hujusmodi Experimenta felicius '& iterato, & cum majori ἀκριβείᾳ institui & comprobari possint. Impræ'sentiarum autem referre sufficiat quid nobis evenerit 10 Augusti postremo 'elapsi, cum quæ sequuntur experimenta capere licuerit.'

'*Coleurina* quædam (60) super Cortinam inferioris Propugnaculi *Flo'rentiæ* adducebatur, ibique sic posita ut Os ejusdem versus *Artemino* 'spectaret (quod est Rusticanum *Magni Hetruriæ Ducis* Palatium, Colle 'quodam altiore situm, prædictique Propugnaculi latus Occidentale re'spiciens, a quo etiam circiter 12 millia passuum distat.) Diem quendam 'selegimus cum Ventus occidentalis aliquanto fortius spiraret, ut Soni 'motus contrario vento repelleretur. Hoc autem parum juvabat: quippe 'sub vesperam, cœlum omnino tranquillum erat, vel saltem adeo tenui 'aura agitabatur, ut candelæ flammam haud disjiceret.

'Hic Lo i relictis quibusdam harum rerum peritis, quibus antea quæ 'potissimum cu.arent in mandatis dedimus, ad prædictum *Palatium* '*Artemino* concessimus. Prout jussimus, inter Horas primam & ter'tiam Noctis, *Coleurina* sæpius exonerata est; & 49 Secunda Mi-

'nuta

'Minuta inter ejusdem Coruscationem & Fragorem jugiter numeravimus. 'Nos etiam in *Artemino* Bombardas quasdam accendimus; atque inter 'harum coruscationem & fragorem prædicti Spectatores (quos in Arce re-'liquimus) tantum 48 Minuta Secunda numeraverunt. Unde constabat 'Sonum unius tantum Minuti Secundi intervallo velocius ab *Artemino* ad '*Florentiam*, quam retrorsum ferri.'

'Haud adeo nostræ observationi confidimus, ut minutulum hoc Veloci-'tatis discrimen ad Venti conspirantis aut renitentis vim referre audea-'mus. Quippe ipsius Observatoris error, qui Penduli vibrationes nume-'rabat, huic fortean occasionem dederit. Quod sane facile fieri possit. 'Sæpius enim eveniat necesse est, ut emicantem flammam non nisi post 'inceptam Penduli Vibrationem videat, Sonitusque fragorem nondum ter-'minata Vibratione exaudiat: adeo ut ipse Calculum una Vibratione 'auctiorem, quam par est, hoc pacto faciat, dum interea Temporis spa-'tium sit utrinque par & idem.'

'Sperabamus autem proximo mane Ventum forte contrarium exori-'turum, (Sæpius enim hic loci, primo saltem diluculo, Ventus ab Oriente 'spirare solet) qui inceptis Experimentis magis inserviret. *Colubrinam* 'igitur rursus, cum illuxerit Dies, exonerari jusseramus: Ventus autem 'nec Votis nec Operi favebat; quippe qui paululum tantum ad Borealem 'plagam se convertisset. Adeo ut variatio Temporis, & Velocitatis Soni, 'in tantilla Venti mutatione, vix perciperetur. Solitas proinde 49 Pen-'duli Vibrationes, ut prius, numerabamus. Interea temporis hæc eadem 'Experimenta expendere speramus, quamprimum tempestas magis idonea 'occurret, Ventorumque crebriores mutationes, commodiores occasiones 'dabunt eadem melius experiendi, unde tandem plenissime nobis satisfiat.'

Quod ad Spatium attinet, quod Soni quovis assignato tempore percurrunt, de eodem nondum inter se constat; sed ab experimentis quibusdam conjiciebant rem ita se habere, prout Experimenta *Academiæ del Cimento* testabantur.

Ex his Observationibus, aliisque nobiscum communicatis abunde patet, Multo longius exaudiri posse Sonos in *Italia*, quam prædictus Amicus ingeniosus nos docuit. Ipse enim eximius *Ablegatus* Bombardarum ingentium strepitum ad 60 Milliarium distantiam auribus percepit. Quæ etiam ejusdem suasu *Florentiæ* exonerabantur, eædem 55 Millia passuum audiebantur. Tormenta militaria *Ligurni* displosa ad 60 Milliarium intervallum aures feriebant. Quæ *Messanæ* exonerabantur (ut ex Tabulis Geographicis patet) eorem aures, qui centum fere Italica Milliaria semoti sunt, percellebant. Quæ denique in concutienda *Genua* displosa sunt, eorundem fragor plus quam 90 Millia passuum Italicorum (ut ex Mappis) pervenit.

Quibus omnibus in mentem revocatis, & serio perpensis, vix possum quin credam non minus late propagari Sonos in omnibus *Meridionalibus*, quam in hisce *Borealibus* Terrarum plagis. Quamvis haud desunt exempla longioris Sonorum progressus in quibusdam Septentrionalibus Terræ partibus.

bus. Generosus quidam *Danus* (insignissimi nostri *Danici Principis* Famulus) mihi inter confabulandum narravit se, cum in *Dania* vitam ageret, Bombardarum *Carolscroomiæ* displosarum crepitum, 80 Milliaria Anglicana (ni fallit memoria) remotum clare exaudivisse. *Doctor Hearn* (Regis *Sueciæ* Medicus) narrationem quandam ad *Regalem* nostram *Societatem* misit, de Bombardis *Holmiæ* explosis, cum exequiæ unius ex regiis Principibus celebrarentur, A. D. 1685; quarum fragor 30 Suevorum Milliarium intercapedinem percurrit, quæ 180 Milliaria Anglicana fere exæquant. Navali etiam illa Pugna quæ gesta est *Angliam* inter & *Hollandiam* A. D. 1672. Tormentorum bellicorum Strepitus plus quam ducentis Milliaribus interjacentium attonitas aures percussit; quippe qui trans *Insulam nostram* ad *Salopiam* usque & *Walliam* pertingebat.

Quod proinde ambo Fratres *Townleii* observarunt, idem prædicto *Castello S. Angelo*, vel *Romæ* saltem, proprium omnino est, & peculiare. Neque enim perspicax eorundem ingenium, fidamve curam male suspicari licet. Ista igitur Soni diminutio, quam iidem animadvertebant (nisi male auguror) vel ad prædicti Castelli Situm, vel ad interjacentes Domos (passim & ubique in ista confertissima Urbe surgentes) vel ad Strepitus ejusdem undique personantes, vel ad Ventos adversos, vel demum aliam consimilem causam referendum est: Vel forsan hi Viri prædictas suas Observationes fecerunt eo Aeris statu, quo Soni, quamvis maxime secundos habeant Ventos, multo tamen languidiores sunt, quam aliis temporibus, cum prorsus adversi sunt.

§. 10. *De varia Sonorum Remissione & Intensione (sive Audibilitate) pro diverso Atmosphæræ statu.*

Sæpius *Æstate*, cum jam incaluerit aer, observavi Sonos supra modum languidiores videri, debilesque admodum ad aures ferri; cum alia tempestate, præsertim *Hyeme*, si forte gelascit, multo magis argutos & stridulos eosdem fuisse, fortiusque aures perculisse. Spirante etiam *Borea* vel *Euro* (quantumvis adverse) Sonos clariores, magisque stridulos esse sensi, quam si ex contrariis plagis Venti spirarent: ut *Kircherus* quoque *Romæ* observavit. Hoc autem non constans & perpetuum est.

Neque quid magis certum ex *Mercurii in Barometro* ascendentis vel descendentis inspectione colligerem, quod tamen credulus autumabam. Sonos enim aliquando maxime claros & argutos, aliquando maxime debiles & languidos cum ad summum ascenderet; e contra aliquando maxime stridulos, interdum maxime deficientes, cum Mercurius ad imum descenderet, comperi.

Pariter etiam incerte se res habet quoad Serenum & Nebulosum aerem. Tempore pluvioso & humido sæpe observavi Sonos obtundi, & "Post "imbres vehementiores plurimum virium acquirere, ut *Kircherus Romæ*. Sed contrarium quoque sæpe evenit. Maii 31. A. D. 1705. Aer hic loci magis serenus, Vaporumque expers fuit, quam unquam antea me vidisse memini. Tam purum etenim liquidoque serenum erat Cœlum, ut objecta longissime remota clare facileque prospicerem. Sed tamen Bombardas in

agro *Blackheath* tunc temporis explosas exaudire non potui (si unam excipias, cujus fragorem jam prorsus languentem auribus perceperim) quamvis omnium eminus micantem flammulam clare cernerem. Eodemque tempore Nubium & Venti motus cum sono conspirabat; Aura etiam lenissima tunc spirabat, quæ compositos crines vix moveret; & omnia denique ad Soni vim motumque promovendum necessaria concurrere videbantur. E contra vero, cum prorsus mutatus fuerit Aeris & Cœli status, cum omnia turbida viderentur, & Atmosphæra vaporibus plena, sæpe stridulos Sonos, nec minus crebro eosdem hebetes & remissos exaudivi.

Nebulas spissas certum est Sonos quam maxime hebetare. Soni enim tunc admodum languidi & obtusi plerumque videntur. Quod ab interpositis vaporibus, & spissis particulis, quæ Nebulam constituunt, certissime provenit, Idem etiam de *Nivoso Cœlo* observavi. Cum enim Nix recens in terram decidit, protinus hebescunt Soni. Cum vero glaciata fuerit ejus superficies, Soni repente acutiores fiunt, Campanasque & Bombardas tinnientes & reboantes eo usque exaudivi, ac si Nix humum non consperserat. *Townleius* prædictus haud ita pridem se observasse aiebat (cui non absimile egomet expertus sum) dum per oppidum quoddam equo veheretur, Campanarum (quæ tum haud ita procul pulsabantur) Sonum ad aures vix posse pervenire, si quando Domus Nive tecta occurreret interjacens. Adeo ut ipse, oppidulum ingressus, plurimum miratus sit, Campanas tam subito silere, dum primas interjectas ædes prætergrederetur; deinde repente resonare, cum proximum vacuum intervallum præteriret. Quod quidem per totum viæ cursum in eodem oppido observavit, Campanarum nempe Sonum ad aures pertingere, vel non; prout ædificia nive obsita occurrerent interposita, vel non.

§ 11. *De Ventorum vi, sive influentia in Soni Motum.*

Illustrissima *Academia del Cimento* ab experimentis invenit Sonorum motum nec ab adversis Ventis retardari, nec a secundis accelerari: Sed utcunque spirarent Venti, semper idem Spatium in eodem tempore percurrere. In ista sententia fuit *Gassendus*, cæterique fere omnes qui antea vel postea Philosophati sunt. Quoniam vero contrarium hujus patet ab ipsa Experientia, erroris coarguendi sunt. In quem ideo incidisse videntur, quod ad nimis breve intervallum Experimenta sua instituerentur. Omnino enim verisimile est hosce Philosophos ad unius tantum, vel ad summum, duorum, triumve Milliarium distantiam observationes suas fecisse. Quas proinde vitiosas esse haud miror. Sin autem ad 10 aut 12 Millia passuum, accuratis Instrumentis adhibitis, rem tentassent (quod ipse sæpius feci) errorem facile agnoscerent.

Quem communem errorem Egomet (horum Virorum authoritate fretus) diu admisi; donec tandem Bombardarum in agro *Blackheath* observatione triennali, & amplius, eundem feliciter detexi. Cum autem primum Sonos aliquando citius, aliquando tardius ad aures pertigisse sensi, erroris cujusdam a me facti suspicio animum subiit, vel quod Automati vibrationes minus recte numeravi, vel coruscantem Bombardæ flammulam

mulam male obſervavi; vel in alium conſimilem errorem haud attentus inciderim. Poſtquam vero Bombardæ de induſtria in mei gratiam exonerarentur ſingulis ſemihoris, ab hora ſexta veſpertina uſque ad mediam noctem, Sonumque perpetuo ſine ulla notabili varietate, 120 vel 122 ſemiſecundorum ſpatio pervenire ſenſi, quamvis Ventus directe adverſus fuiſſet; aliis autem temporibus, cum Ventus ſecundus ſpiraret, ſive e directo, ſive ex tranſverſo, aut obliquo, earundem Bombardarum Sonum 111, 112, 113, 114, 115, 116 vel ad ſummum 117 Semiſecundorum ſpatio advenire deprehendi; tum demum me certiſſime perſuaſum habui, reale aliquod diſcrimen fuiſſe, quod iſtam in Obſervationibus varietatem perperiſſet.

Neque ſolum *Secundi* aut *Adverſi Venti Sonorum motum accelerant aut tardant*, ſed etiam *pro graduum varietate, quo vehementius aut lenius ſpirant, eo magis minuſve eundem promovent aut impediunt.* De quibus omnibus in majorem certitudinem, ſpeciales quaſdam obſervationes in ſequenti Tabella ſubnectam; poſtquam prænotavi Bombardas in agro *Blackheath* circiter 60 gradus a Meridie diſtare, hoc eſt ad Plagam a S W b W aliquanto remotiorem vergere.

Tabella Sono.um Bombardarum in Agro *Blackheath*, pro Ventorum, Viriumque quibus agitantur, varietate.

Dies Menſis & Anni.	Hora Diei.	Numerus Vibrationum.	Ventorum Plaga.	Nubium Plaga.	Altitudo ☿.	
1704.						
Febr. 13 {	6 h. ad med. noc. }	120 122	NEbE 1	NEbE	29	99
11	11 ½ mane	119	E 2	E	30	22
1705.						
Mar. 30	10 mane	113	SW 7	SW	29	30
Apr. 2	8 ½ p. M.	114½	SbW 1			
3						
3	10 mane	116½	S 4 {	Inferior S Sup. Wb. N }	29	80
5	1 p. M.	111	SWbW 7	SWbW	29	70
13	8 ½ mane	120	NbE 2		29	26
24	5 p. M.	116	SWbW 0	NW	29	59
Sept. 11 {	6 ½ p. M. 7 p. M.	115 115½	W 2 WbN 2 }	WbN {	Saker. Mortar.	
29	10 ½ mane	112	SSW 6	SSW	29	38
Octob. 6	10 mane	117	ESE 1 & 2	SE	29	34
Nov. 30	meridie	115	SSW 4	SSW	29	10
Febr. 15	11 mane	116	SbW 1	SW	29	60
1706.						
Nov. 29 {	11 ½ mane meridie	116 118	SW 0 SWbS 1 }	SWbW	30	06
Febr. 7	meridie	113	SWbW 4	W	29	83

Ab Experimentis Ap. 5. & Sept. 29. factis, patet Ventos vehementiores urgere & maturare Sonorum motum. Quinto enim Aprilis, cum prope conſpiraret Venti Soniquemotus, fortior etiam aliquanto idem Ventus fuerit (prout figura [7] annexa denotat, pariter ac Cifra [0] tranquillum Cœlum; & Figuræ 1, 2, 3, 4, &c. varias Ventorum vires ſignificant) tunc temporis, inquam, Sonus 111 Semiſecundorum ſpatio iter confecit. Aprilis autem 24, cum Ventus ab eadem Plaga ſpiraret, & Aer tranquillus eſſet, idem itineris ſpatium non niſi 116 Semi-ſecundorum intervallo Sonus peragraſſet. Ita etiam Feb. 7. 1706, cum ab eodem Cardine ſpiraret Ventus, & ſecum deferret Sonum, viribus autem jam dimidio minoribus, 113 Semi-ſecunda elapſa ſunt priuſquam Sonus aſſuetum confecit iter. Ita demum Sept. 29. 1705. Vento vehementiore ſpirante, & minus ſecundo, Sonus intra 112 Semi-ſecunda progreſſum abſolvit. Ex quibus,

bus, aliisque in Tabella exemplis liquidò conſtat, *Ventos Fortiores Soni propagationem adjuvare, Leniores autem eandem minus promovere.*

Idem etiam conſtat de iis Ventis, ſive Aeris torrentibus, qui Soni progreſſui e directo favent, vel obſtant; eos nimirum *ejuſdem motum celeriorem vel tardiorem reddere.* Quique *Intermedii* volvuntur Atmoſphæræ fluxus, eos *Intermedium pariter Soni progreſſum,* ſive Penduli Vibrationum numerum efficere.

Maximum diſcrimen, quod in Soni progreſſu per 13 fere milliarium ſpatium hactenus animadverti, novem circiter aut decem Semiſecunda exæquat, cum nempe Venti fortes promovent, & lenes tantum impediunt Sonum. Cum vero tenues ſolum aut prorſus nulli obſtant, vel adjuvant eundem, tum quidem differentia duo vel tria Semi-ſecunda haud ſuperat.

§. 12. *De Ventorum Velocitate.*

Ut quantum ſpatium quovis aſſignato tempore perflent Venti pro certo ſcirem, leviuſcula quædam corpora in parandis experimentis adhibui. Cujuſmodi ſunt Pappus, Plumæ leves, &c. quæ propoſito melius inſervire videbantur, quam Inſtrumentum illud quod in * *Actis Philoſophicis*, No. 24. deſcriptum habemus; vel etiam illud alterum magis commodum Molæ alatæ figuram referens, ab acutiſſimo D. *Doctore Hook*, ni fallor, excogitatum.

* Abr. Vol. II. p. 42.

Ex plurimis quæ feci experimentis, leviuſculorum corporum ope, cum variæ Ventorum vires fuerint, deprehendi, Ventum vehementiſſimum vix 60 Millia paſſuum horæ ſpatio percurrere. Exempli gratia; Aug. 11. 1705. tantam Procellam excitavit Venti vehementia, ut ipſam Molam Pneumaticam, juxta locum quo obſervationes meas feci, pene ſubverteret. [Ventorum Vires (uti modo diximus) hiſce Characteribus plerumque notavi; 0, 1, 2, 3, 4, 5, 6, uſque ad 10, 15, aut plures gradus.] Prædicti autem Venti vires 12 circiter aut 14 graduum horum reſpondere æſtimavi: & a quamplurimis iteratis experimentis animadverti, Turbinem iſtum circiter 33 pedes, ſpatio Semi-ſecundi Minuti percurrere, ſive 45 Milliaria in Hora. Unde colligo Ventum concitatiſſimum & maxime nimboſum (illo vehementiſſimo, qui Menſe Novembris 1703 furebat, haud excepto) non plus quam 50 aut 60 millia paſſuum horæ ſpatio prætervolare.

Poſtquam rapidorum Ventorum Velocitatem dimenſi ſumus, quæ ſit minus rapidorum celeritas conjicere haud difficile eſt. Horum enim curſus pariter notavi, variiſque ab Experimentis edoctus ſum, horum nonnullos 15, quoſdam 13, alios multo plura, alioſque multo pauciora milliaria horæ ſpatio conficere: quoſdam autem tam lento motu ferri, ut vix unum milliare in hora peragrent. Alii porro Venti ſunt adeo tardigradi, ut eoſdem aliquis, equo vel pedibus iter faciens, facile prævertat. Quod Senſibus patet; quoties gradum ſiſtimus, lenem auram nos placide ventilantem percipimus: ſin autem cum eodem pergimus, nullam prorſus ſentimus: ſi vero celerius pedem movemus, comitantis & conſpirantis Auræ loco, adverſantem, & in ora vultuſque ſpirantem

aerem

aerem perſentimus. Ita, quieſcente prorſus Atmoſphæra, & ſtagnante, ſi forte ambulamus, aut equitamus, lenem Auram nos tunc prementem ſentimus, tantarum nempe virium, quantæ motui quo ferimur reſpondent. Eodemque Motus gradu, ſive Velocitate, fertur Venti aura, ſive Aeris fluxus, cum pari impetu nos morantes aut ceſſantes premat.

Hoc unum inſuper quoad Sonos obſervabo: nempe, cum eorum Motus Vento celerior ſit, patet quod iſtæ Atmoſphæræ partes quibus imprimuntur, aut deferuntur Soni, non ſunt eædem ac illæ ex quibus conflantur Venti, ſed quædam aliæ magis æthereæ & volatiles, quantum divinare licet. *Venti* enim celerrimi haud plus quam 60 milliaria Horæ ſpatio prætervolant: *Soni* vero plus quam 700 millia paſſuum eodem tempore percurrunt.

Sin autem objiciatur quod Venti Sonos celeriores aut tardiores reddunt: Reſponderetur; Hoc non a ſolo proprioque ventoſarum particularum fluxu, ſeu tendentia proficiſci, ſed potius ab omnium Atmoſphæræ particularum, cum craſſiorum, tum ætherearum conjuncto & conſpirante motu. Quæ Curſus, ſive Motus directio, ſi Sonorum Undulationibus faveat, Sonorum appulſum exinde accelerari; ſin adverſetur, retardari, omnino veriſimile eſt.

§. 13. *De Sonorum Velocitate.*

Ex quamplurimis quæ prænotavimus, firmiſſime concludo, Sonos hoc Velocitatis gradu propagari, Nempe, *ad Milliaris intervallum (ſive* 5280 *Pedum Anglicanorum) ſpatio* 9 $\frac{1}{4}$ *Semi ſecundorum percurrere:* Vel (quod eodem redit) Pedes 571 unius Semi-ſecundi, vel 1142 Pedes unius Secundi Minuti Temporis ſpatio.

Hoc autem prædictum ſpatium pertranſeunt Soni, ſi tranſverſus Atmoſphæræ fluxus intercurreret, & eſt *Medius* eorum *Progreſſus* ſive *Motus.* Sin autem Ventus Soni rapiditatem augeat, poſſibile eſt ut pluſquam 600 Pedes Semi-ſecundi ſpatio prætereat. Vel e contra, ſi moram ei innectat, haud plus quam 560 Pedes eodem temporis intervallo progrediatur.

Prædictæ Obſervationes, & Experimenta non parum conducere videntur,

1. *Philoſopho*; qui vel hinc aliqua ex parte inſtructior ſit ad arcanam Sonorum Naturam inveſtigandam; & eorundem plurima Phænomena abſtruſa explicanda.

2. *Nautæ*; qui hinc diſcat quanto intervallo abſunt Naves, quas procul fluctuantes, vel ad anchoras ſtantes cernit: quam longe item Tellus, aut optata Arena, eminus conſpecta, diſtat: Quæ ex Sclopetis de induſtria exploſis, ſigno quodam dato, facile certoque innoteſcant.

3. *Militi*: ad inveniendum quam procul Hoſtis Caſtra locavit; ad quam diſtantiam ſita eſt Urbs obſeſſa, Arx, Armamentarium, &c. ad Tormenta muralia libranda, & dirigendos Pyrobolos, glandeſque ignivomas.

4. *Geographo*: ad Locorum diſtantias facilius & certius menſurandas. Quivis enim intra horam unam aut alteram, parva pulveris pyrii copia inſtructus

inſtructus, totam fere Regionem Tabula accuratiſſime deſcriptam hoc pacto exhibeat. Sclopeta enim diſploſa Diſtantias (prout diximus) oſtendent: & quodvis Inſtrumentum Mathematicum quo metiuntur Angulos, vel Inſtrumentum illud vulgare quo Decempedatores utuntur (*the Plain Table* vocatum,) vel ſola Regula Pinacidiis inſtructa, variorum locorum Situs indicabit; quæ deinde delineare haud difficile eſt.

Hac etiam ratione in Mapparum rectitudinem, & veritatem quis facile inquirat; & ſiquos habeant errores, corrigat.

Hæc demum (Soni) obſervandi ratio, Locorum inacceſſorum, præſertim vero latiſſimorum Fluviorum, & ejuſmodi locorum haud aliter menſurabilium, diſtantiis dimetiendis magnopere inſerviat.

5. *Echometra.* De hoc ludicro & jucundo Soni Phænomeno (ſcil. *Echo*) licet plurimi docti viri olim & poſtea ſollicite quæſiverint, de plurimis tamen ad idem ſpectantibus non bene inter ſe convenit: ſpeciatim de ſpatio Loci ad repetitionem 1, 2, 3 vel plurium Syllabarum neceſſario; vel (quod eidem redit) de ſpatio ab *Echo* peragrato in certo quodam temporis intervallo. *Merſennus* —— —— paſſus ad Vocem Monoſyllabam repetendam concedit; *Blancanus* 24 paſſus (cui aſtipulatur noſtras celeberrimus Dr. *Plott*,) ſed *Ath. Kircherus* aſſerit nihil omnino certi de eo definiri poſſe, quod nempe Ventorum variatio, viriumque Soni intenſio & remiſſio, & multa alia immenſam variationem pariunt.

Rationem autem hujus diſſenſus inter laudatos hoſce viros reddere haud difficile eſt. Ex plurimis enim cauſis oriri poteſt; ex tarditate nimirum & diverſa noſtrorum Senſuum diſpoſitione; vel ex varia Sonorum audibilitate; ex Syllabarum ipſarum gravi vel acuto ſono ſive earundem contracta vel producta pronunciatione; vel ex qualibet alia cauſa temporis intervallum protrahente. Nullus enim dubito (Exempli gratia) quin ſi Objectum aliquod Phonocampticum repercutere potuerit omnes Syllabas hujuſce ſequentis carminis, viz.

Vocalis Nymphe, quæ nec reticere loquenti,

Quod haud valeret repercutere omnes Syllabas ſequentis carminis, quoniam paulo productior eſt ejus pronunciatio,

Corpus adhuc Echo, non vox erat, & tamen uſum:

Et multo minus repetere valeret aſperas omnes, & productas Syllabas ſequentis carminis licet numero pauciores,

Arx, tridens, roſtris, ſphinx, præſter, torrida, ſeps, ſtrix.

Verum a præcedentibus de Soni motu Obſervationibus concludere licet, Quod uti Soni, ita Ἠχῶ certa & determinata ſpatia in certo quodam præſcriptoque tempore percurrunt. Quod ipſum ab experientia ſæpius edoctus

ſum

ſum, ſcil. Echo redire in duplo temporis intervallo quo Vox primaria Objectum Phonocampticum pertingebat, ex. gr. Echus regreſſus in eodem temporis intervallo fuerit, in quo Primarius Sonus duo Stadia percurriſſet ſi non repercuſſus fuiſſet.

Et hoc in dimetiendis Locorum diſtantiis magno mihi uſui ſæpe fuit. Exempli gratia: Cum in *Thameſis* fluvii ripa ſtarem, Villæ *Woolwich* oppoſita, monoſyllabæ vocis Echo a Domibus adverſis repercuſſa fuit in ſex Semi-ſecundis Minutis temporis. Unde colligo Latitudinem fluvii *Thameſis*, eo loci a margine unius Ripæ ad marginem alterius, 1712 pedes Anglicanos eſſe, ſive ſupra quadrantem milliaris. Nam ut 9,25 (Semi-ſecunda): ad 5280 (pedes in milliari uno): Ita 6 (Semi-ſecunda): ad 3424, 8 pedes. Cujus dimidium eſt 1712,4 pedes.

Denique hoc pacto *Intonantium Nubium Altitudo*, & ipſius *Tonitru*, *Fulgurisque* Diſtantia facile innoteſcant.

Of the Nature and Property of Sounds, by Dr. Grandi n. 319. p. 270.

**Vid. Phi. Tran. n 156. Abrid. p. 508.*

V. Elegantiſſimum Præſulis * Armachani commentariolum de Sono ſumma animi voluptate perlegi, at circa Semiplani figuram in calæ ejus ſcripti commemoratam, vereor, ut ſatis aſſequi mentem Auctoris valuerim.

Comparat doctiſſimus Præſul ſcientiam auditus cum Theoria viſionis, atque ut hæc in directam, reflexam, & refractam dividitur, ita illam pari ratione trifariam diſtribuit, ut non modo ſonos directos, & reflexos (quod dudum in uſu fuit) ſed & refractos conſideret; quem-admodum autem eximiis inventis opticis, catoptricis, & dioptricis viſionem a majoribus noſtris magna jam ex parte perfectam fuiſſe animadvertit, ita compluribus inſtrumentis Acuſticis, Catacuſticis, & Diacuſticis, ſive Phonicis, Cataphonicis, & Diaphonicis (utrovis enim modo denominat) auditum, tam ex objecti, quam medii, vel organi parte perfici poſſe non dubitat, eoque ſpectantia problemata proponit, quæ tamen in hoc ſcripto, nedum abſque demonſtratione, ſed & abſque determinatione, aut conſtructione ulla exhibentur, unde non major ad ipſorum ſolutionem lux nobis affulget, quam quæ, ante inventa a M. Galilæo ſcientiæ motus principia, haberi potuiſſet ad enodationem problematum circa determinandam projectorum ſemitam, vel aquarum ex data altitudine deſcendentium velocitatem, propoſitorum. Neque enim affirmare verebor, perinde ignota nunc eſſe Acuſticæ doctrinæ fundamenta, certe nondum paſſim vulgata, aut inter eruditos recepta; licet fortaſſe laudatiſſimo huic Præſuli innotuiſſe videantur, ſi quæ ab illo indicata, & promiſſa ſunt, attendamus, quorum quidem uberiori expoſitione, atque aperta demonſtratione totam ſibi literariam Rempublicam demeruiſſet; cum vix credendum ſit, omnes ſimplici illa Opticorum, & Acuſticorum comparatione fore contentos, quæ vix ultra ſatis latam analogiam extenditur, ob tot diſcrimina, quibus propagatio Lucis a diffuſione Soni ſecernitur: inter quæ illud palmarium eſt, quod Lux per lineam rectam ſemper exporrigitur, dum ſonus etiam per curvas, & inflexas utcunque ſemitas

ſemitas quaquaverſum ſpargitur, atque, intercepto cujuſvis opaci corporis obice, ſenſibilis redditur.

Et vero hæc ipſa, quæ de Soni diffuſione doctiſſimus Auctor noſter ediſſerit, ejus differentiam a lucis propagatione manifeſtant: docet ſiquidem, ſonum ſecus parietes, aut fornices lævigatiſſimos, elliptica, vel cycloidali, potius quam circulari flexura donatos, blando quodam, & expeditiſſimo lapſu feliciter excurrere, necnon per mollem aquæ ſuperficiem, ſonoris tremoribus, quibus aer criſpatur, obſequentem validius promoveri: quæ vereor, ut in luminis propagatione adeo generatim obſerventur; nam de Ellipſi quidem hoc tantum habemus ex catoptrica demonſtratum, quod radii lucis ex altero ejus foco *D* emanantes, & in ellipticam curvam *A B C* impingentes, inde reflexi in altero foco *E* colligentur; at ſi ex alio quovis puncto *G*, præter focos, exeant radii, non omnes amplius in unum punctum coibunt, ſed ita reflectentur, ut curvam cauſticam *f F f* contactu ſuo efforment, ſupra cujus convexitatem exiſtentes, uno aut altero reflexo radio, non pluribus gaudere poterunt, in ipſa vero curva poſiti aliquot ex maxime vicinis participabunt; atqui intra cavitatem ejuſdem verſabuntur, ab omni reflexorum radiorum illapſu immunes erunt, adeo nullum inde ſibi emolumentum obventurum ſperabunt. *Fig.* 14.

Cycloidem quod attinet, oſtendit quidem Cl. V. Joannes Bernoullius in Actis Lipſiæ 1697. Lucis radium, ſi per media tranſiret, quorum raritates in quolibet puncto juxta rationem ſubduplicatam altitudinum variarent, ita continuo flexu refrangendum, ut in curvam cycloidis ſinuaretur: at ſeu reflexione, ſeu directa per idem medium propulſione, quid figura cycloidis ad feliciorem luminis diffuſionem conferret, plane non video; hæc enim curva focis omnino caret, adeo ut in nullo puncto radios recolligere poſſit, ſed in curvas irregulares abeunt radii ab ipſa reflexi, niſi quod ubi ad axem *K L* paralleli radii *P M*, *Q N* in Cycloidem *E M K N H* inciderent, tunc linea cauſtica per contactum reflexorum radiorum *M R*, *N S*, efformata, ex binis cycloidibus *E R L*, *H S L*, circulo ſubduplæ diametri generatis, componeretur, radioſque reflexos confertiſſimos circa utriuſque confinium *L*, ad medium baſis reflectentis cycloidis exhiberet: cæterum tam in his quam in aliis cauſticis ex qualibet luminoſi puncti radiorumque poſitione reſultantibus, eædem obſervationes locum haberent, quas ſub finem præcedentis paragraphi cauſticis per ellipſim efformatis competere diximus. *Fig.* 15.

De plana aquarum ſuperficie nihil eſt quod addam, cum pateat, lucis radios per illam aut omnino refractos tranſire, aut ordinata reflexione in adverſam partem remitti, perinde ac e chryſtalli ſolidioris ſuperficie; imo ab hac aliquanto fortius, quam ab illa, tantum abeſt, ut per illam facillime repentes in directum expeditius promoveri poſſint, illumque blandum progreſſum obtinere, quem tremoribus harmonicis, per mollem aquarum ſuperficiem, criſpatione ſua ipſorum flexui ſe accommodantem, ſerpentibus Auctor tribuit: immo & dubitare licet, an lævigatiſſimæ ſpeculorum ſuperficies, perinde ac luminis, ſic ſoni reflexionibus valde conducerent, cum Echo ipſa ſpeluncarum receſſus aſperrimos, magis quam po-

 litos,

litos, ac tenui gypſo incruſtatos parietes habitare videatur, ab incultis vallibus, ab anfractuoſis antris, atque e veterum ædificiorum ruderibus frequentius reſpondens.

Jam Acuſticum ipſum, ſeu ſpheram Phonicam ab eodem propoſitam, divinando magis, quam interpretando, exponere utcunque aggrediar, verbis illius primum adductis, ut cum meis conjecturis mox ſubjiciendis conferri queant, & quam exacte iiſdem reſpondeant cujuſlibet poſſit arbitrio judicari.

Addam hoc loco, inquit Auctor, *Semiplani Acuſtici, ſeu Spheræ Phonicæ figuram, quaſi tentamen ad magnum ſcientiæ hujus principium explicandum, quod in ſonorum progreſſione conſiſtit. Conſideretis oportet rude hoc ſemiplanum velut horizonti parallelum, nam ſi eidem perpendiculare fuerit, ſuppono extremitatem illius ſuperiorem non amplius circularem futuram, ſed hyperbolicam, partem vero inferiorem æqualem fore uni ex maximis terræ circulis: adeo ut univerſa ſphera Phonica, ſi ita appellare liceat, ſit quædam hyperbola ſolida, ſuper concava baſis ſphericæ ſuperficie erecta.* Porro Diagramma Londino tranſmiſſum hujuſmodi erat, nullis præterea notis ad
Fig. 16.
ejus illuſtrationem facientibus inſtructum.

Fig. 17. Ipſe igitur, hoc alio Schemate ſubſtituto, mentem Auctoris aperire ſatagam. Sit terræ globus $CGFE$, atque in puncto C ejus ſuperficiei ſonus aliquis excitetur. Hic per terram ipſam nec non per aerem circumquaque propagabitur, adeo ut quo tempore ad maximum terræ circulum polo C deſcriptum, nempe ad Peripheriam GBE aut reipſa (licet fortaſſe inſenſibiliter) pervenit, aut ſaltem (ſi validior eſſet) perveniret, per aerem diffuſus, quoddam ſpatium repleret, pro varia tranſitus facilitate, non prorſus ſpherice, ſed inæqualiter exporrectum, & a perimetro hyperbolæ $GLAKE$, circa axem CAO ſonoro corpori C perpendicularem poſitæ, circumſcriptum: imo vero a ſuperficie conoidis hyberbolicæ, quam hyperbola ALG circa ſuum axem rotata generat, definitum. Itaque univerſa ſphera phonica, per quam dato tempore ſonus extenditur, erit ſolidum ſpatium comprehenſum ab hyperbolica conoide $GAEB$, quæ maximo terræ circulo GBE inſiſtit, & concava ſuperficie hemiſpherica $GCEB$ inferius terminatur: quod quidem ſpatium plano ad horizontem parallelo ubilibet ſectum, exhibebit ſemicirculum LIK, qualem oſtendit Auctoris figura, quem & ſemiplanum appellat, eo quod ipſius diagrammatis proſpectus alteram ſolum medietatem ejus exhibeat, dimidia reliqua trans hyperbolam verticalem (quæ & ipſa phonicam ſpheram per axem bifariam ſecat) inconſpicua manente. Verum quæ ſit hujuſmodi hyperbolæ ſpecies, aut quibus principiis doctrina hæc fulciatur, nec Auctor indicat, nec mihi ſuppetit unde hac de re quidpiam certi conjiciam.

Quod unum ſupereſt, adnitar, ut inverſo veſtigandi ordine procedens, detegam primo per quod linearum genus tremores ſonoros diffundi oporteret, ut in ejuſmodi hyperbolam dato tempore expanderentur; ſecundo, quæ raritatis variatio foret in variis aeris altitudinibus ſupponenda, ut (ſtante refractionis communi lege, qualem radii lucis obſervant) ſonorum directiones juxta inventam linearum ſpeciem flectere poſſet; ac tertio, quæ viciſſim dicenda ſit lex refractionis, quam ſonori tremores in ejuſ-

modi

modi curvarum genus abeuntes sequuntur, supposita raritatis aeris variatione tali, qualem plerique Philosophorum, & Mathematicorum in illo agnoscunt juxta reciprocam rationem ponderis atmosphæræ incumbentis, & inferiores partes gravantis, quam experimentis congruere testantur.

Pro quo consideremus, corpus sonorum *C* tremores suos per directiones *C n*, *C m*, *C h*, quaquaversus communicare, aut certe juxta eas lineas, per quas impulsum fuerat, se restituendo repellere aerem, eumdemque frequentissimis oscillationibus protrudere, quibus crispatur, atque ad motum tremulum juxta easdem directiones diffusum sollicitatur; hi ergo tremores quodam minimo tempore pervenisse concipiantur ad puncta *n*, *m*, *h*, unde iter suum prosequentes, successive post aliud datum tempus simul propagabuntur, primus ad punctum *N*, secundus ad *M*, tertius ad *H*; iterumque post aliud datum tempus simul progredientur, prior ad *G*, alter ad *L*, postremus ad *A*. Nunc igitur lineas quidem *C n N G*, *C m M L*, *C h H A*, per quas quilibet tremor succesive diffunditur, voco *Radios sonoros*; lineas vero *n*, *m*, *h*, *N M H*, *G L A*, quas prædicti sonori radii, omnesque alii synchroni iis intermedii dato quolibet tempore simul attingunt, *Undas sonoras* appello. *Fig.* 18.

Et quidem in medio prorsus ubilibet uniformi, cessante causa, quæ tremores sonoros a sua directione in hanc, vel illam partem deflectere cogat, patet sonoros radios semper rectos procedere, seu per viam brevissimam ab uno ad alium terminum directe progredi, atque undas penitus circulares sonoro corpori concentricas efficere, quia cum non majorem hic, quam alibi transitus difficultatem inveniant, utique ad pares distantias singuli dato quovis tempore elongabuntur: Secabit autem radius quilibet undam suam perpendiculariter, atque undæ quælibet concentricæ & similes erunt, ut constat ex elementis.

At in medio difformis densitatis, velut in aere terræ circumfuso, qui diversam pro varia altitudine (nam caloris, frigoris, humiditatis, & siccitatis vices, quæ ad certam legem revocari non possunt, pro nunc seponimus) raritatem obtinet, solus radius *C H A* perpendiculariter trajiciens omnes aereas lamellas, sive superficies terræ concentricas, irrefractus transibit, ac rectus manebit; cæteri vero iisdem superficiebus oblique impingentes continuo quodam flexu in quolibet puncto refringentur, & in curvas *C m M L*, *Cn N G* sinuabuntur; nec non pro varia transitus facilitate non ad eandem ubivis distantiam dato tempore progredientur, quare puncta *A*, *L*, *G*, aut *H*, *M*, *N*, quæ eodem momento sonus per quoslibet radios emissus attingit, inæqualiter a sonoro *C* remota erunt, adeoque undæ *A L G*, *H M N*, *h m n*, omnino circuli non erunt corpori sonoro concentrici, sed alterius generis curvæ, quas tamen oportet invicem similes esse, ac similiter positas: quare in hypothesi nostri Auctoris, qui extremam illam undam *A L G*, ultimos globi terraquei fines lambentem hyperbolicam voluit, necesse est quasvis alias undas intermedias *H M N*, *h m n*, esse hyperbolas similes, ac similiter positas, diversis quidem verticibus, *A*, *H*, *h*, sed eodem centro, ad eumdem axem, & sub similibus laterum figuris descriptas; nam quæcumque sit ratio, quæ ostendat, ob simultaneum appulsum soni ad puncta *A*, *L*, *G*, per vias synchronas *C H A*, *C M L*,

$C\,N\,G$, unde $A\,L\,G$ facessere in curvam talis speciei (puta hyperbolicam:) eadem prorsus iisdem fundamentis evincet, ob simultaneum appulsum soni etiam ad puncta H, M, N, per synchronas lineas $C\,h\,H$, $C\,m\,M$, $C\,n\,N$, undam $H\,M\,N$, in curvam ejusdem speciei (nempe hoc casu in hyperbolam similem, ac similiter positam) pariter abire, ut de se constat. Nec dubium insuper, sonoros radios $C\,H\,A$, $C\,M\,L$, $C\,N\,G$, semper undas illas similes $A\,L\,G$, $H\,M\,N$, $h\,m\,n$ debere perpendiculariter, sive ad rectos angulos secare, ut in circularibus undis contingit; quod cum in simili proposito de lucidis undis ostenderit jam Vir Cl. Christ. * Hugenius, non est cur in hac observatione, pluribus momentis confirmanda, tempus teratur.

* In Tractatu Gallico, de Lumine, p. 44.

Itaque investigatio viæ, per quam radii sonori, juxta hypothesim Auctoris nostri, propagantur, ad hoc pure geometricum Problema reducitur, ut inquiratur natura curvarum, quaslibet hyperbolas similes, & circa eumdem axem, eodem centro similiter descriptas, perpendiculariter secantium. Sint hyperbolæ similes $A\,L\,G$, $H\,M\,N$, $h\,m\,n$, aliæque innumeræ intermediæ, aut supra, vel infra ipsas similiter positæ, idem commune centrum O habentes, eodemque axe $O\,A\,H$, cui alter $O\,S$ conjugatur, descriptæ: ducenda est per punctum C curva $C\,m\,M\,L$, aut $C\,n\,N\,G$, propositas omnes hyperbolas perpendiculariter secans. Describatur per datum punctum C, inter asymptotos $O\,A$, $O\,S$, hyperbola $C\,m\,M\,L$ talis naturæ, ut posita ratione transversi lateris priorum hyperbolarum $A\,L$, $H\,M$, &c. ad latus rectum earumdem æquali rationi t ad r, potestates ordinatarum $L\,Q$ denominatæ ab exponente r sint reciproce proportionales potestatibus abscissarum a centro $O\,Q$ denominatis ab exponente t, nempe facta $O\,Q = x$, & $Q\,L = y$, ita ut $y^r = \frac{1}{x^t}$; sive, ducta qualibet alia ordinata $m\,i$, $M\,I$, ita ut ratio distantiarum a centro $O\,Q$, $O\,I$ sit reciproce tam multiplicata rationis applicatarum $I\,M$, $Q\,L$, quam multiplex est fractio $\frac{r}{t}$ unitatis. Dico hanc satisfacere quæsito; ducta enim cujusvis hyperbolæ $A\,L$ tangente $L\,P$ in puncto, ubi a curva $C\,M\,L$ secatur, necnon $S\,L\,R$ tangente ipsius hyperbolæ $C\,M\,L$ in eodem puncto, patet ex his quæ in Theorematum Hugenianorum demonstratione, cap. 7. n. 9. ostendimus, fore $O\,Q$ ad $Q\,R$, ut exponens potestatis distantiarum $O\,Q$ ad exponentem potestatis ordinatarum $Q\,L$, nempe ut t ad r; sed ut t ad r, nempe ut transversum latus ad rectum, ita per 37. l. Conic. est rectangulum $O\,Q\,P$ ad quadratum $Q\,L$; igitur ut $O\,Q$ ad $Q\,R$, sive sumpta communi altitudine $Q\,P$, ut rectangulum $O\,Q\,P$ ad rectangulum $P\,Q\,R$, ita rectangulum $O\,Q\,P$ ad quadratum $Q\,L$, quod ideo æquabitur rectangulo $P\,Q\,R$; quare angulus $P\,L\,R$ rectus erit: unde curva $C\,M\,L$ perpendiculariter occurret in puncto L hyperbolæ $A\,L\,G$, eodemque modo aliis hyperbolis $H\,M\,N$, $h\,m\,n$, in punctis M, m, in quibus illas secat, perpendicularis esse ostendetur; quod erat, &c.

Fig. 19.

Hinc primo colligitur, quod si hyperbola determinans sphæram Phonicam Auctoris nostri, nempe $A\,L\,G$, aliæque similes concentricæ $H\,M\,N$, $h\,m\,n$, fuerint æquilateræ, tunc propter æqualitatem laterum t, & r, hyperbola

perbola CML erit & ipsa hyperbola Apolloniana, & quidem pariter æquilatera, ejus enim æquatio superius allata transformabitur in hanc $y=\frac{1}{x}$ ubi ratio ordinatarum simpliciter reciproca erit rationis distantiarum a centro, itaque radii pariter sonori æque ac sonoræ undæ, juxta hanc hypothesin forent hyperbolæ ejusdem speciei, diversa duntaxat positione collocatæ: Memini porro Illustrissimum Equitem Isaacum Newtonum Opticæ suæ, lib. 3. p. 287. Observ. 10. ostendere, quod & radii lucis trans duorum cultrorum acies in obscurum cubiculum admissos; in hyperbolicas fimbrias, qualis esset CML, pariter sinuari, cujus phænomeni si ratio physica afferri posset, eadem hyperbolicos pariter soni radios, quales Armachani Præsulis systema invehere videtur, fortasse persuaderet.

Secundo observandum est, quod si plures ejusmodi curvæ, seu radii hyperbolici mML, nNG, &c. secantes undas hyperbolicas ALG, HMN, &c. perpendiculariter describantur, non in unum exacte punctum C poterunt convenire; tametsi propius & propius coeant ad partes C, atque ad intervallum pervenire possint, minus quolibet dato intervallo; quare concipiendi erunt radii illi hyperbolici a corpusculo C alicujus extensionis procedere, non ab aliquo mathematico puncto, quod ipsum convenientissimum est; sonus enim ex collisione corporum nascitur, non ex unius rigorosi puncti, seu termini extensionis tremore produci potest.

Imo cum omnes undæ a sonoro corpore propagatæ esse debeant, ut supra vidimus, hyperbolæ similes; congruum est, ut concipiamus, corpus sonorum C quasi fibrillam minutissimam frequentissime oscillantem, cujus minima, & veluti initialis unda infinite propemodum exigua 2 3 4, & ipsa revera hyperbolica sit, seu potius apex physicus alicujus hyperbolæ; ita ut nimirum fibrilla oscillatoria corporis sonori C, dum pulsatur, ex situ directo 2 C 4 detrusa in situm concavum 2 5 4, vi percussionis adigatur, tum vehementissimi elateris sui, nec non propriæ tensionis vi, restituta in convexam hyperbolam 2 3 4 intumescat, ac rursus reducta alternis vibrationibus, fluctuans hinc inde, suos tremores in hyperbolicas undas, ipsimet initialibus 2 3 4, 2 5 4 perpetuo similes, sursum, ac deorsum suapte natura, & in medio utrinque libero expandat, sed obice terrestris globi CE (cujus centrum T) impedita fortasse, hyperbolicas undas suas dumtaxat sursum propaget, & Phonicam Sphæram ab Auctore nostro excogitatam describat, hemisphaerio terrestri ab inferiori parte interruptam, ac definitam. Quod si vera esset *P. Pardies* doctrina Artic. 81. suæ staticæ proposita, quod chordæ extensæ reipsa hyperbolicam figuram, qualis esset 2 5 4, cujus centrum sit idem quod centrum terræ, vi proprii ponderis assumant, nemo non videt eam ipsam confirmando Auctoris nostri systemati fore congruentissimam, hinc enim ratio haberetur, cur fibrilla quævis sonori corporis, C, dum ad vibrationes harmonicas sollicitatur, in hyperbolam 2 5 4 excurreret centrum habens in centro terræ T, similiterque in aliam æqualem 2 3 4 assurgeret, indeque per alias ampliores hyperbolas tremorem diffunderet, quarum omnium centrum esset O æque distans a sonoro corpore C, ac sonorum corpus illud remotum sit ab ipsomet centro terræ;

quare

quare diſtantia CO æqualis ſemidiametro Globi Terraquei limitem definiret, ultra quam nulla ſonora unda propagaretur, nulluſque poſſet ſonus audiri, & linea OS, utpote aſymptotos quorumvis hyperbolicorum radiorum, per quos defertur ſonus, confinium beatæ illius regionis conſtitueret, in qua ab omni terrenarum rerum ſtrepitu ſecuris in ſumma tranquillitate philoſophari liceret.

Porro ne quis ſpeculationem hanc eo nomine contemnendam putet, quod fibrilla quævis ſonori corporis, cum breviſſima ſit, ac valide diſtenta, ſemper in ſitu recto $2C4$, manere videatur, nec poſſe in concavas, aut convexas hyperbolas 2 5 4, 2 3 4 ſinuari, conſiderandum inſuper eſt, hyperbolas quo majoribus axibus præditæ fuerint, eo magis ampliari, & ad lineam rectam accedere; itaque ob ingentem diſtantiam centrorum T, vel O, ſicut lineæ quas gravia cadentia deſcribunt, licet in centrum T collimantes pro parallelis habentur, & arcus circuli horizontalis cum recta ejus tangente confunditur, ita & initiales illas hyperbolas 2 5 4, 2 3 4 ferme coincidere dicendæ ſunt cum recta $2C4$, unde ſenſibilis non eſt incurvatio fibrillarum oſcillantium in ſonoro corpore, nec ſe prodit undarum hyperbolicarum ſpecies, niſi ubi in amplius ſpatium $GLALG$ dilatatæ fuerint centro ſuo propius accedentes.

Animadvertendum adhuc tamen, his principiis poſitis, conſequens fore, ut ſonus hinc inde ad latera non excurreret ultra ſpatium ab hyperbolicis extremis radiis $298g$, $476g$ comprehenſum, quas tangerent rectæ $T2$, $T4$, a centro terræ per terminos fibræ oſcillantis adductæ; ac revera fibræ illius tremores juxta aliam directionem non procederent, quam per $T2$, $T3$, $T4$, aliaſque intermedias angulo $2T4$ comprehenſas, ſingulis particulis fibræ ejuſdem correſpondentes, itaque ſpatium extra dictas hyperbolas $298g$, $476g$ poſitum ab omni tremore harmonico vacaret, nec poſſet juxta ſenſum Auctoris phonica ſphæra ad integrum terræ hemiſpherium exporrigi; itaque oportet, nunquam reipſa unicam aliquam ſonori corporis fibrillam tremere, quin terminos aliarum fibrarum, quibus connectitur, & inter quos diſtenditur, eo ipſo trahat, & ad harmonicum tremorem pariter ſollicitet, quæ rurſus alias, quibus implicantur, abducunt, & ad tremorem exſtimulant, quemadmodum tenſa chorda muſica ligneo inſtrumento, cui alligatur, tremores ſuos evidenter communicat; itaque harmonicæ oſcillationes in alia corpora, quibus mediate, vel immediate connectitur, percuſſa fibra ſonori corporis, ſubinde transfunduntur, licet magis magiſque ſemper debilitatæ, ac demum inſenſibiles redditæ per hemiſpherii terreſtris ſuperficiem ſparguntur, & longius ac longius ſerpentes obrepunt (quod auris ipſa terræ applicata, & magnos ſaltem fragores in maxima diſtantia excitatos diſcernens teſtari poteſt) itaque ex aliis etiam locis emergunt alii ſonori radii hyperbolici per totum terræ hemiſpherium, a quibus Phonica ſphera Præſulis Armachani ſatis impleri poſſit.

Secundam quæſtionem generalius ſolvere conabor, ut major inde fructus elici queat; intelligatur quivis radius ſeu lucidus, ſeu ſonorus NnG, in cujuſvis naturæ curvam, continua ſui refractione, mutatus: quæritur qua lege variari ſupponenda ſit denſitas, aut raritas medii in ejus diverſis altitudinibus,

tudinibus, ut ſtante refractionis theoria, quæ ſinum refractionis ſemper raritati medii refringentis proportionalem ſupponit, radius ille in talis naturæ curvam obire potuerit? Sit axis curvæ $Nn\,G$, quam radius refractus efficit, recta $C\,O$, in qua ſumpto quolibet puncto C, radio quovis $C\,L$ deſcribatur quadrans circularis $L\,P\,p$, ductaque ubilibet refracti radii tangente $N\,R$, $n\,r$, agatur ex C radius dictæ tangenti parallelus, occurrens circulo in P; ductaque $P\,F$ axi parallela, occurrat ordinatæ $N\,Q$ ad axim perpendiculari in puncto F; dico inde ortam curvam $Ff\,F$ exprimere ſuis ordinatis $F\,Q$, $f\,q$ raritates medii in variis ejus altitudinibus; nam quia $C\,P$ eſt parallela ipſi $R\,N$, erit angulus $P\,C\,B$ æqualis angulo, quem radius refractus $N\,n$ in puncto N efficit cum perpendiculo; & ideo $B\,P$, ſive $F\,Q$ erit ſemper ſinus refractionis, poſito CP ſinu toto; quare cum ſuppoſita ſit lex ea refractionis, ut ſinus ejuſdem proportionalis ſit raritati medii; utique eadem $F\,Q$ exprimit medii raritatem ad altitudinem Q, ſive ad æque altum punctum N, per quod radius tranſit. Quod erat, &c.

In noſtro autem propoſito, ubi $Q\,N = \frac{1}{X^{-\frac{t}{r}}}$ propter $Y^r = \frac{1}{X^t}$, ſi $F\,Q$ exponens raritatem aeris vocetur Z, erit $Z = \sqrt{\frac{t}{X^{\frac{2r+2t}{r}} + t\,t}}$; aut ſumpta etiam r, & CP pro unitate, fiet $Z = \sqrt{\frac{t}{X^{2+2t} + t\,t}}$, atque in caſu quod unda hyperbolica fuerit æquilatera, adeoque & radius hyperbola ſimilis æquilatera, $y = \frac{1}{X}$ propter $t = 1$, fiet $Z = \frac{1}{\sqrt{X^4 + 1}}$.

Quoniam vero tum † Jacobus Hermannus tum David * Gregorius oſtendunt Curvam, quæ determinat gradus raritatum aeris eſſe logarithmicam, adeo ut altitudines $O\,Q$, $o\,q$, ſive X ſint logarithmi numerorum exponentium aeris raritates in punctis Q, q: patet radii continue refracti $N\,n$, $N\,G$ curvaturam ea lege procedere, ut ſinus complementi incidentiæ, & refractionis ad poteſtatem $\frac{r}{r+t}$ elevati rationem habeant compoſitam ex ratione ſinuum rectorum ad ſimilem poteſtatem evectorum, & ex ratione quam habent logarithmi raritatum.

† *Act. Lipſ.* 1706.
* *Aſtron. Lib.* 5.

Cæterum etſi conſenſerim, ordinariam legem refractionis lucis dare ſinus incidentiæ & refractionis proportionales raritatibus mediorum, non diſſimulo tamen id fortaſſe non adeo exactum eſſe, cum ratio ſinuum in refractione ex aere in vitrum ſit circiter ſeſquialtera, aer vero pluſquam millies vitro ſit rarior. Sed cum viderent Geometræ majorem fieri ſinum refractionis in tranſitu ad aliud medium pro majori facilitate qua illud lux penetrat in communi hypotheſi, vel pro majori difficultate juxta Carteſium, qui ſupponit e contrario lucem magis refringi ob majorem difficultatem in rariori medio quam in denſiori (ut gravia corpora ob majorem difficultatem penetrandi denſiora corpora, in his magis refringuntur, reſiliendo a perpendiculari) & utramque legem in eo convenire, quod pro majori medii

medii raritate, major fieret refractio: hinc invaluit, ut ſinus proportionales dicerentur, non quidem facilitati, aut difficultati tranſitus, quarum alterutra ab aliis in dubium vocatur, ſed raritati medii, in qua omnes conveniunt, licet vera proportio illi non prorſus reſpondeat in eadem geometrica ratione; itaque ubicunque raritatis mentio facta eſt, ſubroganda eſt fortaſſe facilitas tranſitus in communi, & difficultas in Cartheſiana hypotheſi, præterquam ubi diximus, raritatem ex pondere aeris incumbentis variatam reſpondere altitudinibus ut numeri logarithmis ſuis reſpondent; hoc enim exacte veriſſimum eſt.

Experiments concerning Sound, by Mr. Hawksbee. *Actual Sound not to be tranſmitted through a Vacuum, n.* 321. *p.* 367.

V. 1. I took a ſtrong Receiver, arm'd with a Braſs-hoop at bottom, in which I included a Bell as large as well it could contain. This Receiver I ſcrew'd ſtrongly down to a Braſs-Plate, with a wet Leather between, and was full of common Air, which could no ways make its eſcape. Thus ſecur'd, it was ſet on the Pump, where it was cover'd with another large Receiver. In this manner, the Air contain'd between the outward and inward Receivers was exhauſted.

Now here I was ſure, when the Clapper ſhould be made to ſtrike the Bell, there would be actual Sound produc'd in the inward Receiver, the Air in which was of the ſame denſity with common Air; and could ſuffer no Alteration by the *Vacuum* on its outſide, ſo ſtrongly was it ſecur'd on all ſides. And as I ſaid before, that if the ſonorous Body ſhould ſuffer in any meaſure, by being in a very rare *Medium*, ſo as to contribute to the loſs of its Sound, that this Method ſeem'd probable to diſcover it.

Thus all being ready for Trial, the Clapper was made to ſtrike the Bell; but I found that there was no Tranſmiſſion of it through the *Vacuum*, tho' I was ſure there was actual Sound produc'd in the Receiver.

This plainly ſhews, and ſeems poſitively to confirm, That Air is the only *Medium* for the Propagation of Sound.

The Propagation of Sound, paſſing from the ſonorous Body into the common Air, in one Direction only, ib. p. 369.

2. To try whether that Sound, which ſhould be propagated in a Receiver, having a Communication with the open Air at one ſmall Aperture only, but otherwiſe intirely ſurrounded by a *Vacuum*; whether I ſay, that Sound would be increas'd, or continu'd Sounding longer, at each Stroke that ſhould be given the Bell, than it would do, were not its Body encompaſs'd by ſuch a *Medium*: The Bell was included as in the pre-mention'd Experiment; only, to the upper part of its Receiver, was ſcrew'd a Box with Collars of Leather; and on the Top of the outward Receiver, was laid a Braſs-Plate with a wet Leather between: In the middle of which Plate, was likewiſe ſcrew'd another Braſs Box with Collars, as before. Theſe Receivers when plac'd on the Pump, had their Boxes ſtanding directly one over the other. Through both of them in that Poſition, I paſt a hollow Braſs Tube, which exactly fitted their Perforations: thus the inward Receiver had a Communication with the outward Air, and the outward Receiver thereby was ſecured from the Ingreſs of the Circumambient *Medium*. Now when the Air contained between the Receivers was pretty well exhauſted, and the Bell ſtruck, the Sound was ſenſibly very vigo-

vigorous, and (I think) very nearly as great as before any Air was taken away at all; yet if ones Finger was apply'd to the Apperture of the hollow Brafs Tube, the Sound would be fo much diminifh'd, as but juft to be diftinguifh'd. By this we fee, that fince the Sound in that ftate cannot be tranfmitted through the Receiver that includes it, by means of the furrounding *Vacuum*, yet the Receiver is certainly ftruck with it; but finding no conveyance that way reverberates and makes its Paffage where it finds leaft Refiftance. Nor did I obferve, that although the Sound had but one Paffage from its Receiver, and that but a fmall one, that it continued any longer from the Stroke, than if it had been made in the open Air.

3. The Receiver which contain'd the Bell was fcrew'd down to a Brafs-plate, with a Leather between, as in the former Experiment; This Receiver with its Bell, was fufpended in a large Glafs-Veffel, by four Twine-threads to the top, and as many to the bottom: whereby it remain'd in the middle between both, concluding that thefe Threads would fo abforbe the Water when it fhould come to be put in, that there could be no Apprehenfion, that any Sound fhou'd be convey'd by them from the founding Body, any more than if they were intirely Water. Thus provided, the Clapper was made to ftrike the Bell, whofe Sound was fomething lefs by the Interpofition of the Glafs, than it would be, had it been made in the open Air; however it was very audible, and might be heard at a confiderable diftance; It appear'd to the Ear to be very harfh, in refpect to the Tone it afforded us. But now, when the Water came to be pour'd in, and the inward Receiver furrounded by it, at leaft an Inch and an half from the neareft part of the outward Glafs, the Clapper again was made to give the Sound; which it did, feemingly, very little lefs, in refpect to its Audibility; but much more mellow, fweet, and grave at leaft two or three Notes deeper than it was before. *Of the Propagation of Sound through Water, ib. p. 371.*

VI. *A Paper of lefs general ufe Omitted*, viz.

A Letter from Mr. *Jofeph Williamfon* Watchmaker to the Publifher; wherein he afferts his Right to the curious and ufeful Invention of making Clocks to keep Time with the Sun's apparent Motion, againft the Pretenfions of a *French* Watchmaker, who claim'd the faid Invention. *n. 363. p. 1080.*

CHAP. V.

Hydrostaticks, Hydraulicks.

I. *The weight of common Water under different Circumstances, by Mr.* Hawksbee, *n.* 318. *p.* 221.

FIrst, I took a Glass of common Water, and having weigh'd nicely a Glass-Bottle in it, whose Bulk was equal to the Bulk of 575 Grains of the same Fluid; then I caus'd some of the same Water to be boyl'd over the Fire, and after that, it was included in *Vacuo*, and there remained till it became of the same Temperature (as to Coolness) with common Water. Thus to the utmost of my Power, I endeavour'd to extricate all the Air out of the Water, thinking in that State it would become more dense than when I weigh'd my Bottle first in't; but contrary to my Expectation, I found that the Bottle had just the same weight in it, as before, which seems to confirm the Impossibility to compress Water by force into a lesser space than it naturally possesses; for if upon the removal of such a quantity of Air from out of its Body, the Parts do not slide any closer together, how should a Weight laid upon its Surface, when its Interstices seem to be replete with Air, make any Impression on it. The Body which was forc'd out of the Water by the prementioned means, I call Air, since, for any thing to the contrary that I can discover, it is subject to all the same Laws with it; but that the Water upon its Absence should not unite more closely than before, seems very surprizing to me; for I cannot conceive what Matter must supply the Vacancies, since the Particles of Water themselves remain at the same Distances as if the Air was not withdrawn, otherwise the Water of necessity must become more dense. But to proceed, I caus'd some Water to be heated about Blood warm, when weighing my Bottle in it, I found the Bulk of Water equal to the Bulk of the Bottle, which was about three Grains less than when cold; which shews, that the component parts of the Water are easily separated by Heat, and the Matter lodg'd in its Interstices, capable of Dilation: Then I took that Water that I had purg'd of all its Air (as near as I could,) and gave it a degree of Heat, not exceeding luke-warm; upon weighing the premention'd Bottle in it, I found, that although the Heat it had receiv'd was very inconsiderable, yet the Bulk of the Water in that State, equal to that of the Bottle, was now diminish'd two Grains: which plainly shews, That notwithstanding the Water contain'd no Air that I could discover, yet there seems a Matter latent in it capable of Intumescence.

Of the weight of Bodies in Water, by the same, n. 320. *p.* 306.

II. I took a piece of Sheet Brass (which I take to be more close and solid than that which is cast) of an exact square Inch, weighing just 482 Grains; I then cut as many Inches of Brass Tinsel, as were equal to the same

ſame Weight. The Number of theſe ſquare Inches were 255. Now theſe being of an equal weight with the other ſingle piece in common Air, I concluded from the inequality of their Surfaces that a diſproportion conſiderable in their ſpecifick Gravities would enſue, by weighing them in Water; the Water in one touching ſo many more parts of the Superficies than the other; and 'twas from what is generally aſſerted, that the ſmaller Bodies are, ſo the diſproportions of their Bulks to their Superficies encreaſe; and that ſuppoſing them infinitely ſmall or as Gold diſſolv'd in *Aqua Regis*, or Silver in *Aqua Fortis* muſt be, then their Superficies being touch'd by ſo many parts by the including *Menſtruum*, which is in ſuch a diſproportion to their Diameters or Bulks of Matter, as diſpoſes them to remain ſuſpended in it. This I take to be the general Solution of that Phænomenon, and theſe Conſiderations gave birth to that Experiment, yet when I came to bring it to the Teſt, I found to my great ſurprize, (being prepoſſeſt to the contrary) but two Grains difference; the ſingle piece weigh'd in the Water about 422 Grains; all the other Bodies together, hadly two Grains leſs: And this upon two or three Tryals ſucceeded much the ſame, notwithſtanding they were made with all the Caution imaginable. Now ſince ſo ſmall an Inequality is the Matter of Fact, between Bodies of the ſame Species weigh'd in Water, whoſe diſproportions of Surfaces are, as 1 to 255, (for I reckon the Sides of all the Tinſel Bodies to be equal to the ſides of the ſingle Braſs piece,) I muſt conclude, That thoſe Bodies muſt be infinitely ſmall, whoſe inequality of their Surfaces to their Bulks does exceed thoſe in this Experiment: For ſuppoſing one of theſe thin Squares ſhould be wrought into the form of a Globe, I am very apt to think, That the Diſproportion then of its Surface to its Bulk of Matter, would not be ſo great as its preſent form renders it.

Moreover, That although the Diſproportions of the Surfaces of Bodies to their bulk of Matter be very great; yet, that that is the only Reaſon why a Metallick Body ſhould be ſuſpended in a *Menſtruum* ſpecifically lighter than it ſelf, is very doubtful: For certainly if it was ſo, we might reaſonably have expected to have met with a much greater difference in the Bodies made uſe of in the newly recited Experiment: For there it ſhould ſeem neceſſary, that where we had ſo great a difference in point of Superficies, there we ſhould alſo have had a difference ſomething proportional in point of weight; which did not happen. I think therefore that there muſt be ſome other Agent or Quality, not only to aſſiſt, but to govern in the Caſe. And what we call a corroding *Menſtruum*, I take to be a Fluid adapted to attract ſuch, or ſuch a Body, (as we find no one of them to operate alike on all;) but, as I ſaid before, *Aqua Regis* for ſeparating the parts of Gold, *Aqua Fortis* for Silver: Now this Separation of their Parts by Attraction, ſeems to proceed from the *Menſtruum*'s Affection to the Body immers'd, and the Body reciprocally to the *Menſtruum*, and both to act on one another with greater Vigour, than either of their own Particles do upon their contiguous Fellows; by which

means a Separation of Parts must (I think) consequently follow. Thus being at liberty, they with the *Menstruum* become as one Body, and remain suspended in any part of it by their mutual Attraction. And that one *Menstruum* in this Case should affect one Body more than another, is no more than why the Magnet should affect Iron only.

Different Densities of common Water, by the same, n. 319. p. 267.

III. I caus'd a Quart of Water to be heated near scalding hot, and then put it into a convenient Glass with my Thermometer, the Spirit in which soon arose into the Ball a-top, where it remain'd till the Water cooling caus'd it to descend: by this time the Spirit in the Thermometer and the Water were become of an equal Temperature; and when it had descended to 130 Degrees above the Freezing Point, I began my Observations; which take as follows. I weighed a small Bottle in't, and found the Bulk of Water equal to it in that State was 574 Grains. When the Spirit had descended to 80 Degrees above the Freezing Point, the Bulk of Water equal to the Bottle then weigh'd three quarters of a Grain more than before. At thirty degrees above the Freezing Point, the quantity of Water equal to the Bulk of the Bottle was again increased about three quarters of a Grain. At the Freezing Point, it weigh'd still something more; in all about two Grains from 130 Degrees above the Freezing Point, to that very Point. Which to me seems considerable, and ought to be taken notice of by such Gentlemen, who judge of a Mineral or any other Water by its weight, when they have not an opportunity of making the Experiment at the Fountain-head; for there I suppose the Water is at the same Degree of Temperature at all Seasons.

Now according to this Experiment, I find, that Water is condensable by Cold one 28th part of the whole, from the greatest Degree of Heat in this Climate. Supposing then, that the Water in the Sea should suffer the same Alterations by the change of the different Seasons, (as I see no reason but very nearly it must) it would be easy to compute, that a Ship which should draw two Fathoms, or 12 Feet Water, in such Weather as is understood by the greatest Degree of Heat, would draw about half an Inch less from the greater Density of the Fluid, when reduc'd to the pre-mention'd Degree of Cold; and consequently would Sail better at that time.

Of the seeming spontaneous Ascent of Water by the same, n. 319. p. 258.

IV. 1. *Exp.* I. The several Experiments, which already have been made in relation to the spontaneous Ascent of Water in small Tubes, not only by my self, but several others, with much the same Success, gave me the occasion of thinking, whether the Figure of the Vessel might, or might not, contribute to the Oddness of the Appearance. And to give my self that Satisfaction, (an Account of which I thought would not be unacceptable to the Society) I proceeded as follows.

I procured a Couple of Glass Planes, about seven Inches long, and one and a half broad; these Planes were part of a broken Looking Glass; and notwithstanding when clapt together, they seem'd to touch one another

ther in ſo many parts, yet when they came to be immerſed in a Liquid, the Liquid would aſcend between them; but ſo thin and colourleſs it was, that it could not without difficulty be diſcerned, but upon the Separation of them, when they would be found wet on all their parts: therefore to make it more obvious, I put a ſmall piece of thin Paper on each corner; by which means, when laid one on the other, they became ſeparated by ſuch a diſtance, as is equal to the thickneſs of the Paper. In this manner I plung'd one end under ſome ſtrongly ting'd Liquor; where it no ſooner arriv'd, but the Water run (but not with that Velocity as in a ſmall Tube) gradually, ſometimes higher in one part than in another, ſhooting it ſelf very pleaſingly into Branches divers ways, and ſo would continue till it had arriv'd to its greateſt height; but that would be according to the diſtance the Planes were plac'd aſunder: for if, inſtead of one, two pieces of Paper were laid on each corner of the Planes, the Water then would not aſcend ſo high between them, as when they were ſeparated only by a ſingle one. And then, if the Planes were any ways declin'd, the Water would ſtill ſpread it ſelf farther and farther, agreeable to the degree of Declination: and this on ſeveral Tryals ſucceeded much the ſame.

Exp. II. Having ſeen the Succeſs of the former Experiment in the open Air, I was willing to try what appearance it would afford in *Vacuo*; accordingly I fixt the two Planes ſo to a Braſs Wire, (which paſt through the Cover of a Receiver) that I could make them deſcend at Pleaſure. In this manner, with a Diſh of ting'd Liquor, I convey'd them within the Receiver; which having plac'd on my Pump, I proceeded to exhauſt its contain'd Air, which the Gage, in a little time, diſcover'd to be pretty nicely done. Then I plung'd the Planes (ſeparated by Pieces of thin Paper as before) into the Water, where, as in the open Air, it aroſe between them; only with this difference, that there appear'd more Intervals, or Spaces, between the Branches of the aſcending Liquid, than in the former Experiment: but when I came to let in the Air, thoſe Intervals vaniſh'd, and an intire Body of the Liquid ſucceeded; yet the exact form of the upper parts of it remain'd unalter'd.

Exp. III. By the foregoing Experiments I found, that neither the Figure of the Veſſel, nor the Preſence of the Air, did any ways aſſiſt in the Production of the forementioned Appearance. To try therefore whether a quantity of Matter would help to unriddle the Miſtery; I produc'd two Tubes of an equal Bore, as near as I could, but of very unequal Subſtances, one of them being at leaſt ten times the thickneſs of the other; yet when I came to plunge them into the premention'd Liquid, the Aſcent of it ſeem'd to be alike in both. Now ſince the form of the Veſſel, the preſence of the Air, or the quantity of Matter that compoſes the Veſſel, do not any thing contribute to the Production of the Phænomenon, it may not be amiſs, to inquire a little into the Nature and Property of ſome other Body, that operates with equal Vigour, under the pre-mentioned Circumſtances; and by a Compariſon of one with the other, we may at length arrive nearer to account for the ſame.

What

What I ſhall now uſe to compare with theſe Experiments, is the Magnet.

Firſt, A Magnet of any form will attract Iron.

So by the firſt Experiment, the Figure of the Veſſel ſeems no ways to contribute to the Aſcent of the Water.

Secondly, The Magnet is no ways leſſen'd in its vigour of Attraction, even in ſo thin a Medium as a *Vacuum*.

So by the ſecond Experiment we find the preſence of the Air to be no ways neceſſary to aſſiſt in the Aſcent of the Water, in ſmall Tubes, or between the Planes.

Thirdly, The Magnet, as ſuppoſe one of a Pound weight, that will take up or ſuſpend a piece of Iron of the like weight, and no more, (ſuppoſing it to be in every part of equal vertue) when ſeparated and broke into a number of ſmall parts, (imagining them not to weigh above half a Grain each) and theſe dreſt, and arm'd according to Art, will then be capable to ſuſpend fifty, nay perhaps a hundred times more the weight of Iron amongſt them now ſeparate, than they could when all of one Maſs; which appears to me, that the Attractive Quality of the Stone ſeems to be increas'd in Proportion as its Superficies is to its Bulk of Matter.

So by the third Experiment, I found that the Quantity of Matter, that was us'd to compoſe one Veſſel more than the other, ſignify'd nothing to the Aſcent of the Water, which ſeem'd wholly to depend on the largeneſs, or the ſmallneſs of their Cavities, as to the height it would ariſe in them; and as their Cavities are leſſen'd, ſo the Diſproportions of their inward Surfaces to their Cavities are increas'd.

And as the Magnet, when ſeparated into the prementioned number of ſmall Parts, will attract more than when united in one, and is no more than ſeparating or working the promention'd thick Body of Glaſs into a number of ſmall Tubes, that is multiplying the Surfaces; the Water then would ariſe in each of them ſingly, as it would when all in one Body, its Cavity being the ſame with the others; by which means, the quantity of Water aſcending in them is augmented from the ſame Quantity of Matter.

To conclude: There ſeems to be ſuch an agreeableneſs of the Qualities or Diſpoſitions of one with the other, that I ſee no reaſon why the Facts proceed not from one and the ſame Cauſe; for as the inward Surfaces of the Tubes are made ſmaller and ſmaller, ſo the Power of their Attraction (as is viſible by the higher Aſcent of the Water in them) is greater and greater, and is moſt demonſtrable by the Experiments of the Planes; for their inward *Area* being always the ſame, ſo that as they are placed nearer and nearer to each other, the Cavity or Space between them becomes leſs and leſs, and conſequently the Diſproportions are increaſed, whereby the Power of their Attraction is augmented.

Exp. VI. This Experiment I take to be very Analogous to thoſe lately made on the ſeeming ſpontaneous Aſcent of Water between Glaſs, Marble, and Braſs Planes, as alſo with thoſe made in Capillary Tubes; ſince

fince it feems to proceed from the fame Principle, and fubject to the fame Laws, as appears by matter of Fact; which take as follows. I took a Glafs Tube about 32 Inches long, the Diameter of its Cavity near three quarters of an Inch: This, when I had ty'd a piece of Linnen Cloth at one end, (to prevent the Afhes from falling out) I proceeded to fill with Afhes at the other: the Afhes were fifted through a pretty fine Searfe. At every fmall Portion I put in, I ramm'd them ftrongly down with a Rammer, whofe Bafis was very little lefs than the Bore of the Tube; by which means, I laid, or rather crouded them as clofe together as poffible. When the Tube was become full, I ty'd over that end of it by the Neck a fmall and limber Bladder, having firft expreft all the Air out of its Body, in order to receive that Air, which I expected would be forc'd through the Afhes upon the Afcent of the Water. In this manner I plung'd the end of the Tube, to which I had ty'd the Linnen, (as it was,) under the furface of Water in a Glafs, and found the Water prefently begin to Afcend in it: It arofe a pretty pace at firft; for in 16 Minutes time it had afcended near an Inch and three quarters: but as it arofe higher, fo its Progrefs became flower; for at the end of 24 Hours, the Water had attain'd but to 16 Inches; the Bladder at the top being near half fill'd with that Air which had deferted the Afhes as the Water afcended in them. At the fame time I found the upper part of the Tube, to which the Bladder was ty'd, to be crack'd round, and foon after drop'd off. However, I had the Satisfaction defir'd. And fo continuing the Experiment, I found at 24 Hours diftance from the laft Obfervation, the Water had afcended in the Afhes 6 Inches higher, which was very difcernible by the change of Colour it gave them, diftinct from thofe that were dry.

Again, at the like diftance of time from the laft notice, the Water had arifen 4 Inches and a half, and fomething better. On the 4th Day, at the ufual time of Obfervation, it had afcended 3 Inches higher: and when the following 24 Hours were finifh'd, the Water reach'd within half an Inch of the top, by its afcent of 2 Inches. About 10 Hours after, it had compleatly reach'd the Extremity of the Tube. Then defiring to know what Quantity of Water the Afhes had Abforb'd, I weigh'd a Glafs of Water nicely, part of which I pour'd into the Glafs, in which the Tube had all along been kept, till it reach'd the Mark the Surface of the Water ftood at, when the Tube was firft plung'd into it; and found the quantity to be equal to the weight of 1792 Grains, which is nearly the Bulk of 7 Cubical Inches; the Capacity of the whole Tube, in which it arofe, was equal but to about 13 Inches of the fame Denomination. Now this Experiment to me feems furprizing enough from the following Obfervations.

Firft, That the Water not only afcended in the Afhes, as between the prementíon'd Planes, and in the fmall Tubes, contrary to its natural Gravitation; but with fuch a Power too, as to force, and put to flight pretty ftrongly imprifon'd Air, which was contain'd in the Interftices of the ramm'd Afhes.

Secondly,

Secondly, That the removal of this imprison'd Air could not be done without a Power surmounting its Resistance, which must be great, since upon endeavouring to force Air through the Body of Ashes by the strength of my Breath, when the Tube was not above half filled, it prov'd unsuccessful. Not but that I believe, if the same force had been continu'd for some time, it would have found its way through.

Thirdly, That the Water ascends fastest at first, when there is a larger quantity of Interstitial Air to remove, (if I may call it so,) than when the Column of the dry Ashes grows shorter, by the higher Ascent of the Water in them.

Fourthly, That notwithstanding the Tube was rammed as full as it could with Ashes, yet their Interstices were so many, as to receive, or imbibe another Body, equal in bulk to above half the Content of the whole.

Fifthly, That the Water arose, not only in the Ashes adjoyning to the inward Surface of the Tube, but equally in the whole Body of it, as I found upon Examination.

Sixthly, That the Air lodg'd in the Interstices of the Ashes, was protruded through them as the Water ascended, was manifest by the Intumescence of the Bladder: And notwithstanding the Accident of the Bladders falling off, I cannot but conclude, that the Quantity of it must be equal to the like bulk of Water which supplyed its place.

I repeated the same Experiment in *Vacuo*, in a Tube much about the same Diameter of the other, but not above 10 Inches in length: This Tube, being fill'd with Ashes as before, was plac'd in *Vacuo*, where it remain'd some time, to give liberty for the Air contain'd in them to get away. Then plunging the lower end of the Tube under some Water, I found (as I expected,) that the Water arose faster in the Ashes in that Medium, than in common Air; for in about 4 Hours time, it had reach'd the Extream of its height; which plainly shews, that the Presence of the Air is so far from being necessary in the Production of this odd Phænomenon, that it is a manifest Impediment to it.

2. The Ascent of Water in Capillary Tubes has been taken notice of some *ib. p.* 265. Years ago, but that it should arise between two Glass Planes, whose Sides lie open to the Air, I had not so much as received a hint of before I first discover'd it. And I find that this *Phænomenon* is not to be ty'd up to Glass Bodies alone; for Stone, or Brass, and for ought I know, most other Bodies that have smooth Surfaces, or that their Surfaces may become nearly contiguous to one another, may give the like Appearance; as is plain by the following Experiments. I procur'd a pair of Marble Planes, that were ground as true as the Workman could make them: These when I had joyn'd together dry, without any thing between, I plung'd the edge of them about a quarter of an Inch under the Surface of the Water, and continu'd them so for some Minutes of time: then taking them out, I found I could not easily part them without sliding them one from off the other; which when I had done, 'twas easily discoverable how far the Water

Water had made its way between them, which, upon divers Tryals, I have found different; but at all times, when I had newly rubbed over the Planes with Wood Aſhes, the Water would aſcend higheſt. Now whether the ſmall Duſt of the Aſhes adhering to the Planes may contribute any thing towards it; or that they better clear them from an oily or viſcous Matter, that may be communicated to them from our Hands, I cannot yet determine: However, whatever the occaſion is, the Matter of Fact is true. Then I took a pair of round Braſs Planes, and ordered them as before; the Succeſs of which was very agreeable with the former.

There is one thing I forgot to take notice of in a former Experiment; which is the Aſcent of Spirit of Wine, or Oyl of Turpentine between two Glaſs Planes, without any thing to ſeparate them. It cannot be imagined but that theſe Planes muſt touch each other in a multitude of Parts; yet for all that, and notwithſtanding they are held forcibly together, the Spirit of Wine will inſinuate, and aſcend ſeemingly in an entire Body, between all the contiguous parts of them, as before and after their Separation nothing appears to the contrary.

To the prementioned Experiments give me leave to add what I have ſince obſerved, in plunging the Planes in Spirit of Wine, Oil of Turpentine, and common Oil: That all theſe different Fluids aroſe between as the tinged Water; only with this difference, the common Oil very ſluggiſhly; it was near an Hour ariſing ſo high between them, as the other Liquids would in leſs than half a Minute. They all aroſe in an intire Body from ſide to ſide of the Planes, without thoſe Intervals or Spaces, which generally happen on the Aſcent of the Water. I likewiſe took a couple of round Glaſs Planes, and having laid them one on another, without Paper, or any thing elſe between to keep them ſeparate; in this manner I plung'd one edge juſt under the Surface of the tinged Liquor, and found the Water almoſt inſtantly had reach'd the Extreams of them in all parts: By which we find, that the Water not only aſcends directly upwards, but runs ſideways, obliquely, or in any direction.

Conf. Part III. *p.* 181. & *ſeqq. infra.*

Of the Motion of running Waters, by Dr. Jurin. *n.* 355. *p.* 748.

V. Aquæ Motum ex imi vaſis foramine defluentis ſæpe videmus, tum in ipſa re Hydraulica, tum in ejus Principiis ad Oeconomiam Animalem applicandis, aliis cum Potentiis comparari. Cujus Motus quantitatem cum hactenus nemo, quod ſciam, recte determinaverit, uſurpare ſolent ejus loco ſcriptores Hydraulici Columnæ aqueæ pondus foramini incumbentis. Quod qui faciunt, id ſane neutiquam animum advertunt fieri omnino non poſſe, ut Motus aliquis cum pondere quieſcente conferatur. Poterit autem Aquæ defluentis Motus facili opera definiri hunc in modum

Plate 4. *Fig.* 21.

Sit *S H A H S* Aquæ ſuperficies infinita, *C C* foramen circulare in fundo factum, *A B* recta perpendicularis per foraminis centrum ducta, *S G C C G S* Columna ſive Cataracta Aquæ per foramen *C C* decurrentis, *S G C*

Curva, cujus rotatione circa Axem AB generatur Solidum, sive Cataracta, $SGCCGS$. Aqua enim cum libere, & motu accelerato descendat ad normam corporum omnium gravium, necessario in minorem amplitudinem contrahitur, prout majorem velocitatem acquirit inter cadendum, & profluit ex foramine CC ea cum velocitate, quæ cadendo ab altitudine AB comparatur.

Velocitas autem corporis gravis cadendo genita, ex *Galilæi* demonstratis, rationem obtinet subduplicatam altitudinis, unde cecidit. Quare, si ducatur ad Curvam SGC Ordinata quævis DE, atque ipsa DE vocetur y, & $AD\,x$, exponetur velocitas Aquæ in sectione EE per $\sqrt{x}$, & Factum ex ea velocitate ducta in ipsam sectionem per $\sqrt{x} \times y^2$.

Quod Factum est ut moles Aquæ dato temporis spatio per eam sectionem transeuntis; cumque eadem Aquæ moles dato tempore per singulas Cataractæ sectiones transeat, proinde Factum istud perpetuo sibi constabit, eritque $\sqrt{x} \times y^2 = 1$, & $xy^4 = 1$.

Quæ est Æquatio Curvæ SGC, cujus partem, intra datum vas comprehensam, delineavit, ejusdemque Æquationem non obscure indicavit Magnus *Newtonus*, *Prop.* 36. *Libr.* 2. *Princip.* qui primus omnium veram Aquæ effluentis velocitatem, ex genuinis Principiis deductam, Orbi Literato exposuit.

Est autem ipsa Curva Hyperboloeides quarti Ordinis, cujus altera Asymptotos est recta AS ad Horizontem parallela, altera AB eidem perpendicularis.

Hujus Potestas est Quadrato-Cubus Ordinatæ FG, ductæ ad punctum G, ubi recta AG, bisecans angulum ab Asymptotis comprehensum, Curvæ occurrit.

Spatium $SADES$, inter Curvam SGE, Ordinatam DE & Asymptotos AD, AS inclusum, æquale est quatuor partibus tertiis Rectanguli HD sub Abscissa AD & Ordinata DE contenti. Estque proinde Spatium SHE pars tertia ejusdem Rectanguli.

Solidum $SGEEGS$ convolutione spatii $SADES$, circa Axem AD, generatum, duplum est Cylindri incumbentis sectioni EE. Unde Solidum cavum, quod gignit conversio spatii $SHEGS$, circa eundem Axem, Cylindro incumbenti æquale est. Quæ omnia facili calculo inveniuntur per Methodum Fluxionum inversam.

Theorema I. Aqua ex vase amplitudinis infinitæ, per foramen circulare in fundo factum, decurrente, Motus totius Cataractæ aqueæ Horizontem versus æqualis est Motui Cylindri aquei, sub ipso foramine & altitudine Aquæ, cujus velocitas æquet velocitatem Aquæ per foramen effluentis; vel æqualis est Motui molis Aquæ, quæ dato quovis tempore effluit, cujus ea sit velocitas, qua percurratur eodem dato tempore spatium æquale altitudini Aquæ.

Demonstratio primæ partis. Ducatur ad Curvam SGC alia Ordinata de, priori DE quamproxima.

Curva circa Axem AB conversa, generabunt Ordinatæ DE, de, Circulos duos, quibus intercipitur Solidum nascens $EEee$. Id solidum æquale

est

eſt Facto ex altitudine $D\,d$ ducta in ſectionem $E\,E$, & Motus ejus æquatur Facto ex ipſo ſolido ducto in velocitatem ejuſdem, ſive Facto ex altitudine $D\,d$, ſectione $E\,E$, & velocitate Aquæ in ea Sectione. Cumque ſupra oſtenſum ſit, Factum ex quavis Sectione Cataractæ & velocitate Aquæ in ea Sectione, quantitatem eſſe conſtantem, erit proinde Motus totius Cataractæ æqualis Facto ex quantitate illa conſtante ducta in Summam omnium altitudinum $D\,d$, ſive in ipſam $A\,B$, hoc eſt, Motui Cylindri ſub ipſo foramine & altitudine Aquæ, cujus velocitas æquet velocitatem Aquæ per foramen effluentis. *Q. E. D.*

Corol. 1. Data altitudine Aquæ, erit Motus Cataractæ in ratione foraminis.

2. Dato foramine, erit Motus Cataractæ in ratione ſeſcuplicata altitudinis, ſive in ratione triplicata velocitatis, qua Aqua per foramen exit.

3. Dato Motu Cataractæ, erit foramen reciproce in ratione ſeſcuplicata altitudinis, vel reciproce in ratione velocitatis triplicata.

Demonſtratio ſecundæ partis. Moles Aquæ dato tempore effluentis eſt ad Cylindrum ſub ipſo foramine & altitudine Aquæ, ut longitudo quam Aqua effluens æquabili velocitate dato iſto tempore percurſura ſit, ad altitudinem Aquæ. Cumque velocitas, quæ tribuitur moli Aquæ effluentis, ſit ad velocitatem Cylindri reciproce in eadem ratione, erunt Motuum quantitates utrinque æquales. *Q. E. D.*

Corol. 1. Data altitudine Aquæ & mole effluente, Motus Cataractæ eſt in ratione inverſa temporis quo iſta moles effluit.

2. Data altitudine & tempore, Motus Cataractæ eſt ut moles Aquæ tempore iſto effluentis.

3. Dato tempore & mole Aquæ effluentis, erit Motus Cataractæ in ratione altitudinis.

4. Dato Motu Cataractæ & altitudine, moles effluens eſt in ratione temporis.

5. Dato Cataractæ Motu & mole Aquæ effluentis, altitudo eſt ut tempus.

6. Dato tempore & Motu Cataractæ, erit Aquæ effluentis moles reciproce ut altitudo.

Theorema II. *Fig.* 22. Si capiatur $B\,A$, quæ ſit ad $B\,D$, ut $D\,G^{4}$ ad $D\,G^{4} - B\,C^{4}$; Aqua decurrente ex dato vaſe Cylindrico ſemper pleno $G\,G\,E\,E$, per foramen circulare $C\,C$ in fundo medio factum, Motus Cataractæ aquæ Horizontem verſus æqualis erit Motui Cylindri ſub foramine & altitudine $A\,B$, cujus velocitas æquet velocitatem Aquæ per foramen exeuntis; vel erit æqualis Motui molis Aquæ quæ dato quovis tempore effluit, cujuſque ea ſit velocitas, qua percurratur eodem dato tempore ſpatium æquale altitudini $A\,B$.

Demonſtratio primæ partis. Ducatur $A\,S$ ipſi $D\,G$ parallela, & Aſymptotis $A\,S$, $A\,B$, per puncta G, C deſcripta concipiatur Curva *Newtoniana* $S\,G\,C$.

Ut conſtet Aquæ altitudo, ſupplendus eſt exeuntis locus Cylindro aqueo $g\,g\,G\,G$, deſcendente cum ea velocitate uniformi, quæ acquiritur cadendo ab A ad D, quemadmodum docet Vir incomparabilis Propoſitione prædicta.

Motui hujus Cylindri æquatur, per Theorema superius, Motus Cataractæ *S S G G*. Ergo Motus Aquæ descendentis, cum sit compositus ex Motu Cylindri aquei *g g G G*, & Motu Cataractæ *G G C C*, æqualis est Motui Cataractæ integræ *S G C C G S*, *h. e.* per Theorema primum, Motui Cylindri aquei sub foramine & altitudine *A B*, cujus velocitas æqualis sit velocitati Aquæ per foramen decurrentis. *Q. E. D.*

Pars secunda sequitur ex priore.

Corol. 1. Oriuntur hinc omnia Propositionis præcedentis Corollaria, substituendo altitudinem *A B*, pro Aquæ altitudine.

2. Si vas alia figura fuerit, atque Cylindrica; aut foraminis figura pro circulari fuerit quadrata, triangularis, vel qualiscunque; aut ipsum foramen non sit in medio fundo situm, vel etiam in latere vasis factum; idem erit Motus Cataractæ, scilicet æqualis Motui Prismatis aquei sub foramine & altitudine *A B*, cujus velocitas par sit velocitati Aquæ effluentis. Nam eadem Aquæ moles, cum eadem velocitate atque in priori Hypothesi, tum per ipsum foramen, tum per singulas Cataractæ sectiones transibit.

3. Si vasis Diameter permagnam rationem obtineat ad Diametrum foraminis, negligi poterit altitudo *A D*, & vasis ipsius altitudo pro altitudine Cylindri, vel Prismatis aquei, usurpari.

Hactenus casum illum particularem, quo Aqua, Gravitatis vi, ex vase defluit, seorsum consideravimus. Id eo fecimus lubentius, tum quod illum fere solum adhibere soleant Mathematici, quoties agitur de Fluidorum impetu, tum quod Curvæ Hyperbolicæ supra expositam proprietatem, qua Cataractam Aquæ descendentis format, non indignam censeamus contemplatione Geometrarum. Alioqui potuisset iste casus nullo negotio deduci ex Theoremate generali, quod proximo loco proponemus.

Theorema III. *Fig.* 23. Aqua fluente per Canalem plenum quemcunque *A B C D* secundum lineam *E F*, cui sit perpendiculare utrumque Canalis orificium *A B* & *C D*, Motus Aquæ versus Orificium *C D*, sive Motus impedimenti, quod in ipso orificio oppositum sistat Motum totius Aquæ, æqualis est Motui Prismatis aquei sub qualibet Sectione Canalis *C H* & linea directionis, sive longitudine Canalis *E F*, quod moveatur eadem cum velocitate, qua Aqua fluit per istam Sectionem: sive æqualis Motui molis Aquæ, quæ dato quovis tempore effluit ex Canali, cujusque ea sit velocitas, qua percurratur eodem dato tempore spatium æquale longitudini Canalis.

Cas. 1. Sit linea directionis recta quævis *E F*.

Facile demonstratur pars prima eodem modo, quo Theorema primum: Est enim Factum ex quavis sectione Canalis *C H*, & Aquæ velocitate in ea Sectione, quantitas constans.

Pars secunda sequitur ex prima.

Cas. 2. *Fig.* 24. Si linea directionis *A B C D E*, ex pluribus rectis *A B*, *B C*, *C D*, *E F*, ad sese invicem inclinatis sit composita, idem erit Aquæ Motus. Nam Motus Aquæ in toto Canali composito *A B C D E*, conficitur ex Motibus Aquæ in partibus Canalis *A B*, *B C*, *C D*, *D E*, additis sibi invicem. Statuimus autem aquam fluentem secundum rectam *A B*, mutata

mutata ista directione in aliam, qua feratur secundum rectam $B\ C$, nihil ex Motu deperdere. Leges enim illas, quæ in motu corporum solidorum observantur, quoties eorundem directio mutatur, fluida non sequuntur. Alioqui fluidum, mutata directione in aliam priori perpendicularem, penitus sisteretur, quod Experimentis neutiquam deprehenditur Aqua porro ex Vasis foramine exiliens, sive deorsum, sive secundum Horizontis planum, sive recta sursum feratur, eandem obtinet velocitatem. Quod si aliquando vel ratiocinio subtiliori, vel Experimentis innotescet, aliquam Motus imminutionem ex mutata directione proficisci, erit ejusdem ratio habenda.

Si Curva fuerit linea directionis $A\ B$, referetur ad hunc Casum, quippe quæ ex pluribus rectulis confecta concipi queat. *Fig.* 25.

Cas. 3. *Fig.* 26. Si divisus fuerit Canalis $A\ B$ in plures ramos $B\ C$, $B\ D$, $B\ E$, longitudine æquales, eadem ratione invenietur Aquæ Motus, usurpando pro linea directionis longitudinem $A\ B\ D$, compositam ex longitudine Canalis principis $A\ B$, & longitudine cujusvis rami $B\ D$. Perinde autem est, sive Aqua a Canali principe versus ramos, sive a ramis fluxerit versus principem Canalem. Quod si rami fuerint inæquales, inveniendus est Motus Aquæ in singulis ramis, adhibendo pro linea directionis longitudinem confectam ex longitudine cujusque rami, & longitudine principis Canalis.

Nullo negotio deducitur ex Casu secundo.

Cas. 4. *Fig.* 27. Si rami æquales, in quos distributus est Canalis $A\ B$, iterum in Canalem unicum $F\ G$ colligantur, ad Motum Aquæ inveniendum adhibenda est pro linea directionis longitudo integra $A\ B\ D\ F\ G$, confecta ex longitudine principis Canalis $A\ B$, rami cujusvis $B\ D\ F$, & Canalis recompositi $F\ G$. Si Rami sint inæquales, inveniendus est in singulis Aquæ Motus, & eorum Motuum Summa Motui Aquæ in Canali recomposito addendus. Sequitur ex Casu 2, & 3.

Corol. 1. Data longitudine Canalis, & qualibet Sectione ejusdem, erit Motus Aquæ in ratione velocitatis, qua Aqua fluit per istam Sectionem.

2. Data quavis Sectione, & velocitate Aquæ Sectionem istam præterfluentis, erit Motus Aquæ ut longitudo Canalis.

3. Data Canalis longitudine, & velocitate Aquæ in quavis Sectione, erit Aquæ Motus in ratione illius Sectionis.

4. Dato Motu Aquæ, & aliqua Sectione, erit longitudo Canalis in ratione inversa velocitatis.

5. Dato Aquæ Motu, & longitudine Canalis, erit Sectio quævis reciproce ut velocitas.

6. Data velocitate in qualibet Sectione, & Motu Aquæ, erit ista Sectio in ratione reciproca longitudinis.

7. Data longitudine Canalis, & mole Aquæ certo quovis tempore effluentis, erit Aquæ Motus reciproce ut istud tempus.

8. Data Canalis longitudine, & tempore, erit Aquæ Motus ut moles effluens.

9. Dato tempore, & mole Aquæ effluentis, erit Motus ut longitudo Canalis.

10. Dato

10. Dato Motu Aquæ, & longitudine Canalis, moles effluens eſt in ratione temporis.

11. Dato Aquæ Motu, & mole effluente, erit tempus ut longitudo Canalis.

12. Dato tempore, & Motu Aquæ, erit moles effluens reciproce ut longitudo Canalis.

13. Si binæ moles Aquæ motu contrario in directum occurrant, & pares ſint utrinque tum ſuperficies quibus in ſe invicem impingant, tum velocitates quibus iſtæ ſuperficies in adverſum moveantur, fuerit autem altera moles Aquæ guttulæ uni æqualis, altera Aqua omnis Oceano contenta, vel etiam quantitas Aquæ infinita; fieri poteſt ut una iſta guttula Aquam omnem Oceani, vel quantitatem Aquæ infinitam, non ſolum ſuſtineat, ſed poſt occurſum, eadem ac prius velocitate, ipſa in plagam eandem moveri pergat, eadem illam in partes contrarias repellat. Quod eſt mirabile paradoxon in re Hydraulica.

14. Si certa moles Aquæ, per canalem ex tubis duobus cylindricis, Diametro inæqualibus, compoſitum, a tubo ampliore verſus anguſtiorem fluat, & motus Aquæ neque minuatur inter fluendum neque augeatur, ſimul ac prima pars Aquæ tubi minoris initium ingreſſa fuerit, ſtatim tardius fluere incipiet, & continuato effluxu ex tubo latiore in anguſtiorem, gradatim magis retardabitur Aqua in tubo anguſtiore, uſque dum tota in eum tubum pervenerit. Contrario modo res eveniet, fluente aqua a tubo minore verſus ampliorem. Quod eſt alterum Paradoxon in re Hydraulica. Ponitur autem aqua ubique ſibi cohærere.

Oriuntur bina iſta Corollaria ex Caſu 1.

15. Ex Caſu ſecundo datur Methodus æſtimandi Motum Sanguinis in qualibet arteria.

16. Datis quibuſcunque arteriis binis, æqualem Sanguinis molem tranſmittentibus, major eſt impetus Sanguinis in arteria a Corde remotiore quam in propiore. Quod eſt Paradoxon notatu dignum in Oeconomia animali.

17. Ex Caſu tertio oritur alterum Paradoxon in Oeconomia animali, nempe majorem eſſe Sanguinis motum ſive impetum, in arteriis omnibus Capillaribus ſimul ſumptis, quam in ipſa aorta. Item, major eſt in Capillaribus Venis, quam arteriis.

18. Ex Caſu quarto deducitur Methodus definiendi motum Sanguinis in quavis Vena.

19. Ex eodem deducitur tertium in Oeconomia Animali Paradoxon, nempe majorem eſſe Sanguinis impetum in Vena quavis, quam in arteria ei Venæ reſpondente, & proinde majorem eſſe in Vena Cava, quam in aorta.

Problema I. Invenire motum Aeris ex Pulmone effluentis.

Three Tones Major, two Tones Minor, and two of the foresaid Hemitones, placed in the order found in the Scheme, exactly constitute the practical Octave; which is so call'd because it consists of eight sounds, that contain the seven gradual intervals. But it is also necessary to set down the Divisions of the whole Tones, which are the true Chromatick half Notes because there is great use of them in Practical Musick.

To make all our whole Notes, and all our half Notes of an equal size, by falsifying the proportions, and bearing with their imperfections, as the common practice is, may be allowed by such Ears as are vitiated by long custom: But it certainly deprives us of that satisfactory pleasure which arises from the exactness of sonorous numbers; which we should enjoy, if all the Notes were truly given according to the Proportions here assign'd.

It is very easie to satisfie our selves in the Arithmetical Scheme, by those operations which *Gassendus* has set down. As for example, his rule for Addition is, That two Proportions being given, if the Greater number of one be multiplied by the Greater number of the other, and the Lesser by the Lesser, the two numbers produc'd exhibit the compounded Proportions. Thus take a Practical Fifth $\frac{2}{3}$ and a Practical Fourth $\frac{3}{4}$ for the two Proportions given, multiply 3 by 4 and you have 12, then multiply 2 by 3 and you have 6: which compounded proportion of 12 to 6 makes the Practical Octave $\frac{1}{2}$.

Manuduction to the Theory of Musick, Tom. V. pag. 635.

Thus, according to his Arithmetical operations of Addition, Substraction, Multiplication or Continuation, and Division, is our whole System proved, which for the more easie application to Practical Musick, shall be also set forth Geometrically upon the 6 strings of a Viol. *See Figure the 2d.*

This Mathematical fixing of the Frets enables every Practitioner, who stops close to them, to give the Proportions of the Notes in a greater exactness, than can be done upon the Bass-Violin or Violin itself: since they may be set forth more perfectly by a pair of Compasses dividing a line, than the nicest Ear can direct.

Though

Though the Frets for the ſeveral Strings do not ſtand in a ſtrait line, and the places are alſo ſhifted in different Keys, yet the Ear naturally directs the Fingers to them: inſomuch that thoſe perſons, who have all their lives time been accuſtom'd to ſtop upon Frets that go quite croſs the Finger-boards of their Inſtruments, do with very little practice fall right upon theſe. Such is the power of a Muſical Genius, as may be undeniably proved by thoſe that play upon the Violin; who, when they change the Key, fall upon the right Stops, tho' they have no viſible direction where to ſtop, nor time to alter, by the Ear, the Note they firſt pitched upon.

By this Standard of Regular Proportions may the Voice be formed to ſing the pureſt Notes; they are all the ſame in Vocal and Inſtrumental Muſick; if then the Inſtrument which governs the Voice be perfect, the Ear will of neceſſity bring it to perfection. It is a great pity that a good natural Voice ſhould be taught to ſing out of Tune, as it muſt do, if it be guided by an imperfect Inſtrument; and this may be the reaſon why ſo few attain to that melody, which is ſo much valued; but ſince we now know wherein perfection lies, a conſtant practice will come to the attainment of it. The dividing Wholes into Chromatick Hemitones is very neceſſary, but very difficult for the Voice to be broken to: If it learns from an Inſtrument whoſe whole Notes and whoſe half Notes are ſuppoſed to be equal, the ſound muſt needs be very uncertain and unharmonical; whereas the proportions truly fixed, would bring it to a perfection in the niceſt and moſt charming part of Muſick.

The Chromatick Hemitones are the ſmalleſt Intervals our Modern Muſick aims at, tho' the Antients had their Enharmonick quarter Notes, which they eſteem'd their greateſt excellency: Theſe may alſo in time be recover'd, ſince we know their proportions; for as the Diatonick Tone is divided into Chromatick Hemitones, ſo after the ſame manner may the Chromatick Hemitones be divided into thoſe leaſt Enharmonick Intervals, which were ever made uſe of.

But if we go no further, yet this Experiment demonſtrates the true Theory of Muſick, and brings the practice of it to the greateſt perfection.

IV. *An Account of a Book omitted.*

Linear Perſpective: or a New Method of repreſenting juſtly all manner of Objects. *By Brook Taylor,* LL. D. R. S. Secr. 8*vo. London* 1715.

The

The 2d Figure, wherein the Proportions of Musick are described Geometrically.



The Explication.

THese six Lines represent the six Strings of the Viol in the common Tuning.

The sounding part of each String from the Nut to the Bridge is suppos'd to be 30 Inches long; the two middle Strings C and E are drawn out to 15 Inches, the half of the whole.

'Tis easie to measure every Interval with a Pair of Compasses. Suppose you are to take the 20th part of the String G; 'tis an Inch and a half for the first half Note: If you take the whole Note from G to A, 'tis the tenth part, and must be 3 Inches.

After these are taken away, your String will be but 27 Inches long, so that if you advance one Note, or a Major Tone further, you must take a 9th part of it, which will be three Inches more, whereby you arrive at a greater Third, being the fifth part of the whole String. Thus the Series of all the Notes may be demonstrated.

All the Strings are Unison at the Stops where the Tuning requires: So that though the Proportions be carried on as far as the Frets allow, yet the String is open the same with the Stop of that String to which it is tuned; and accordingly the Series of the Notes proceed, as if they were all upon a Monochord.

This Calculation serves but for two Keys A and C, which are called Natural, because they have no essential Flats or Sharps.

But because the Composer begins upon any Key, and the Series of Notes must take its *terminus à quo* from thence; the Instrument-maker can provide such moveable Finger-boards as will serve exactly for every Key. They are taken out and put in upon the Neck of the Viol, with as much Ease as you pull out and thrust in the Drawer of a Table.

Three, or at most five of them will be sufficient to accommodate all the Keys that are made use of.

THE

Philoſophical Tranſactions

From the Year 1700. to 1720.

Abridg'd and Methodically Digeſted.

PART II.

The *Anatomical* and *Medical* Papers.

CHAP. I.

A Courſe of Anatomy:

Eodem modo quo alii *Anatomici D. Antonio Marchetti* diſſe-ctionem exorſus eſt; *Abdominis* nimirum cutem in crucis formam ſecando, umbilico tamen intacto. *Cuticulam* à cute ſeparabat candelam accenſam ſub cute tenendo, quæ cuticulam in veſicam attollebat, unde facile eam ſcalpello ſeparabat. Cuticula à cute niſi vel actuali vel potentiali cauterio, *i. e.* veſicante ſeparari nequit. Sub *Cute* copioſa *Pinguedo* ſemidigitum craſſa abdomen totum inveſtiebat. Erat autem pinguedo crebris fibrillis veluti fulcris ne diffflueret ſtipata. 1

A Courſe of Anatomy at Padua, by Mr. Ray, *com. by Mr.* Dale, n. 307. p. 2283.

Sub *Pinguedine* panniculus seu *membrana carnosa*, quæ tamen hac in parte carnosa non apparebat; erat etiam & sub membrana carnosa aliqua pinguedo sed parcior. Membranam hanc ille in Brutis duplicem esse asseruit, qiua Bruta cutim totam movere possunt & corrugare, in homine duplex est in fronte, unde & frontem contrahere & corrugare potest, in nonnullis etiam duplex est in Occipite, unde & totum Capillitium commovere possunt. *Verùm alii diversam rationem assignant horum motuum, nimirum quia in Fronte & Occipite membrana carnosa cuti arctè cohæret, & in Musculum degenerat, quod probabilius est.*

Tum *musculos abdominis* aggrediebatur, & primùm *Obliquè descendentes*, qui à medio circiter costarum notharum exorti serratim cum musculo Thoracis *serrato* coaptantur (ut in suturis Ossium). In parte posteriore musculus dorsi latissimus huic incumbit, atq; idcircò aliquousque primùm elevandus est.

Musculi recti eminentiis, seu processibus ossium pubis lato tendine adnectuntur, superiùs à cartilagine primæ costæ nothæ prope cartilaginem ensiformem utrinq; oriuntur tendinibus nervosis.

Oblique ascendentes, à suprema margine ossis *Ilei* radiosis fibris exorti, venam musculam recipiunt à ramis *iliacis*. Secundò *Obliquè ascendentes*, in quibus nihil singulare, ortum habent à summitate ossis Ilii: Tendo ejus duplex musculos rectos veluti amplectitur: Una sc. ejus pars musculo recto incumbit, quæ antequàm dimidium latitudinis musculi superavit, cum tendine oblique descendentis arctissimè cohæret, vel potiùs in unum coalescit, ut nulla arte possit separari: Altera sub musculo recto eodem modo cum tendine musculorum transversorum coalescit. Venam accipit à musculâ dictâ quæ à ramo Iliaco oritur.

Musculi recti duas tantum habuêre inscriptiones nervosas, cùm in aliis 3, in aliis 4 aut 5 habeant, ut observat Veslingius. In his Musculis observavimus anastomoses venæ Mammariæ internæ & venæ epigastricæ.

Musculi transversi à processibus vertebrarum lumborum oriuntur; non autem Musculi oblique ascendentes illis vertebris annectuntur ut ille observat.

Musculos etiam *pyramidales* in hoc cadavere observavimus, qui rectis oblique incumbunt.

Obs. 1. Pinguedo in dorso Fœminarum liquidior & mollior est quàm in maribus.

2. Cutis in iis quæ pepererunt circa Ilia corrugatur, in Virginibus non item.

3. Vena, Arteria & Nervus semper se mutuò comitantur, arteria ad dextram, vena in medio, nervus ad sinistram.

4. Sub musculis supra peritonæum prope lumbos copiosam observavimus pinguedinem, unde in hac parte facilè à peritonæo separantur musculi, verùm prope lineam albam cum tendinibus musculorum arctissimè cohæret, ut nulla arte separari possit.

5. Musculos etiam in originibus seu capitibus suis tendines habere asseruit.

6. Incepit dissecare musculos à capitibus seu originibus, quia ita motus seu usus musculi in motibus faciliùs discernitur.

7. Cavendum

7. Cavendum eſt Chirurgis ne muſculos tranſverſim ad fibras ſecent, quia ita periculum eſt ni nervis (qui ſemper cum fibris parallelis decurrunt) diſſectis, convulſiones oriantur.

8. Si quis velit rectè diſſecare & ſeparare muſculos, debet accuratè obſervare fibras, earumq; ductum ſequi.

9. Muſculi tranſverſi tum in initio, tum in fine latam habent tendinem membranoſam.

Oſtendit tum nobis *vertebras lumbares*, numero quinque; ſingula proceſſus 7. obtinent, ſpinatum unum, tranſverſos duos, obliquè aſcendentes duos, & obliquè deſcendentes duos: Obliquè aſcendentes inferioris cum obliquè deſcendentibus ſuperioris per Ginglymon articulantur: Vertebræ verò ipſæ per Harmoniam: cavitas ſci. ſuperioris gibbum ſeu protuberantiam inferioris recipit.

Os Sacrum ex 6 componitur oſſibus nonnunquam, communiter 5; cum è 6 conſtat, *os coccygis* tria tantùm habet oſſa, cum è quinque quatuor. Os coccygis interiùs curvatur ad commodiorem ſeſſionem.

In difficili partu, *Chirurgus* immittendo digitum in *Inteſtinum rectum*, & retrahendo ſeu reflectendo *Os Coccygis* partum facilitare poteſt: Quod & *Marchettus* ſe feciſſe aſſerit.

Os Sacrum magna habet foramina ad egreſſum nervorum.

Aſſerit ille Oſſa hæc quæ pelvim conſtituunt in fœminis ampliora non eſſe quàm in viris pro ratione corporis, ut alii aſſerunt.

Os Ilium, *Os Pubis*, & *Os Coxæ*, ſeu *Iſchion* in adultis in unum velut os coaleſcunt, in Infantibus diſtincta ſunt, & cartilagine juncta. Omnia hæc tria oſſa femoris acetabulo coeunt, & ſingula partem aliquam cavitatis efformant. In oſſe ilio diſtinxit marginem, coſtam, dorſum, ſinus duos, ſuperiorem unum, ſuper quod nervus è ſummo foramine oſſis ſacri egreſſa tranſiens ad crura deſcendit; inferiorem alium inter eminentias duas, ad commodiorem ſeſſionem.

Nervi egrediuntur ad latera vertebrarum è foraminibus inter duas vertebras formatis.

Oſtendit *Viſcera* & *Inteſtina* in ſitu, *rectum* ſcil. *colon* quod omnia inteſtina circumcinxit; *cæcum* ad dextrum latus digiti parvi magnitudine, quod ille in fœtu & Infantibus nec majorem, nec excrementis repletum unquam inveniri ex ſua obſervatione aſſerebat. Supra cœcum immediate incipit *Ilium* quod & majus eſt & excrementis repletum: deinde *Jejunum*, quod & carnoſius, & vaſis plenius, & magis rubidum, & excrementis vacuum; *duodenum* ad flexuram terminatur.

Pars illa *Meſenterii* cui *colon* annectitur *Meſocolon* dicitur; reliqua pars, cui tenuia inteſtina, *κατ' ἐξοχὴν* *Meſenteriam* appellatur. *Arteria Meſenterica* inferior per totum colon, atq; etiam rectum ramos ſpargit, unde *Arteria hæmorrhoidalis*, meſenterica ſuperior, ad reliqua omnia fere inteſtina.

Splen in hoc cadavere prægrandis ultra naturalem molem: Hoc ille ebrioſitati aſſignabat.

Colon in hoc cadavere peritonæo adhærebat.

Musculi Pyramidales à processibus seu eminentiis ossis pubis utrinq; orti & oblique ascendentes tendinibus suis vicinis in *linea alba* terminantur: inserviunt hi urinæ expellendæ comprimendo *Vesicam* autore *Fallopio*; ubi hi desunt (ut in nonnullis fit) extremitates musculorum rectorum latiores sunt.

Ostendit insuper *venam umbilicalem*, quæ in fissuram *hepatis* inseritur, & *ligamentum* degenerat: *Arterias umbilicales*, quæ peritonæo adnexæ decurrunt ad ramos usq; iliacos arteriæ magnæ: *Urachum*, qui pariter adnexus peritonæo ad fundum vesicæ descendit, eamq; sustentat, quinetiam in homine ligamenti duntaxat usum præstare, nec omnino perforatum esse.

Ostendit præterea *uteri tubos*, *uteri ligamenta rotunda*, *testes muliebres*, & *vasa Spermatica*, nec non *ligamenta lata*.

Hepatis ligamentum latum. Hepar in viventibus & sanis non incumbere ventriculo, ac proinde unguenta, fomenta, & epithemata ventriculi regioni exteriùs applicari.

Ligamenta uteri rotunda perforant peritonæum & omnes musculos, & deinde divisa unum mittunt ramum ad *Clitoridem*, alterum ad genu usque. *q.*

Venas & *arterias gastricas* & *gastroepiploicas* ostendit & desecuit accuratè; verùm in his omnino consentit cum *Veslingio*, quem adi.

Obs. 1. *Bubones* nonnunquam oriuntur etiam in his quæ castæ sunt, verùm in iis sine suppuratione possunt discuti: *Venerei bubones*, nisi *gonorrhæa* succedat, semper suppurantur.

2. *Valvulam* in coli initio observavimus; iliacam passionem *Volvulum* dictum oriri ab inflammatione istius valvulæ quæ impedit ne excrementa descendant, ex propria observatione asseruit; adeo sc. angustatum vidit foramen ut ne cuspidem aciculæ potuerit admittere.

Venæ ventriculi sunt vel propriæ vel communes: Propriæ sunt 1. *Gastricæ sinistræ minores*, 3. aut 4. (quarum prima & brevissima vas breve dicitur) a ramo splenico venæ portæ prope lienem ortæ. 2. *Gastrica sinistra major* seu *coronaria*, quia in summitate ventriculi sparsa coronæ in modum. 3. *Gastrica dextra* seu *pylorica*. Communes sunt, 1. *Gastroepiploica sinistra*, quæ a ramo splenico prope lienem exorta fundum perreptat ventriculi, hinc in ventriculum inde in omentum ramos subinde spargens, inde in omentum vero unam insignem epiploicam sinistram dictam. 2. *Gastroepiploicam dextram* in hoc cadavere à ramo mesenterico ortam prope pylorum, quæ pariter fundum ventriculi perreptat, hinc in ventriculum, inde in omentum obiter ramos spargens, maximo suo ramo seu trunco *gastroepiploicæ dextræ* per anastomosin conjuncta. Est hæc vena insignis, & unum præ cæteris memorabilem emittit ramum *epiploica vena dextra* dictum.

In fundo *vesiculæ felleæ* nulla sunt conspicua vasa quæ *bilem* eo deducant, sed *porositates* quædam quæ bilem transmittunt, & proinde cum separatur vesicula ab hepate humor biliosus manifestè exudat. Quinetiam capillares quædam venulæ ab ipso hepatis parenchymate in membranas vesiculæ sparguntur adeo, ut sine effusione sanguinis ab *Hepate* dividi nequeat. Asserit vesiculam felleam quâ parte hepati conjungitur simplici tantum membranâ constare, alibi duplici.

Meatus

Meatus cysticus ubi in ductum communem terminatur valvulum non habet, sed *ostiolum* tantum, quod refluxum bilis impediat.

Hepar 3 habet sinus, unum in quo jacet cystis fellea, alterum in quem intrat vena umbilicalis, tertium ubi transit venæ cavæ truncus.

Cystis fellea arteriam habuit grandissimam, venas parvulas. Observasse se dixit ubi arteria magna est, ibi venam esse parvam quæ ei respondet & vice versa: *Non credo.*

1. Asserit præterea, ubi meatus cysticus obstruitur, icterum flavum oriri, ubi porus cholidochus, icterum nigrum. *Opiniones* Marchetti *mihi parum probabiles.*

2. Vasa venæ portæ & cavæ in hepate non conjunguntur per oscula, sed per harmoniam aut incumbentiam mutuam vasorum.

3. Vena portæ intra hepatis parenchyma non induit membranam novam.

4. Se vidisse venas lacteas in ipsum venæ portæ truncum insertas.

5. Se nunquam potuisse invenire neque credere dari ullum commune receptaculum chyli: *Experientia mea contrarium evincit.*

6. Se vidisse ramum insignem ductus chyliferi in pancreas desinentem.

7. Se putare usum lienis esse separare bilem atram à sanguine, eamque una cum sanguine ad hepar transmittere per ramum Splenicum, ubi per meatum cholidochum expurgatur in intestina.

8. Se putare venas lacteas chylum exugere ex intestinis, eúmque ad pancreas differre, cujus usus est eum ulterius perficere & exaltare, partemq; excrementitiam in intestina per novum vas *Virsungianum* ablegare.

9. Se vidisse venas lacteas in mesocolo ad intestina sparsas; quod proculdubio verum est. *Veræ nobis visæ.*

10. Venas hæmorrhoidales externas à vena cava non oriri, sed ramos esse venæ portæ: Ejus autem surculos extremos cutim etiam ipsam perforare, & in tubercula sub cuticulâ desinere; & his applicantur hirudines. Oritur Hæmorrhoidalis vena aliquando à ramo splenico, aliquando à mesenterica, sæpissimè in ipsa divaricatione venæ portæ. Vena hæc ramos suos spargit per totum mesocolon.

Mesocolon à mesenterio tenuitate suâ differt.

Arteriæ satis amplæ à cœliaco ortæ tres aut quatuor rami lienem ingrediuntur.

Venæ Splenicæ plures rami per totum lienis parenchyma sparguntur contra *Sylvium*, qui asserit *eas osculis suis duntaxat in lienem hiare, substantiam verò ejus non penetrare.*

Obs. Cum quis ex morbo diuturniore moritur, lien nigricat; si violenter moritur, rubicundior est.

Novum vas pancreatis & *porus cholidochus* eodem in loco *duodenum* perforant; aliquando diversis foraminibus in intestinum exeunt, ut in canibus fit.

Ostendit nobis in mesenterio nervorum plexum; *cui usui qui?*

Porus cholidochus in hoc cadavere mihi videbatur esse amplissimus.

Ren sinister in hoc & aliis omnibus major est dextro & superiùs situs, & à trunco venæ cavæ remotiùs, unde & emulgens longior est. *Huic rei rationem*

rationem sane probabilem dedit, quia hepar *in dextro latere incumbens tum illum deprimit, tum augmentum ejus prohibet.*

In dextro latere duas habet hoc cadaver arterias emulgentes, unam consueto loco in sinum renum ingredientem, aliam in superiore extremitate.

Uretres in hac fœmina amplissimi, quod ille omnibus fœminis commune esse asserit, quia humidiores sunt, & plus mingunt.

Glandula renalis dextra ab ipso venæ cavæ trunco venam accipit; sinistra vero ab emulgente. Glandulæ interius cavitatem habent. Dextra ipsi reni incubuit.

Arteria spermatica utraque ab ipso aortæ trunco infra emulgentes sibi mutuo proxime oriuntur. Venarum altera ab emulgente, altera nimirum dextra duplici trunco, uno ab emulgente, altera trunco venæ cavæ, qui paulo post in unum conveniunt, exoritur.

Affirmavit se vidisse venas lacteas in prægnantibus ad uterum sparsas; per quas probabili conjectura aquosum illum Serum in quo infans natat ad uterum differri putat. *Venas hasce lacteas in Ove prægnante, facillimus inveni.*

Mesenterium à tribus superioribus lumborum vertebris oritur.

Monstravit vasa seminalia, quæ ad testes quidem descendunt, eos vero non intrant, sed supra ligamenta lata ad convexum testiculi latus decurrentes, partim in tubos uteri sparguntur, partim in uterum ipsum.

Tubi uteri ad utrumque fundi angulum siti cornibus uteri in animalibus respondent, & sunt omnino cavi, adeo ut ab utero ad extremitates eorum usque possit stylus immitti: Tunica eorum interior albicat, inque iis sæpius reperitur humor serosus albidus, qui semen muliebre esse creditur.

Testiculi muliebres epididymidibus carent; una extremitate nervosis ligamentis utero annectuntur; substantiam habent molliorem laxioremque testiculis masculorum. Unus horum exulceratus cavitatem habuit.

Quòd testes tàm in maribus quàm in fœminis ad generationem nihil conducant, memorabili imprimis experimento probavit: Canis nimirum masculi testes execuit epididymidibus integris relictis, deinde canem fœminam in cubiculo conclusit per tres annos, nec ullum admisit ad eam canem cum salaxasset præter castratum hunc, qui canem iniit & cum eâ sæpius implicatus est. Triennio hæc ter peperit, una vice 7 catulos, altera 9, tertia 5. Re satis explorata fœminam dimisit. Alias duas vel tres historias huic parallelas nobis narravit; unam de Equo castrato, relicta tamen epididymide una, qui equas sæpius imprægnavit, fuitq; in venerem admodum proclivis: Alteram de cane quem ipsius servus execuit: Tertiam de homine quodam rustico, qui ob bubones venereos utrumq; testem amisisset, epididymide unica duntaxat manente, qui tamen uxorem duxit, & tres masculos filios genuit. Credit ergo ille testes non alii usui inservire quàm quem *Aristoteles* adfert, nimirum ut sint pondera impedientia ne Spermatica vasa implicentur; & revera vasa seminalia in eos non terminantur, nec transeunt, sed epididymides solùm.

Uteri

Uteri cavitas perangusta est & minima, verùm tunica uteri spissior densiorq; quàm ego credidissem.

Ligamenta uteri rotunda non sunt in uterum perforata, verùm vasis deferentibus in masculis quoquomodo respondent.

Orificium internum uteri in gravidis lentâ & viscosâ materiâ obseratur, *ut nos sæpiùs in bove observavimus*, adeò ut nihil omninò in uterum penetrare possit: Unde nihil seminis in uterum projici possit, adeoque nec superfœtatio fieri. Narravit tamen nobis se audivisse de muliere quadam rustica in montibus vicinis degente, qui tribus mensibus postquam unam peperisset, prolem aliam denuò peperit.

Os ipsum uteri Tineæ piscis ori persimile, corpus uteri Cucurbitæ tonsoris.

Vagina uteri ampla est atq; intus rugosa, in meretricibus verò longo veneris & assiduo usu rugæ istæ abolentur, & omnino levis evadit.

B. N. Ad hanc uteri vaginam vasa quamplurima (*venæ* sc. & *arteriæ*) tendunt, à ramis iliacis interiùs sive hypogastricis orta, miris plexibus & anastomosibus juncta, quæ in superficiem vaginæ sparguntur, & probabile est oscillis suis sive capillaribus extremitatibus in cavitatem ipsius hiant, in eamq; effundunt Sanguinem menstruum, quanquam se nunquam horum vasorum orificia potuisse invenire asserit *Marchettus*; nec mirum. Nonnulli ex his ramis in cervicem etiam uteri sparguntur.

In pudendo demonstravit nobis Labia, Clitoridem in supremo rimæ angulo, Alas seu Nymphas in superiore etiam parte, Urethram seu meatum urinarium, & Circulum membranaceum qui pudendum à vagina uteri distinguit, quiq; in virginibus membrana *hymene* dicta occupatur totus, excepto foramine in medio per quem menstrua defluunt.

In defloratis etiam apparet hic circulus qui pudendum hoc loco coarctat, ponè quem vagina laxior & amplior est.

Vagina hæc ultra interiùs uteri orificium inferius percurrit, unde si membrum virile longius quàm par est fuerit, ultra orificium interius uteri in hunc sinum sperma projicit, unde uxorem imprægnare nequit.

Ait se observasse etiam in fœminis utero gerentibus uterum fuisse duos ferè transversos digitos crassum.

Obs. 1. Ratio cur virgines coitu liberantur à morbo illò nostratibus (*The Green Sickness*) est quia membrum virile distendit nonnihil vaginam uteri & frixione sua reserat orificia venarum, adeòq; menses affluere facit.

2. Locus ubi fœminæ calculo laborantes à Chirurgo debent secari est in superiore vulvæ parte prope labia, Stylum in urethram immittendo, & super eam secando in carnoso vesicæ collo.

3. Urachus in homine (ne in fœtu quidem dum adhuc in utero matris latitat) perforatus non est ex observatione *Marchetti*, sed usum tantum ligamenti ad sustentandam vesicam præstat.

4. Se nunquam in medio ureteris hærentem invenisse calculum, sed semper vel prope infundibulum, vel prope vesicam.

*

1610

16to Decembris. Ostendit Musculos pectoris, & primò pectorales dictos, qui inserviunt adducendo brachio ad pectus, horum & insertionem q. in *Vesling*. deinde Musculos serratos anticos minores, qui inserviunt humero antrorsum adducendo, & sub pectoralibus siti sunt in processus coracoidos inserti.

Tum musculos serratos anticos majores, qui inserviunt scapulæ antrorsum deorsumque ducendæ; in basin ὠμοπλάτυ inseruntur.

Pòst, intercostales externos, qui ab inferiore latere costæ superioris orti in superiorem marginem costæ inferioris inseruntur; & tandem intercostales internos qui à superiore margine costæ inferioris orti in inferiorem marginem costæ superioris terminantur. Horum musculorum fibræ se invicem obliquè intersecant in crucis Andreanæ formam: Neutrorum scil. Fibræ ad costas perpendiculares sunt sed obliquæ.

Notavimus venas & arterias mammarias; externas, quæ ab axiliaribus oriuntur; & internas, quæ à Subclaviis ortæ, & intra cavitatem Thoracis aliquousq; progressæ in duos dividuntur ramos; unus musculos Thoracis perforat & in mammas distribuitur, alter deorsum tendens usq; ad medium recti musculi ibidem cum vena epigastrica extremitatibus suis per anastomosin conjungitur.

Dixit se observasse singulos venæ hujus capillares ramulos in singulos mammarum tubulos desinere, & proinde se putare lac non à chylo sed à sanguine generari.

Musculi subclavii à claviculis, ubi acromio junguntur, orti, in costam primam, ubi cartilagini sui committuntur, desinunt.

Observavimus Sphincterem & levatores ani dictos musculos, qui ab infimo ossis sacri, ubi coccygi committitur, oriuntur omnes.

In ulceribus ani & fistulis cavendum est Chirurgis, nè fibras Sphincteris transversim secent, quoniam ita amittitur facultas retinendi excrementa.

Vena cephalica dissepit & distinguit musculos pectorales & deltoides.

In collo primùm observavimus platysma myodes carnosum, scil. panniculus hoc in loco in musculum degenerat, qui mento affixus caput deorsum trahit.

Deinde Musculos Mastoideos dictos: Tum musculos digastricos, qui medio suo tendine Styloceratohyoides musculos perforant.

Ostendit musculos ossis hyoidis, quorum sex sunt paria: 1. Sternohyoides. 2. Coracohyoides. 3. Styloceratohyoides. 4. Thyreohyoides. 5. & 6. Geniiohyoides internum & externum.

Præparavit insuper columellam cum musculis ei famulantibus quorum duo sunt paria, nimirum pterygostaphylinum internum & externum.

Ostendit musculos Cartilaginis Scutiformis, quorum 3 sunt paria. 1. Sternothyreoides. 2. Cricothyreoides. 3. Hyothyreoides.

Musculos Cartilaginis arytænoidis, quorum 4 sunt paria: 1. Thyreoarytænoides, 2. Arytænoides seu Sphinster, 3. Cricoarytænoides laterale, 4. Cricoarytænoides posticum.

Musculos

Plate I. Part II. P. 15.

Musculos pharyngis, quorum 3 paria: 1. Stylopharyngæus, 2. Sphenopharingæus. 3. Cephalopharyngæus, qui potius carnosum æsophagi initium sunt, quam musculi; etiam Musculus æsophagæus dictus qui gulam constringit.

1. In Angina Spuria inflammantur tonsillæ, in legitima Musculi Laryngis, sed præcipuè Arytænoides.

2. In Angina Legitima ipsius Parens fecit incisionem in laryngem inter duos annulos superiores, fistulâ argenteâ in vulnus admissâ, per quam patiens inspirabat exspirabatque, adeoq; eam curavit. Oportet autem ut Chirurgus incisione facta dividat paulum & diducat curiosè Musculos Sternohyoides & Sternothyreoides.

3. Dixit se observasse ramulum ductûs Thoracici sive chyliferi ad pericardium tendentem, per quem immisso tubulo inflavit pericardium, unde non absque ratione conjectabatur lympham in pericardium derivatam esse.

4. Pulmo humanus ungulæ bovinæ specie externa similis.

5. Asperæ arteriæ rami seu bronchiæ intra pulmones cartilaginibus angularibus carent.

6. Valvulæ venæ cavæ tricuspides dictæ sunt, arteriæ venosæ mitrales, quia ambæ junctim acc. piæ mitram episcopalem quoquo modo representant; valvulæ venæ arteriosæ sigmoides dictæ sunt, aortæ semilunares.

Pericardium in hoc cadavere præter naturam diaphragmati in sua cuspide erat adnexum.

Observavimus glandulam geminam infra laryngem sub musculis Sternothyreoides ad utrumque asperæ arteriæ latus, quæ in Bronchocele (cui obnoxii sunt Alpium & montium altissimorum incolæ) mirum in modum intumescunt.

Observavit insuper ductum Thoracicum unum ramulum mittere ad glandulam parotidem.

18*vo Decembris.* Præparavit Musculos dorsi nimirum 1. Musculos trapezios seu cuculares dictos à figurâ, *de quibus abunde Vesling.* 2. Musculos rhomboides in basin Scapulæ desinunt. 3. Levatores Scapulæ, patientiæ & pauperum musculi dicti, quia pauperes cùm eleemosyna eis negatur, Scapulas levant dicentes, *Oportet patientes esse.* 4. Musc. latissimum dorsi, in summitatem cubiti inseritur, & ab officio *Aniscalptor* dicitur. 5. Serratos posticos minores, qui superiores. 6. Serratos posticos majores, qui inferiores. 7. Musc. longissimum dorsi qui discurrit per dorsi longitudinem, initio musculis sacrolumbis unitus, singulis costis duas ansulas seu tendines nervosos largitur, qui se mutuò decussant in crucis formam, ansulæ sci. exteriores sursum tendunt, interiores deorsum. 8. Musc. Sacrolumbos qui præcedentibus initio juncti interiùs, & processibus vertebrarum spinatis ad collum usq; protenduntur, singulis costis ansulas pariter donando, verùm exteriores hujus ansulæ carnosæ sunt, & non tendinosæ, quemadmodum præcedentis. 9. Musc. Semispinatus.

Præparavit insuper Musculos capitis & colli; & primò Splenicos dictos, quia Splenem bubulum repræsentant: in occiput inseruntur, atque etiam

(quod non habetur apud *Vesling* aliosve) tendinem satis validum à reliquâ sui parte divisum ad processum transversalem 2dæ cervicis vertebræ mittunt. 2. Complexos, adeo dictos, quòd quasi à diversis musculis compositi videntur. 3. Rectos majores sive externos. 4. Rectos minores sive internos, a primæ vertebræ tuberculo exortos. 5. Obliquos superiores. 6. Obliquos inferiores. 7. Musculos mastoideos. 8. Longos. 9. Scalenos. 10. Transversales. 11. Spinatos, de quibus consulantur auctores. Tandem præparavit Musculos Sacros & Musculos quadratos.

Monstravit musculos faciei. In fronte membrana carnosa in musculum degenerat, ibi incipiens duplicari ubi desinunt capilli.

Obs. 1. Musculi labia obliquè moventes seu dividentes, Sardonii dicti, in morbo illo risu Sardeo nimirum debent secari.

2. Si caput inungatur pinguedine supra Cranium humanum nascente capillos abunde producit.

3. Qui è Febri maligna moriuntur, iis intestina post mortem livida aut viridi-cœrulea apparent.

4. Non est pericranium à periosteo diversum, verùm periosteum in capite dicitur pericranium, potestque in plures, v. g. 7 vel etiam 10 plagulas dividi.

Musculi temporales, ob tutelam & ut in situ contineantur, membranâ propriâ conteguntur, a nonnullis fallò pro pericranio habitâ. Cavendum est ne hæc membrana lædatur: Siquidem vulnus ei inflictum, non rarò convulsiones excitat, unde & hujusmodi vulnera lethalia habentur.

19no Decembris. Præparavit musculos faciei: Nasi duos, triangulares sci. & obliquos: Oculi, sphincterem palpebrarum: Labiorum, elevatores sci. labii superioris, quorum duo paria; unum ab angulo interiore oculi ortum labiis & naribus commune. Musculi ab osse jugali nati, ideoque Zygomatici dicti, in risu Sardeo dissecandi sunt. Observavit in nonnullis hos Musculos deesse. Constrictor sive Sphincter labiorum Musculus nonnullis Basiatorius dictus. Depressores Labii inferioris ab imo mento exorti, admodum spongiosi ubi pili crescunt. Aliud par, quod Labium inferius & superius simul deorsum abducit, in angulos musculi Sphincteris sive Oris insertum.

Musculos maxillæ inferioris, scil. Temporalem, Massetarium, pterygoidem internum & pterygoidem externum, qui maxillam sursum trahunt omnes; diagastricos deinde, qui depriment.

Not. 1. In cranio perforando trepano, cavendum est a suturis; nam si Dura Mater (quæ per suturas cum pericranio committitur) lædatur, periculum ingens est nè ægrotus convulsus moritur.

2. Cerebrum humanum ingens est, corporis magnitudinis respectu habito.

3. In Cerebri ventriculis observavi duo corpora Hippocampi & Bombyces Arantio dicta ob similitudinem.

4. Cerebrum non pulsat per se, sed Arteriarum respectu: Nam si animalis vivi cranium aperias Cerebrumq; denudes, & ex una parte Menyngem piam amoveas cum vasis eidem intertextis, videbis alteram partem pulsare,

alteram

alteram verò nudam membranâ non item. Asserit seipsum hoc expertum esse, cerebrumque post amotionem Cranii plùs horæ quadrante pulsasse.

5. Observavimus nervorum par 4. seu Fallopianum, qui a posteriore Cerebri parte exorti, ad latera basis Cerebri reptantes, juxta tertium par exeunt.

6. Observavimus plures nervos è 7. conjugationibus non simplices esse, quamvis ex uno foramine exeunt, sed revera divisos & multiplices, nimirum tertium & quintum par ex 4. utrumque nervis constat, sextum ex 8. vel 10. verùm omnes illi simul sumpti non adeo ampli sunt *ac ego putaveram.*

7. Glandula pituitaria major est in homine & solidior, quàm ego in animalibus observare solitus sum.

8. Sub infundibuli membranâ duo nobis ostendit corpuscula alba viciæ magnitudine, testiculi figurâ, quæ fratrem suum primùm invenisse dixit, *verum habentur picta apud Veslingium.*

9. In foraminibus Narium maximis observavi 4. corpora aut etiam plura, oblonga spongiosa,membranâ tecta, quæ (ut probabile est) Mucum ne defluat impediunt.

10. Pia Mater composita videtur ex tunicis venarum & arteriarum, quæ eam crebræ perreptant.

Post aggressus est oculi dissectionem, in quo Musculos 6. notavit. 1. Elevatorem, Superbum & Hispanum dictum. 2. Depressores, humiles & Capucinos. 3. Adducentes, bibitorios & Germanos. 4. Abducentes, meretricios. 5. Obliquantes, & 6. Trochleatores, amatorios dictos.

Anterior tantùm tunica humoris crystallini aranea dicitur, posterior pro parte hyaloidis habetur.

Observavit Musculos in singulos ingredientes nervos; de Musculis oculi loquor.

Vesiculæ seminales ad vasa deferentia, immediate supra glandulas prostatas veluti alæ utrinque adjacent, originem seu radicem suam juxta glandulas habentes.

Capsulæ Seminales nihil aliud sunt quàm vasa deferentia dilatata immediatè supra glandulas prostatas.

Meretrices in coitu habent artem Vulvas coarctandi, os coccygis protrudendo introrsum, adeòque coitum jucundiorem reddendi.

21*mo Decembris.* Observavimus in uno cadavere Arteriam Spermaticam inferiùs à trunco Arteriæ magnæ ortam ascendere & emulgentem supergredi.

Vidimus manifestè Capsulam Spermaticam perforatam in Urethram, atque etiam in vesiculas seminales, adeò ut in utramque facilè stylum admittat. Foramen illud, quòd in urethram exit per tuberculum in ipso vesicæ collo,seu carunculam in urethræ initio, valvulam habet quæ impedit nè Sperma involuntarie exeat, aut in capsulas regrediatur.

Asserit ille se nunquam invenisse semen in glandulis prostatis, neq; agnoscere ulla foramina per quæ Semen in urethram exeat. *Ego aliter sentio, & puto Sperma in hisce glandulis contineri etiam in homine.* Putat ille glandu-

las ideo tantùm factas esse, ut vesicæ collum comprimant, adeoque conducant ad Semen cum impetu ejaculandum.

In Urethra summa, in glande sci. penis propè extremitatem, canalis se dilatat & foveolam efficit, in qua si materia aliqua acrior aut putrida stagnet, sive Sperma sit, sive urina, acerrimos dolores creat, & pustulas causat.

Gonorrhæa flava vehementissimos excitat dolores.

Musculos manûs dissecuit. Ii autem sunt. 1. *Deltoides.* 2. *Coracoides,* qui humero attollendo inserviunt. 3. *Rotundus major.* 4. *Rotundus minor,* qui humerum deprimit. 5. *Spinatus* inferior. 6. *Spinatus* superior. 7. *Infrascapularis* sive *demersus*; qui humerum circumrotare creduntur. 8. *Biceps,* præcipuè notabilis ob duplex initium, quorum alterum in sinu vel foveolâ ossis humeri capiti insculptâ, velut nervus arcûs in fibulâ, tendine suo immittitur. 9. *Brachiæus*; qui cubitum flectunt. 10. *Musculus longus.* 11. *Brevis*; qui simul juncti. 12. *Anconæus*; simul cubitum extendunt. 13. *Quadratus.* 14. *Teres*; qui pronatores dicuntur. 15. *Supinator longus.* 16. *Supinator brevior.* 17. *Musculus palmaris,* qui per totam manûs volam expanditur. 18. *Flexor Carpi externus.* 19. *Flexor Carpi internus.* 20. *Extensor Carpi externus.* 21. *Extensor Carpi internus.* 22. *Flexores primi* internodii, *Lumbricales* dicti, à tendinibus flexorum 2di internodii, orti & carnosi: 23. *Flexores secundi* internodii, *Perforati* dicti. 24. *Flexores tertii* internodii, *Perforantes* nominati. 25. *Abductor* minimi digiti. 26. *Annularis.* 27. *Medii.* 28. *Indicis* indicator dictus, præcipuè notabiles. 29. *Adductor Indicis.* 30. *Medii.* 31. *Annularis.* 32. *Auriculares,* musculi in formam crucis intra digitos collocati, atq; *Interossei* dicti. 33. *Flexor* primi internodii pollicis. 34. *Flexor* 2di internodii, qui in 4 partes dividi potest. 35. *Adductor.* 36. *Abductor* pollicis. 37. *Flexor* 3tii internodii. 38. *Extensor* primus pollicis. 39. *Extensor* 2dus. 40. *Extensores* digitorum, qui articulos singulos velut investiunt.

25to Decembris We saw the Operation of cutting a Child out of the Womb, performed in a Carcass by *Marchetti* the younger: This is called *Partus Cæsareus.*

He told us that himself had taken a Child out of the Mother's Womb, after she was dead, which lived two or three Days.

Incisio facienda est in uno latere, cavendum à *linea alba* & locis ei vicinis propter musculorum tendines, qui ibi omnes conveniunt, & si secentur difficiliùs coalescunt: In illo etiam latere, seu ibi, ubi infantis caput existere, seu jacere deprehenditur.

In incisione facienda magnam adhibere oportet cautionem, sensim & leniter secando, nè intestina vulnerentur: Postquam Chirurgus Musculos omnes & peritonæum perforaverit, de reliquo debet immittere duos digitos, adeoque omnes musculos & peritonæum attollere, atque digitos sursum versus scalpellum dirigendo, secare. Ita cum aperit *uterum* summopere cavendum est pariter ne fœtum vulnerat.

Postquam

Postquam fœtus eductus est, vulnus consuendum est, acu per omnes musculos & membranas adducto; & fila connectenda sunt in singulis puncturis. Uterus ipse nullo modo consuendus est.

Hoc facto in uterum injici debet decoctum Saniculæ, Consolidæ, & aliorum vulnerariorum; item Vinum maximè austerum. Vulneri autem externo abdominis primò applicari debent lintea albumine ovorum madefacta, deinde Emplast ra, ut Diapalma, &c. quòd si vulnus ad suppurationem veniat, immittenda est in inferiorem partem turunda.

Dixit se nunquam potuisse observare ossa pubis in partu separari, nam & ipse in partu difficillimo ei parti manum imposuit, nec potuit sentire ullam disjunctionem aut oblongationem. Habet etiam argumentum ex Hippocrate contra hanc sententiam desumptum à callo, Qui inter ossa fracta aut luxata existere solet, & in futurum ossium separationem impedit.

CHAP. II.

The HEAD.

FIG. 1. Shews a Bone taken from the Falx, or first Process of the *Dura Mater*, of a Man who died of violent Headachs. *An unusual Bone in the Head, and a Distemper'd Optick Nerve, by Mr.* Cheselden, n. 387. p. 287.

Fig. 2. Shews the Optick Nerves, the right Nerve being wasted and discoloured; the Eyes both appear to be very good. I had not an Opportunity of enquiring into the Case of this Person; but suppose it must have been a *Gutta Serena*. I open'd another Eye of a Man who died of that Distemper; in which I found that part of the Nerves which is within the *Cranium* crush'd flat by the interior Lobes of the Brain, their Ventricles being full of Lymph.

II. We had a very remarkable Fracture of the Skull, last Campaign at our Hospital at *Ghent*; it was in the interior part of the *Squamose* Bone, and occasioned by a Splinter of a Fellow Soldier's Piece bursting, that struck him there. Some time had pass'd, before the Accidents made us suspect a Fracture, and obliged us to make a Triangular Incision upon the Temporal Muscle; a Fissure was discover'd, which indicated the Necessity of the Trepan. It was apply'd twice, the first not making room sufficient to extract a large piece of the internal Table very much depressed. After this all the Accidents disappear'd; but twelve Days after the Operation, Rigors, cold Sweats, an intermitting Pulse, and some other Signs of an approaching Death, did make us despair of the Recovery of our Patient. He died the 15th from the Operation, and about the 20th from his Wound. His Skull was open'd, and in it three very remarkable Fissures observed. The first had, notwithstanding the Sagital Suture, cross'd from one Parietal-Bone to the other, as far as the Coronal Suture on that side opposite to the Wound; another had gone cross the Coronal Bone; and the *A remarkable Fracture in the Skull, by Mr.* Amyand. n. 317. p. 173.

third

third was on the Parietal Bone on the ſide of the Wound, pretty near the *Sutura Squamoſa*; but what is moſt ſingular, is, that none of theſe Fiſſures did reach that, upon which the Trepan had been applied. An *Empyema* was found in the *Thorax*, and a conſiderable Impoſthume in the Liver.

A Bullet lying Thirty Years in the Head. By Dr. Fielding. *n.* 320. *p.*317.

III. At the firſt *Newberry* Fight, in the Time of the late Civil Wars, Dr. *Rob. Fielding* was ſhot by the Right Eye on the *Os Petroſum*, by the Orbit of the Eye to the Skull, which was likewiſe broke, with great Effuſion of Blood from the Wound, Mouth and Noſtrils.

The Surgeon carefully probing the Wound for the diſcovery of the Bullet, but failing of his Intention, on the third day after the Shot, plac'd him Horizontal to the Sun; by which means depreſſing the broken Skull with the Probe, he could ſee the Palpitation of the Brain, but could not diſcover the Bullet.

When the Doctor began to grow old, his Mouth cloſed up, and ſo continued for the ſpace of half a Year, till many Fractures of Bones were come out of the Wound, Mouth, Noſtrils; and afterwards whenſoever a Scale of Bone was to come out, his Mouth would cloſe, inſomuch that ſeveral Years after he prognoſticated to ſome Friends, that a Bone was then coming out, which continued ſo for ſix or ſeven Weeks; at which time finding an itching in the Orifice of the Wound, with his Finger he felt a Bone, upon which he made known to ſome Friends then preſent, that they ſhould ſee him open his Mouth, and taking out a Bone no bigger than a Pins Head, he immediately open'd his Mouth.

At the ſecond *Newberry* Fight it heal'd up, no Art could keep it open. After this, for the ſpace of Ten Years, or more, a Flux of Sanious Matter iſſued out of the Right Noſtril, and then ceaſing there, it flow'd from the Left Noſtril for ſome Years. At length, for the ſpace of two Years or thereabouts, upon riding, the Doctor would ſometimes find a pain on the Left Side, about the Almonds of the Ear, which he attributed to Cold; but more eſpecially after riding in a cold dark Night, which occaſion'd a kind of Deafneſs too; and having ſtop'd his Ear with Wool to recover his Hearing, one Day, either Writing or Reading, ſuddenly an Huffe came in the Ear, which made him ſtart, and the manner not to be expreſs'd, unleſs you can imagine a *Vacuum*; this happen'd about *March* or *April*, 1670. Upon this, all that ſide of the Cheek hung looſe as tho' Paralytick, and under the Ear might be felt a hard Knob.

After this, Tumour upon Tumour appear'd upon that ſide under the Jaw-Bone, which occaſioned his conſulting ſome Phyſicians, two at one time, one of which ſuſpected the Bullet, which, conſidering the Shot, they thought not credible. At length the Tumours coming to the Throat, if he held up his Head a little, it ſeem'd as if one with a Hook did pull down the Jaw-bone; and if any thing touch'd the Throat, 'twas as painful as if prick'd with a handful of Needles. Being at laſt perſwaded to make ſome Applications, a ſmall hole appeared, after that another, and a third

third near the *Pomum Adami*; by these the Bullet was discover'd, and cut out in *August*, 1672.

IV. Canis superiori parte bregmatis terebrata, Membranam duram non sine aliqua Sanguinis jactura denudavi. Statim prius linteis carptis cohibita hæmorrhagia, ablutaque Sanguinis aspergine, apparebat Membranæ istius, ejusque Sinus longitudinalis qui per Marginem foraminis decurrebat, motus Systalticus, cordis vibrationis quæ citatior ordinario erat æmulus, eique rithmo ad amussim respondens. Hanc mecum astantes vibrationem per spatium unius horæ quadrantis conspexerunt, quo elapso, eam hamulo acuto prehendere tentabam, ut ita, ea super ipsum suspensa & cultro divisa, cerebri subtus motum satius expiscarer & ediscerem: factâ autem ejus perforatione (quam acute persentiscere canis videbatur, cujusvis autem Convulsionis expers) insequuta est hæmorrhagia, ut prius, brevique similiter restricta. Eloto Sanguine, particulari isto foramine à punctura hamuli in Membrana facto, comparuit Cerebri motus systalticus, parum id Sanguinis qui in eo hærebat, extus propellens.

An Experiment to discover the true Cause of the Motion of the Dura Mater. *By Mr.* Ridly. *n.* 287. *p.* 1480.

Postea cuspide forficis obtuso caute in aperturam Membranæ vulneratæ immisso, eam transversim parte ejus à sinus longitudinalis transitu maxime remota dissecui; quo facto se protrusit cerebrum Pia Matre textum per istam aperturam, adhuc manente motu ejus ad tactum satis forti, licet membrana ipsa, ob vim restitutivam suarum fibrarum à plaga accepta diminutam, ad oculos obscurius vibrari videbatur. Toto hoc tempore vegetus erat canis, levibus tantum tremoribus cum quodam horrore per universum corpus affectus.

Post horas aliquot hisce observandis transactas, quo tempore variis modis excruciatum fuisset animal, multumque sanguinis effudisset, tandem ut omnem vim pulsificam quæ vel huic membranæ inesse, vel ei aliunde donari supponi potest ratione fibrarum suarum, quarum beneficio motum primo à cerebro sibi impressum validius absolvit, adimerem, guttulas aliquot oli Vitrioli, unde nigro tingebatur colore, in eam leniter illinebam; Hinc nulla, saltem exigua & obscura ejus percepta est vibratio; non obstante autem hac ejus ad impulsum cerebri obsequendum ineptitudine, admoto digito satis distinctus cerebri pulsus sentiebatur.

Peractis his, adhuc alacri manente cane, cum cultri mucronem ad unius unciæ crassitiem in cerebri molem intrudissem, vehementer se agitabat canis, & in horribiles corporis jactationes, & pedum anteriorum & posteriorum convulsiones incidebat; quo tempore immisso ut prius in aperturam præfatam digito, fortius se movebat cerebrum quam antea; Postea specillum profundius adigebam, unde sensus dolorifici indicia maxima dedit; tandem cultro integro usque ad latus cranii oppositum trajecto, horrendi exoriebantur spasmi; & jam quo omnis de cerebri motu dubitatio amoveretur, digitis nostris tum ego, tum adstantes pari modo quo aliàs, indentes, Systolen Diastolenq; ejus cum maximo renixu factam persensimus. Quid amplius ad veram genuinamque motus hujus partis causam proximam eruendam

endam detegendamq; desiderari potest haud video, modo ad phænomena in hoc experimento occurrentia, sedulo attendatur.

An extraordinary Case of an Apoplectick Person. By Dr. Arch. Adams. *n.* 313. *p.* 40.

V. I open'd the Head of a Woman who died of an Apoplexy, and in the Left Ventricle of the Heart, I found four or five Ounces of clotted Blood; in the Right Ventricle no Blood at all, but every thing as usual; and all the Nerves which commanded the Right Side of the Body were as strong as any I ever observ'd in a sound Animal, especially in the Origin, and as far as I could trace them in their Course. It was my Opinion, that whichever Ventricle the Obstruction was in, the Nerves and Muscles corresponding to that side were affected, but here the contrary appear'd plainly; for altho the Obstruction was in the Left Ventricle, the Sense and Motion of the Right Side were entirely lost, and the small Remains of either were observable in the Left Side.

An unusual Cancer. By Mr. Jon. Kay. *n.* 277. *p.* 1069.

VI. My Father had a Cancer, which took its Rise from the *Os jugale*, and in process of time spread itself over the whole Cheek; and notwithstanding the Endeavours of the most eminent Surgeons, ulcerated his Eye round, which I saw him take out with his own Hand; and afterwards extended itself to his Ear, and through his Cheek into his Mouth, and across the upper part of his Nose, and perforated the Bone there. It likewise overran the side of his Forehead, fouling the *Os frontis* which came away in pieces, leaving the *Dura Mater* bare as broad as Half a Crown, which running thro the Perforation of the *Cranium*, in a few days putrified and expos'd the Brain itself, and several Portions of it came away fresh and untainted; and what is most strange, he perfectly retained his Senses, and rose every day to dress the Ulcer himself, till a considerable quantity of the Brain was come away. And when he was confined to his Bed, his Speech first fail'd, and he died about four Days after, his Brain being totally consumed, and nothing remaining in the *Cranium*, but a small quantity of black putrid Matter. He had neither Spasmus nor Convulsion of any part all the time of his Illness.

An unusual Blackness of the Face. By Mr. Yonge. *n.* 323. *p.* 425.

Simili ratione ac Motum ſanguinis ex Ventriculis Cordis erumpentis ope *Theorem.* 2. determinavimus, poterit quoque Urinæ Motus ex Urethrâ profluentis determinari. Nempe ſi ponatur Urethræ Veſicæ longitudo 12 unciis æqualis, & binæ unciæ Urinæ minuti ſecundi ſpatio emittantur, erit Motus Urinæ effluentis æqualis Motui ponderi libræ $1\frac{1}{2}$, quod uncialem longitudinem ſingulis minutis ſecundis percurrat. Quoniam vero Urina non ſolis Veſicæ Urinariæ viribus contractivis, ſed etiam Diaphragmatis & Muſculorum abdominalium ope in ſubſidium vocatâ, expellitur, nequit Veſicæ Potentia ex Motu Urinæ profluentis æſtimari.

2. Epiſtolam *D. Jurin*, in Actis Philoſophicis nuper publicatam, legi; in quâ, ea quæ à me traduntur de viribus Cordis, infirmare conatur vir Doctiſſimus. Cum æſtimatio virium, quibus Cor Sanguinem expellit, à *Borellio* facta, fere omnibus valde incredibilis videbatur, non me temerarium, non *Borelli* nomini injurioſum, non orbi literato ingratum facturum exiſtimavi, ſi ad verum propius accedere tentarem. In quo Tentamine, non accuratam virium Cordis definitionem mihi propoſitum erat dare, ſed potius methodum, quâ hæ vires forte inveniri poſſent, indicare; & Geometriæ peritiores ad Problematis valde deſiderati inveſtigationem incitare.

Remarks by Dr. James Keill, *n.* 361. *p.* 995.

Præcipuum quod *Borellio*, D. *Moreland*, mihi objicit vitium eſt, quod in Potentiâ Cordis æſtimandâ, quam rationem ad pondus iners, vel corporis gravitatem obtineat, determinare ſuſcepimus. " Sed Cor, " inquit, cum & ipſum inter contrahendum movetur, & corpora op- " poſita, Sanguinem nempe & arteriarum tunicas, in motum impellit, " patet ejus *Potentiam* non aliâ ratione ſciri poſſe quanta ſit, quam ut " motus hujus quantitatem cognitam teneamus. *Motus* autem quilibet " cum pondere quieſcente comparari non magis poteſt, quàm linea " cum rectangulo." At à nemine certe noſtrum, quod ſcio, eſt *Motus* Cordis cum pondere quieſcente comparatus. Potentiam autem Cordis, ſeu vim Cordis motricem & Sanguinem impellentem cum pondere conferre, quid prohibet non video. Quamquam enim inter *Pondus* & *Motum* corporis ſolidi nulla ſit relatio, vis tamen motrix, ſi in fluidum agit, ad vim gravitatis quandam certe rationem habet. Et revera vis corporis motrix, certam in fluido motûs quantitatem in dato tempore efficiens, æqualis eſt ponderi, quod vi gravitatis cadendo, in eodem tempore, eandem motûs quantitatem ſibi acquirit. Hinc vis, quâ ex orificio aliquo aqua exprimitur, certo ponderi æqualis eſſe dicitur: quia pondus datum, & vis aquam exprimens æquales motus in temporibus æqualibus generant. Hic genuinus Corollarii *Newtoniani* ſenſus mihi videtur eſſe, nec ab hoc ſenſu diſcrepant, quæ de Cordis viribus explicui. Verba *Newtoni* ſunt, *Vis, qua totus aquæ exilientis motus generari poteſt, æqualis eſt ponderi, &c.* quæ non ſatis attendiſſe videtur *Jurinius*, cum dicit *Pondus autem illud quo motus aquæ ex vaſe effluentis generari poteſt*, &c. Sed ſi hâc re à nobis peccatum eſt, cum ſummis certe hujus ſæculi Geometris *Hugenio* & *Newtono* peccavimus, quorum uterque vim fluidorum per vim gravitatis exponit. Nec in *Corol.* prædicto id ſolummodo facit *Newtonus*, ſed in aliis etiam locis oſtendit Methodum, quâ ratio reſiſtentiæ Medii, id eſt, actionis fluidi in corpus ſolidum, ad vim Gravitatis vel centripetam inveniri poteſt, ut videri licet in *Prop. 4ta* & *5ta* Libri ſecundi, eorumque Corollariis. Alia profecto eſt actio fluidorum in ſolidum, & alia ſolidorum in ſe invicem. Fluidum, datâ velocitate motum, datum pondus ſuſtinere poteſt, cum fluidi partes ſibi mutuo continuò ſuccedentes in pondus impingunt, adeoque vis fluidi eſt revera ponderi æqualis; ſed cum Solidorum non par eſt ratio, eorum Vis cum Gravitate comparari nequit.

Me inſuper reprehendit Vir ingenioſiſſimus, quòd velocitatem Sanguinis è corde detruſi, per totam ſyſtolem æqualem poſui, quam ille valde inæqualem eſſe demonſtravit. Verum à me nuſquam Sanguini æqualis data eſt velocitas, ſed pro ſummâ omnium velocitatum mediam poſui. Sed utrum æqualis vel inæqualis eſt Sanguinis è Corde ejecti celeritas, nondum ſatis mihi conſtat; certe quæ pro æquali velocitate ſtat ratio, ea mihi in præſens firmior videtur.

Quod in alterâ methodo quæ ſubjuncta eſt, illi diſplicet, eſt certe aſſumptio illa quæ à *Borellio*, aliiſque viris doctis ſæpius uſurpata eſt, nempe, quod ſimilium muſculorum vires ſunt in ratione ponderum.

Aliam

Aliam virium rationem in Theoremate *5to* ſtabilire conatur *Jurinius*: ſed cum ex communi omnium Theorematum Principio oritur demonſtratio, communi etiam eorum fato involvetur: Si enim principium illud fallax eſt, (ut mihi videtur) nec ad caſus ad quos adhibetur, congruit; corruunt certe omnia, quæ hâc baſi innituntur. Supponit Vir Clar. Vaſorum tunicas in Sanguinem intus contentum impetu irruere, & motûs ſui partem Sanguini ictu communicare: & hîc in motu Cordis, vult Ventriculum tanquam ſolidum Corpus, datâ velocitate motum, in Sanguinem impingere, & ictu motûs ſui partem illi impertire: quæ ſuppoſitio nec Sanguinis nec Cordis, nec Aeris è Pulmone expreſſi motui competit, nec, ullâ minimorum ictuum reiteratione, horum motibus ita accommodari poteſt, quin quæ inde deducentur concluſiones pro incertis & omnino falſis haberi debeant.

Cum inter Sanguinem & Cordis intimum nullum intercedit ſpatium, ſed eſt alter alteri contiguus, non ictu hoc in illum, ſed preſſu agit: nec ullam in initio ſuæ contractionis celeritatem ventriculi habent, ſed ſe contrahendo velocitatem tempore acquirunt, tanquam gravia cadendo, vel ut fluida rareſcendo, ex quo forte omnis vis Cordis oritur. Adeoque non æquabilis eſt motus contractionis, ut vult Vir Doctiſſimus, ſed eſt motus inſtar cadentis acceleratus. Idem igitur eſt diſcrimen inter ictum quo Cor Sanguinem ferire vult *Jurinius*, & preſſuram quâ Cor revera in Sanguinem agit, quod eſt inter actionem corporis ſolidi moti & vim gravitatis: ſed ipſo fatente hæc comparari nequeunt, adeoque preſſura ſeu actio cordis in Sanguinem per ictum nec à Viro laudato expoſita eſt, nec unquam exponi poteſt. Hanc ſententiam confirmat ipſa Cordis potentia a Viro Cl. inventa. Si enim pondus datâ velocitate motum cordis potentiæ æquale eſſet, tunc Sanguis omni vi Cordis in pondus illud directe impulſus motum ponderis temporis momento deſtrueret: ſed quocunque magno impetu ponderi occurrat Sanguis, nunquam illi omnem motum in inſtanti eripiet, adeoque eſt hoc pondere potentia Cordis minor, nec recte per motum ponderis vires Cordis exponuntur.

Fluidorum vires in corpora ſolida, ubique eodem prorſus modo quo ſolidorum vires in ſe invicem, *Jurinius* æſtimat & perpendit, cum tamen maxima interſit differentia; & ab hoc capite fluit quicquid eſt in illius Propoſitionibus erroris. Ubi enim corpus ſolidum, cujus partes firmiter inter ſe cohærent, in aliud impingit, unaquæque corporis particula ſimul & ſemel ſuam alteri vim impertit: at res aliter ſe habet in fluidis, in queis nulla eſt partium cohærentia, nulla fluidi pars, niſi in ipſo tactu, in corpus ſibi oppoſitum agit: idcirco cum columna aquæ adverſus corpus ſolidum ſurſum vertitur, partes columnæ à corpore remotiores nullam illi vim imprimunt. Corpus etiam ſolidum unicum ſolummodo ictum alteri communicat: at columna fluidi in corpus ſibi oppoſitum continue agit, & minima columnæ pars minimo temporis momento, ictum infinite parvum illi imprimit, eodem prorſus modo quo gravia cadendo agunt, quibus igitur fluidorum motus recte comparatur.

paratur. Porro omnis motus corporis solidi in alterum directe impingentis in temporis momento destrui potest: sed motus solidi vim fluido imprimentis, non nisi gradatim imminuitur, & in dato tempore evanescit, pari ratione, quâ Gravitas in corpus sursum missum vim suam exerit. Ex quibus satis abunde constat, inter vim fluidi in motum acti, & vim gravitatis magnam esse affinitatem, & unam per alteram recte exponi posse; vim autem corporis solidi ad vim gravitatis referri non posse. Cumque hanc differentiam non satis attendisse videtur Doctissimus *Jurinius*, à vero multum aberrasse mihi videtur. Si igitur sepositâ suâ de Vasorum ictu hypothesi, & vi pressuræ, quâ Natura utitur, pro Principio adhibitâ, alia Theoremata de Cordis & Sanguinis motu & viribus, elegante suâ demonstrationis methodo, construere dignabitur, sese dignum, mihi certe gratum, nec eruditis inutile præstiterit.

Reply'd to, by Dr. Jurin. *n.* 362. *p.* 1039.

3. Queritur primo Vir Clarissimus, quod sese una cum Doctissimis Viris *Borello*, & *Morlando*, tanquam Cordis Motum cum pondere inerti conferentem, injuste perstrinxerim. Ego certe, cum prius notassem Motum quendam Sanguinis & Arteriarum ex Cordis Vi oriri, dixi tandem sciri non posse Cordis Potentiam quanta sit, nisi Motus hujusce quantitatem cognitam teneamus: Motum vero quemlibet cum pondere quiescente comparari non magis posse, quam Lineam cum Rectangulo. Quibus verbis id significare volui, Doctissimos Viros non quidem diserte Motum Cordis cum pondere quiescente comparare, sed ipsos, cum Cordis Potentiam per pondus exponerent, nullam ostendisse rationem, quâ Motûs quantitas ex Cordis Potentiâ oriundi posset æstimari. Ex hâc Objectione, si recte assequor mentem Viri Clarissimi, ita sese expedire conatur. Cordis Potentia in pressione consistit, eamque æquabiliter in Sanguinem impendit, eodem prorsus modo, quo Gravitatis vis deorsum pondus impellit, & actione perpetuâ in motum accelerat. Proinde, cum Cordis Potentia ponderi per Corollarium *Newtonianum* definito æqualis est, ea Motum eundem durante Systole in Sanguinem imprimet, quem pondus istud eodem tempore cadendo per Gravitatis vim comparabit. Ita vero cum mentem suam exponit Vir Cl. sublatam iri penitus Objectionem istam nostram confitemur; si nimirum Cordis Potentia prædicto ponderi æqualis sit, eademq; consistat in æquabili pressione per totam Systolen continuatâ. Atqui ex duabus istis Propositionibus posteriorem neutiquam probare conatur vir doctissimus, sed Hypotheseos loco ponit; quamvis nos rationibus quibusdam adductis contrariam Sententiam conati sumus verisimiliorem reddere; nempe, quod Cordis Potentia nequaquam æquabiliter agat in Sanguinem per totam Systolen, sed cum totas vires exiguâ temporis particulâ collegerit, inde uno impetu in Sanguinem irruat, eumque ex Ventriculis expellat, eo modo quem in Dissertatione nostrâ Epistolari fusius exposuimus. Priorem vero Propositionem, etiam concessâ Viro Cl. istâ Hypothesi, falsam esse mox demonstrabimus.

Corollarii

Corollarii *Newtoniani* ſenſum quod attinet, nolumus Lectori moleſtiam nimiam faceſſere, cum neque putemus ejus intereſſe uter *Newtoni* mentem rectius acceperit; neque ita perſpicue ſententiam ſuam expoſuerit Doctiſſimus Adverſarius, quin periculum ſit, ne aliquem ei ſenſum affingamus, quem ipſe forſitan, ſi poſſet adhuc ſe defendere, foret repudiaturus. Id vero adnotaſſe operæ pretium erit, quod cum loquatur *Keillius* de Vi quâ ex Orificio aliquo aqua exprimitur, *Newtonus* nullum omnino verbum in iſto Corollario poſuerit, quo Aqua per vim aliquam exprimi ſignificetur; ſed pondus ſolum determinaverit æquale iſti vi, quâ totus aquæ effluentis Motus generari poteſt, ſive quod Gravitatis Vi cadendo Motum comparare poteſt Motui aquæ eodem tempore effluentis æqualem.

Quod autem Corollarium illud, ſi non male intellexerit Vir Cl. certe non ſatis apte uſurparit, facile perſpiciet Lector Eruditus, qui animum adverterit, quid interſit diſcriminis inter effluxum aquæ ex foramine in fundo vaſis ſemper pleni quomodo à *Newtono* conſideratur in eo Corollario, & effluxum Sanguinis ex Corde in Aortam. In caſu enim priori aqua jam totam velocitatem comparavit, & per datum temporis ſpatium æquabiliter effluit ex foramine. At Cordis Vis per Hypotheſin *Keillianam* applicatur Sanguini in Ventriculo quieſcenti, & eum primo temporis momento velocitate infinite parvâ verſus Aortam propellit; continuatâ vero æquabili preſſione tandem ei finitam velocitatem imprimit, eamque perpetim auget, donec omnem Sanguinem ex Ventriculo expulerit.

Rurſum in caſu *Newtoniano* conſideratur Motus non quidem totius aquæ Cataractâ contentæ, quæ omnis in motu conſtituta eſt, & diverſa velocitate verſus exitum tendit, ſed aquæ ſolum in ipſo foramine poſitæ & jam exilientis. Vis autem Cordis toti Sanguinis moli Ventriculo contentæ Motum imprimit, totamque Aortam verſus propellit.

Denique negamus pondus quinque unciarum, à Viro Cl. determinatum, poſſe eam Motus quantitatem durante Cordis Syſtole per Gravitatis Vim comparare, quam Cordis Potentia producit, conceſſâ etiam ei Hypotheſi iſtâ, quod Cordis Potentia in æquabili preſſione conſiſtat. Per hanc enim Hypotheſin erit Motus à Ventriculi ſiniſtri Potentiâ productus, ex Calculo noſtro * [*Tranſ.* Numb. 359. p. 932, 934.] æqualis Motui Ponderis Octodecim librarum circiter, quod ſingulis minutis ſecundis longitudinem uncialem percurrat. Motus autem, quem pondus quinque unciarum durante Cordis Syſtole, ſi tollatur omnis Arteriarum & Sanguinis præcedentis reſiſtentia, ſive decimâ parte minuti ſecundi, per Gravitatis vim comparabit, æquabitur fere Motui Ponderis duodecim librarum, quod ſuprapoſitâ velocitate moveatur. Quod ſi cui libuerit adſumptâ hâc Hypotheſi verum pondus definire, quod Cordis Potentiæ æquale eſt, is poſito Calculo eliciet pondus unciarum circiter ſeptem cum ſemiſſe. Hoc enim durante Syſtole Cordis eundem

*v. ſupr. p. 61, 62.

fere

fere Motum cadendo comparabit, quem producit ipſa Cordis Potentia.

Sed inquiet forſitan aliquis diſcrimen modo expoſitum inter Motum à *Keilliano* pondere acquiſitum, & Motum ex Potentia Cordis oriundum inde proficiſci potuiſſe, quod forte minus accuratæ fuerint poſitiones illæ, quibus Characteres Algebraicos in Calculo noſtro ad numeros revocavimus. Cui dubio ut occurramus, & oſtendamus ſimul nos longe majus diſcrimen inventuros fuiſſe, niſi contigiſſet ut poſitiones iſtæ *Keillio* faverent; operæ pretium erit caſum aliquem ſimpliciorem adſumere, quo data moles aquæ, per datum orificium, dato tempore, per vim aliquam ſive preſſionem æquabilem exprimatur, quæ ſunt conditiones ab Adverſario poſitæ ad Potentiam Cordis definiendam. In eo autem caſu demonſtrabimus neque Motum aquæ effluentis, neque Motum toti tandem moli aquæ per vim illam impreſſum, Motui aquæ in Corollario *Newtoniano*, neque Vim eam ſive preſſionem, ponderi per iſtud Corollarium definito, æquari. Quod ſi præſtare licuerit, corruat funditus neceſſe eſt tota demonſtratio *Keilliana.*

Adſumemus igitur Cylindrum aquæ datum, tubo Cylindrico infinitæ longitudinis contentum; eritque pro orificio iſta ſectio tubi ad quam pertingit utralibet aquæ ſuperficies, alteri autem ſuperficiei Vis applicabitur ope Emboli eâdem Diametro cum ipſo tubo. Perfluat jam dato tempore data quævis aquæ quantitas per dictam ſectionem tubi; tum alia quantitas æqualis per foramen pari Diametro factum in fundo vaſis, quod more *Newtoniano* uſque plenum conſervatur: & primo loco diſpiciamus, utrum pares futuri ſint in utroque caſu Motus aquæ effluentis.

Exponatur tempus effluxus aquæ per rectam *A C*, velocitas autem æquabilis, qua aqua effluit ex foramine in fundo vaſis per rectam *A B*. Unde moles aquæ effluentis ex foramine, cum ſit in ratione temporis & velocitatis conjunctim, exponetur per Rectangulum *A B C D*; & Motus ejuſdem exponetur per ſolidum Parallelepipedon, ex eodem Rectangulo ducto in altitudinem *A B*, quippe qui ſit in ratione compoſita ex rationibus molis & velocitatis.

In caſu altero, ubi aqua per tubum Cylindricum fluit, tempus, ut prius, exponetur per eandem rectam *A C*; velocitas autem aquæ erit in ratione temporis, quippe cum vis adhibita, ex Hypotheſi, in datam aquæ molem æquabiliter agat, & proinde repræſentabitur per rectam
Plate I. Fig. 9. mutabilem *F G*, rectæ *A F*, ſive tempori ab initio effluxus, proportionalem. Molecula autem aquæ, particulâ temporis *F H* prædictam Sectionem præterfluens, exponetur per Rectangulum ex ipsâ *F H* ductâ in exponentem velocitatis *FG*; vel ſi evaneſcere intelligatur rectula *F H* per Trapezium *F G I H*, & moles aquæ toto tempore *A C* præterfluens ſignificabitur per Triangulum Rectangulum *A C E*. Et quoniam ex Hypotheſi moles iſta moli aquæ in caſu priore effluenti æqualis eſt, erit Triangulum *A C E* æquale Rectangulo *A B D C*; unde *C E*, ſive velocitas acquiſita in fine temporis *A C*, dupla erit velocitatis *C D* ſive *A B*, quâ aqua ex

foramine

foramine in fundo vasis effluebat. Motus autem aquæ particulâ temporis *F H* præterlabentis, cum sit in ratione molis & velocitatis conjunctim, exponetur per Prisma evanescens, quod fit ex Trapezio *FG IH* ducto in velocitatem *FG*: Unde totus Motus aquæ toto tempore *A C* præterfluentis exponetur per Pyramidem, cujus basis est Quadratum rectæ *C E*, cujusque altitudo perpendicularis est ipsa *A C*. Quæ Pyramis cum sit ad Parallelepipedon casu priore definitum, ut 4 ad 3, erunt quoque Motus aquæ effluentis in utroque casu in eâdem ratione, & proinde inæquales, quod primo loco demonstrandum susceperamus.

Proximum est, ut ostendamus Motum tandem impressum toti aquæ tubo contentæ non esse æqualem Motui in exemplo primo determinato. Hic autem, cum tota ista moles aquæ per positiones supra scriptas neutiquam definita sit, adsumemus eam æqualem moli expositæ per Rectangulum *A B C D*, quæ in casu primo effluit ex foramine, quæque in secundo sectionem dictam præterfluit. Unde cum totus Motus ei tandem impressus sit, in ratione molis & velocitatis in fine acquisitæ, idem exponetur per Parallelepipedon ex Rectangulo *A B D C* ducto in rectam *C E*. Hoc autem est ad Parallelepipedon, primo casu definitum, ex eodem Rectangulo & rectâ *C D*, ut altitudo *C E* ad altitudinem *C D*, sive in ratione duplâ. Porro, cum molem aquæ tubo contentæ per quodvis aliud Rectangulum, loco Rectanguli *A B C D*, exponere licuisset, patet inde Motum hunc posse quamlibet rationem ad Motum primo casu definitum obtinere, & idcirco nequaquam eidem esse æqualem. Quod erat secundo loco demonstrandum.

Superest, ut ostendamus Vim in hoc casu adhibitam ponderi per Corollarium *Newtonianum* definito non esse æqualem. Hæc autem Vis & vis Gravitatis agens in istud pondus, cum ambæ sint æquabiles, erunt in ratione Motuum ex iisdem dato tempore productorum. Quos cum inæquales esse modo demonstratum sit, erint illæ vires itidem inæquales. Quod erat demonstrandum postremo.

Pergit Vir Cl. ad alterum illud vitium, quod ego in ejus solutione reprehenderam, nempe quod velocitatem Sanguinis ex Corde effluentis æquabilem posuerit, quam insigniter inæqualem fieri à me demonstratum est. Negat autem se æquabilem velocitatem Sanguini tribuisse, sed pro summâ diversarum omnium velocitatum velocitatem mediam usurpasse. Præterea nondum satis sibi constare dicit, utrum æqualis vel inæqualis sit Sanguinis ejecti velocitas, sed quæ pro æquali velocitate stat ratio, eam sibi firmiorem videri. Utrum vero, qui velocitatem Sanguinis inventurus molem Sanguinis expulsi ad orificium Aortæ applicat, nullâ factâ mentione neque diversarum velocitatum, neque velocitatis mediæ, velocitatem Sanguinis æquabilem ponat, penes æquum Lectorem sit Judicium. Idem quoque facile æstimabit, utrum Vis aliqua sive pressio fluido in vase quiescenti applicata, quæ est Hypothesis Viri Doctissimi, id fluidum primo temporis momento, eâdem velocitate quâ in fine, propulsura sit.

Postquam ita satisfactum putat Vir Cl. iis Objectionibus, quas contra priorem suam Methodum attuleram, jam ad alteram illam faciliorem vindican-

vindicandam accedit. In hac Ego animadverteram Virum Cl. adſumere iſtam Propoſitionem, quod Vires Cordis in diverſis Animalibus ſint in ratione ponderum, item ponere velocitatem Sanguinis ex ſectâ Iliacâ Arteriâ profluentis æqualem ei, quâ Sanguis ex Corde in Aortam emittitur: quas ambas poſitiones falſas eſſe nobis demonſtratum eſt. Vitium poſterius non defendit Vir Cl. prius vero tuetur *Borelli* & aliorum Doctorum Virorum auctoritate, qui aſſumptionem iſtam ſæpius uſurparunt. Ita quidem, & nos ejuſmodi aſſumptionem in *Borello* reprehendimus, neque valet cujuſquam auctoritas contra legitimam demonſtrationem. Supereſt ergo Viro Cl. ad examen revocanda noſtra demonſtratio. Hanc autem fallaci quodam Principio inniti putat; quo cum omnia Theoremata noſtra ſuperſtructa ſint, communi ruinâ omnia involvit. Ait enim me ponere, quod Ventriculi Cordis, tanquam ſolidum corpus datâ velocitate motum, in Sanguinem impingunt, eoque ictu Motus ſui partem eidem communicant. Quam Hypotheſin Motui neque Sanguinis, neque Cordis, neque Aeris ex Pulmone expreſſi, competere cenſet Vir Clariſſimus.

Quod Pulmonem attinet, quoniam hoc obiter attingere voluit Vir D. agnoſco me conſideraſſe Pulmonem inter contrahendum tanquam datâ velocitate impingentem in Aerem contentum; idque conſulto feciſſe profiteor. Quum enim tum *Bellinus*, tum alii multi Viri Doctiſſimi, quos inter eminèt Cl. Adverſarius, multa protulerint de Vi illâ, quâ Aer inter expirandum in Sanguinem Pulmones præterfluentem agit, ejuſque moleculas diſſolvit; quam ſolutionem ipſo expirationis initio cenſent accidere; mihi propoſitum erat hanc ipſorum ſententiam ad trutinam revocare. Videbam autem, quod, ſi aerem per Vim æquabilem ſive preſſionem expelli ſtatuerem, Motus aeri à Pulmone impreſſus initio exſpirandi, ſive reactio aeris in Pulmonem, adeoque in Sanguinem præterfluentem, pro quantitate infinite parvâ habenda erat, adeoque nihil omnino eorum effectuum, quæ ipſi adſcribebantur, præſtare poterat. Ita vero ſi feciſſem, jure queſturos putabam *Bellini* ſequaces, quod inique ſecum ageretur; quippe cum rejiceretur ipſorum ſententia propter demonſtrationem ex Hypotheſi arbitrariâ & eâdem omnium adverſiſſimâ deductam. Malui igitur ex illâ Hypotheſi demonſtrationem deducere, quæ omnium maxime ipſis faveret, maximamque Motus quantitatem exſpirandi initio aeri tribueret. Hæc autem erat, quâ ponebatur Pulmo initio exſpirationis datâ velocitate in Aerem impingere.

Cæterum in Potentiâ Cordis definiendâ iſtam quidem Hypotheſin, quâ ipſius Ventriculi, omni impetu momento temporis concepto, tanquam ſolidum corpus datâ velocitate præditum, in Sanguinem irruunt, primo loco propono, tanquam omnium ſimpliciſſimam, ex eâque ſolutionem deduco. Atqui deinde conſidero tum eam Hypotheſin, quâ Ventriculi Cordis Motum omnem ſuum particulâ temporis admodum parvâ concipiunt, quæque mihi veriſimillima videtur, tum ipſam Hypotheſin *Keillianam*, atque alias infinitas, iiſque omnibus ſolutionem

meam

meam accommodo. Adeo ut, ſive iſtud Principium incertum & fallax, ſive verum & ſtabile reperiatur, nihil exinde ſolutionis noſtræ certitudini detrahatur.

Non tamen videmus aliquid argumenti allatum, quo minus iſtam poſitionem nobis adhibere, pari jure atque Viro Cl. contrariam illam de Vi ſive preſſione uſurpare, licuerit. Nihil ſane ſpatii inter parietes Ventriculorum & Sanguinem intercedere non diffitemur, & tamen quare res ictu peragi nequeat nondum liquet. Certe, ſi Cubo Globum contingenti ictus imprimatur, Cubus partem Motus ſibi impreſſi Globo communicabit pari facilitate, ac ſi ſpatium inter eos interceſſerit.

At hæc ſunt corpora ſolida, & ubi de fluidorum Motu agitur, longe alia res eſt. Diſcrimen ſane inter ictus corporum ſolidorum & actionem ſive ſolidi in fluidum, ſive fluidi in ſolidum, fuſius exponit Vir Cl. quod diſcrimen cum me minus advertiſſe cenſeat, ex eo fonte fluere pronunciat quicquid Erroris in meis Propoſitionibus continetur. Ego vero differentiam iſtam ut recte traditam a Viro Cl. lubens admitto, & aio me communem illam doctrinam neutiquam ignoraſſe, cum nihil frequentius in Mechanicis ſcriptoribus occurrat, ſed caſus quoſdam novos expoſuiſſe, quibus ea doctrina cum adhiberi nequiret, alia erat ineunda ratio atque hactenus fuerat uſurpata. Ea tribus verbis abſolvi poteſt. Nam, ut exemplo facillimo utamur, quieſcere ponatur Cylindrus aquæ datæ longitudinis in dato tubo, & moveatur per iſtum tubum Cylindrus alius ſolidus pari diametro, ac datâ velocitate in Cylindrum aqueum impingat. Quid inde futurum eſt? Nempe totus Cylindrus aquæ eo ictu in motum ciebitur, pari ratione, ac ſi fuiſſet & ipſe ſolidus Cylindrus: alter vero Cylindrus Motus ſui partem momento temporis deperdet, & ambo Cylindri communi velocitate per tubum deferentur. Simili modo res eveniet, ſi Cylindrus aqueus per tubum fluens Cylindro ſolido quieſcenti impegerit. Quod ſi Cylindrus aqueus datâ velocitate per tubum feratur, eique occurrat Cylindrus ſolidus aliâ velocitate, ita ut quantitates Motuum Cylindri aquei & ſolidi utrinque pares ſint, jam momento temporis deſtruetur utriuſque Cylindri Motus, pariter ac ſi duo ſolida corpora æquali Motu prædita ſibi mutuo occurrant *.

Quod autem nos amicè admodum hortatur Vir Candidiſſimus, ut ſepoſitâ noſtrâ de Vaſorum ictu Hypotheſi, & Vi preſſuræ, quâ Naturam uti cenſet, pro Principio adhibitâ, Theoremata alia conſtruamus; id profecto, niſi gravi morbo impeditus perfunctorie prorſus evolviſſet noſtram Diſſertationem, dudum à nobis præſtitum animadvertere potuiſſet. Quum enim ponimus Motum Cordis in ratione temporis augeri, eâdem utique Hypotheſi utimur, ac ſi Vim preſſionis adhibeamus. Hoc autem poſito, Motum ex Cordis Potentiâ oriundum determinavimus, duplo ſcilicet majorem quam ubi Ventriculorum ictu res peragitur. Calculum vero ipſum, ut ſatis facilem & priori noſtro ſimilem, Lectori reliquimus inſtituendum. Quæ autem ſequuntur Theoremata & in iis Theorema quintum, quod rejiciendum ſtatuit Vir Cl.

** v. infra, Part* I. *Ch. V. Tract.* VII.

K tanquam

tanquam ex Hypothesi de Ventriculorum ictu deductum, neutiquam pendent ex istâ Hypothesi, sed ex ipsa Hypothesi Doctissimi Adversarii pari facilitate demonstrantur.

CHAP. IV.

The Abdomen.

I. *A Triple Bladder, by Mr.* Bussiere, *n.* 268. *p.* 752.

IN his best Health, the Patient could not make his Water in a full and continual stream, the Urine running out by little and little, and with great Efforts of Inspiration, chiefly when there was but little Quantity of it in the Bladder, which did fatigue him very much, tho the passing of the Urine through the Neck of the Bladder was not painful; except the two or three last Years of his Life, because of a thick *Mucus*, which then discharged with the Urine. That *Mucus* growing in greater Quantity of late, made him apprehensive it had been caused by a Stone in his Bladder; upon such Thoughts he apply'd himself to one, in order to be searched by him, who accordingly introducing his Catheter, and meeting with some Resistance in the *Urethra*, did force the Catheter through the Membranes, and made such Dilaceration in them, that the Patient lost immediately a great Quantity of Blood; which bleeding continuing for ten Days, without his seeking for any Help, brought him under very great Torments, by reason the Blood being grumulous in the *Urethra*, could not be forced out but by very violent Efforts and acute Pain, which caused a Mortification in the Part, of which he died.

The next Day after his Death, I did open the Body, in which the natural Urinary Bladder was found lying on the left side of the *Pelvis* upon the *Ilium* Bone, then searching what should be the Cause of such unnatural Situation, we did find one large and round Bag, lying under the *Pubis* upon the *Rectum*, filling up all the Cavity of the *Hypogaster*; then in order to examine the thing more exactly, I did dissect the *Penis* and the *Rectum*, and having taken them out of the Body, and laid them down upon a Table, the first thing I did was to lay open the *Urethra*, to examine whether there was any Carnosity, as the Surgeon who first introduced the Catheter had suspected; but there was none: and that *Ductus* was as plain and sound as could be, except the Dilaceration which the Catheter had made in it; then having introduced a Conductor into the Bladder, I divided it quite; and first it was observed, that the round Bag, which was made up of two Bladders, or rather two Cystis's, divided one from the other only by a Membrane, that which was next to the true Bladder was something bigger than the Bladder, the other which was lying on the right side being much lesser;

each

Fig. 1.

each of thefe two Cyftis's had its Orifice open in the Neck of the natural Bladder, which was longer than it is naturally, as you may fee in the Figure. None of the *Ureteres* were inferted into any of thefe Cyftis's, but they were inferted into the Neck of the true Bladder, by the Orifices of the two Cyftis's, infomuch that the Urine could be equally received by them and the Bladder.

Secondly, It was obferved that the Glandules of the true Bladder were extraordinarily big and red,that Colour being, very likely,the Effect of the Inflammation caufed by the Dilaceration of the *Urethra.* I have often obferved that a thick *Mucus,* which runneth out of the Bladder, and which fome think to be the Matter of an Impofthume or Ulcer in the Kidneys, is only produced by thofe Glandules of the Bladder grown fcrophulous; when that *Mucus* groweth thick and clammy, it caufeth the fame Pain on the Neck of the Bladder as if it were a Stone. The Glandules of the great Cyftis were very fenfible, but very fmall, they were not at all fenfible in the fmaller Cyftis.

Now it is eafie by the Defcription of thefe Bladders, to give a Reafon of the Symptoms that Gentleman did undergo, for by the Situation of the great Cyftis, it is plain that the Water could not come out but by the Force of Infpiration, its own Mufcles being not able to force it out, and confequently could not come out but by little and little; and thefe Efforts of Infpiration were to be the greater, when there was but little quantity of Urine, becaufe it requir'd greater Force to make it afcend from the Bottom of the Cyftis, which could not be done but with great Labour and Fatigue.

The Pain he fuffer'd in the late Years of his Life, was caufed by the Thicknefs of the *Mucus* running out of the Glandules of his Bladder, his Kidneys being very good and found.

A A. The Body of the true Bladder, 1, 2, 3, 4, 5, 6, its Glandules.

B B. The greater Cyftis. *Plate* 3. *Fig.* 1.

C C. The fmaller Cyftis, 1, 2, 3, its Wrinkles.

D. Part of the true Bladder overturn'd.

E. The Neck of the Bladder.

F F F F. The two *Urethra's.*

G. The Infertion of the SpermatickVeffels in the *Urethra.*

H H. The *Proftates.*

I I. *Veficulæ Seminales.*

K K. *Vafa deferentia.* *L.* The *Urethra.* *M.* The *Erectores* Mufcles. *N.* The *Penis.*

II. *Feb.* 168¾. I injected into the *Jejunum* of a Dog, that had for a Day before but little Meat, about 12 Ounces of a Solution of Indigo, in Fountain Water, and after three Hours opening the Dog a fecond time, I obferved feveral of the Lacteals of a blewifh Colour, which on ftretching the Mefentery did feveral times difappear, but was moft eafily

Experiments for tranfmitting blue Liquors into the Lacteals, by Dr. Mufgrave, n. 275 *p.* 996.

easily discerned when the Mesentery lay loose; an Argument that the blewish Liquor was not properly of the Vessels but of the Liquor contained in it. A few Days after this, repeating the Experiment in another Company, with the Solution of *Stone Blew* in Fountain Water, and on a Dog that had been kept fasting 36 Hours; I saw several of the Lacteals become of a *perfect Blue Colour*, within very few Minutes after the Injection: For they appear'd so, before I could sow up the Gut.

About the beginning of *March* following, having kept a Spaniel fasting 36 Hours, and then Syringing a Pint of a deep Decoction of *Stone Blue* with common Water into one of the small Guts; and after 3 Hours, opening the Dog again, I saw many of the Lacteals of a *deep Blue Colour*, several of them were cut, and afforded a *Blue Liquor*, (some of the Decoction,) running forth on the Mesentery. After this, I examin'd the *Ductus Thoracicus*, (on which, together with other Vessels near it, I had, upon my Return, made a Ligature,) and saw the *Receptaculum Chyli*, and *that Ductus* of a *Bluish Colour*; not so Blue indeed, as the Lacteals, from the Solution mixing, in and near the *Receptaculum*, with *Lympha*; but much Bluer than the *Ductus* uses to be, or than the Lymphatics under the Liver (with which I compared it) were.

The Entrance into the Lacteals (which is much the narrowest Part of all the way from the Mouth to the Mass of Blood) being thus beyond Exception proved wide enough to admit so gross a Body as *Stone-blue*, we may here in part explain the Admission of Liquors, (as of Diuretic-waters, *&c.*) into the Vessels in *prodigious Quantities*, in a very little time.

The same Wideness of the *Pylæ Lacteæ*, makes them easie to receive (together with proper Vehicles) those grosser Bodies, which afterwards compose the grumose part of the Blood, the Cartilages and Bones. And this open Entrance being allow'd, it will no longer seem impossible, that with our Nourishment, Eggs, or *Animalcula* themselves should enter these Vessels, there being no manner of Question, but that of both the one and the other, some are much less in Bulk, than the greatest Particles of Indigo in the Decoction above-mentioned seen in the Lacteals. Add to this the many Species there are of little Insects, and their great Fertility; so many and so great, that of the People of the Animal Kingdom, a very small Proportion (perhaps not a quarter Part) comes within view of the naked Eye; and then, we shall be the better able to account for the great variety, as well as Numbers of Insects, observed in the Juices of the Body Animal.

But the chiefest Use of the * Wideness of the Lacteal Orifices, is in deducing from thence the Reception of gross Matters (such as are the Effects of Indigestion, *&c.*) which afterwards in the Blood and *Genus Nervosum*, many times produce most severe Distempers.

* *vid.* Lister *de Med. Font. Angl. exercit alt. Lond.* p. 48.

III. Ha-

III. Having obſerved the extreme Swiftneſs with which the Drink paſſes ſometimes, as they find that drink *Medicinal* Waters, he thence conjectured that it did not always go the Way, which *Anatomy* ſhews us it takes ordinarily; and that therefore it ought to have another ſhorter Paſſage which is not yet diſcovered. A ſtrong Proof of this his Conjecture is, that thoſe who purge with an Infuſion of *Caſſia* render in a very ſhort time by Urine a Tincture as black almoſt as the Infuſion they have taken; which would not conſtantly happen, if the Drink took always the ordinary Way. He then took Pains to diſcover this unknown Paſſage for the Urine, and he perſuades himſelf that he has found it. To make this *Syſtem* the better apprehended, he began with the Explication of the uſe of the Drink, which is to help the Digeſtion, and to ſerve for a *Vehicle* to the *Chyle*: He ſaid, that the *Urine* is nothing elſe but the Drink it ſelf, which having ſerved for this purpoſe is afterwards caſt out more or leſs loaded; that thoſe who drink much without eating, as when they take the Waters, render their Urine very ſuddenly, and that without Colour. On the contrary, they that drink little and eat much, render theirs ſlower and high coloured; and laſtly, they who both eat and drink very much, renders theirs at firſt, one Part leſs coloured, and afterwards another Part high coloured later.

A new Syſtem for the Paſſage of the Drink and Urine by Monſ. Morin, com. by Mr. Blondel, n. 278. p. 1101.

From whence, and from what he had before ſaid, he inferr'd that the Drink, beſides the ordinary Paſſage which it has to the Bladder by the emulgent Veins Kidneys and Ureters, has likewiſe another by the Pores of the Stomach, and of the Bladder. He called thoſe the firſt Urines which paſs by this new way, and the ſecond Urines thoſe that paſs the ordinary way. He afterwards proved the Poſſibility of this new Syſtem by Experiments. He ſaid, that having taken the Ventricle and Bladder out of a dead Body, and filled them with Water, it run all out through the Pores; and turning them inſide outwards, the Water that was put in them run through them after the ſame manner; and that laſtly, letting them ſwim in Water, it eaſily ſoaked thro into them. From which he concludes that in a living Body, it ought to paſs with much greater Facility by the Tenſion of the Stomach, for the Aliment like a Spunge ſoaks up the Liquor in which it ſwims, and ſo ſwells up the Stomach; which in its Turn again preſſing the Food, ſqueezes out the Liquor from it, and forces it to filter thro' its Pores. With this Preſſion it is eaſy to conceive, that the Drink muſt paſs eaſier through the Pores of the Stomach than the Water, which was put into the Stomach taken out of a dead Body; and that this Liquor re-entring into the Bladder makes the firſt Urine: It is evident likewiſe, that this Preſſion is never ſtrong enough to preſs out all the Liquor from the Stomach, and ſo there remains enough to carry on the Aliment and Chyle, after which it comes away high loaded and coloured, and makes what he calls the ſecond Urines.

He

He added, the Paſſage of the Drink into the Capacity of the lower Belly did not cauſe the Dropſy, that Liquor, aided by the Preſſure of the Parts that encompaſs it, finding an eaſie Entrance into the Bladder, and none into the Inteſtines, becauſe of the thick *Mucus* that lines them. The Eaſineſs of this Paſſage is the cauſe that Mineral Waters run away ſo ſuddenly by the firſt ways, and by the ſecond; but much more by the firſt, when there is but little Nouriſhment in the Stomach; for there runs more or leſs Urine by the firſt ways than by the ſecond in proportion to the Aliment taken, and to the Surplus of what is neceſſary for the Digeſtion, Reſpect being had likewiſe to what paſſes inſenſibly by Tranſpiration.

This Syſtem being ſo laid down, he gave the Reaſons of two conſiderable *Phænomena*.

The firſt was, the different Colour of Urine that is made at different times: which proceeded from hence, that thoſe that paſs by the firſt ways, are but little charg'd, whereas the other that paſs by the ſecond ways, having ſerv'd for a Vehicle to the Chyle, and circulated with the Maſs of the Blood, are charg'd with the Volatile and Sulphurous Salts, and other Excrements of the Blood, and conſequently more colour'd.

The ſecond *Phænomenon* was the Red, Greeniſh, and ſometimes Blackiſh Colour of the Urine of thoſe that are purg'd with the Infuſion of *Caſſia*. This, according to him, is becauſe the Tincture paſſes by the firſt ways, as was experimented in the Stomach of a dead Man, where this Liquor paſſes indeed more ſlowly and in a leſs Quantity, but always of a Greeniſh Red. It is the ſame of the Red Tincture of the Urine after eating Beetes; of the Violet Brown, which is obſerv'd after Drinking Mineral Waters; of the Smell of Violets after the taking of Pills of Turpentine, and of the ſtrong Smell after Aſparagus, all which comes from the firſt Urines being charg'd with that Colour and Smell, which is not taken away by any thing that's mixt with it, whereas the ſecond Urine, which carries the Chyle and Aliments, has no other Colour nor Smell than Urine ordinarily has. He did not pretend to give this Syſtem as new, but as explained more exactly, and in ſome meaſure demonſtrated by the Experiments he reported.

Part of a Dog's Gut cut and cur'd, by Mr. John Shipton *n.* 283. *p.* 1299.

IV. Præſente *D. Gul. Pleahill, Societ. Chirug. Londin. Cuſtode*, adjutrices etiam manus commodante *D. J. Dobyns*, Juvene in Anatomicis pariter ac Chirurgicis Operationibus optimè verſato,

Cane ex more ligato, vulnus abdomini ſatis amplum infliximus; proximam inteſtini Ilei partem extraximus; vaſa meſaraica, quæ eam irrigabant, ligavimus; inteſtinum tranſverſim duobus locis forfice diſſecuimus; ejuſque portionem duos circiter digitos longam abſtulimus; tum inteſtini vulnus ſuturâ pellionum abdominis interſciſſâ conjunximus; emplaſtro obteximus; vinculiſque ſolutis, faſciâ obligavimus.

Primo


Fig. 1.
Fig. 2.
3
4
5

Primo ingreſſu titubare æger, ceu vertigine correptus, debiliſque admodum eſſe videbatur; eadem nocte bis vomuit: Poſt aliquot dies ſuturas aliquatenùs laxatas, ſubmiſſis feſtucis & circa fila contortis, arctius conſtrinximus. Poſteà medicamentis faſciiſque abjectis, intra tres ſeptimanas vulneri ipſe lambendo cicatricem induxit.

Obſervatione forſan non indigna videbitur inteſtini ſimul ac abſciſſum fuit retractio; quod ex utraque parte reſiliens arcteque ſe occludens Sphincterem eleganter exhibuit.

Canem deinde poſt aliquot ſeptimanas, quibus ſanus admodum vegetuſque degebat, ſuſpenſum aperuimus, partemq; inteſtini, qua conſutum erat, in hypochondrio ſiniſtro (ſatis longe ab externo vulnere, quod hypogaſtrio dextro inflictum erat) peritonæo firmiter annexum & in ſacculum ampliatum (*D D D*) invenimus: Omentum etiam (*G*) ei adhærebat, ut & inteſtina ibidem pluribus in locis (*** *e e*) ſibi invicem adnata erant. Ad cicatricem ab interna parte (*c*) accuratius luſtrandam, inteſtinum juxta longitudinem incidimus, quo ex uno latere vulneris labia adducta, (*D D D*) & peritonæo connexa (*f*); ex altero eadem diviſa, proximiſq; adjacentium inteſtinorum partibus agglutinanata fuiſſe apparebat; ita ut exteriores eorum tunicæ, internum ab iſto latere efformantes parietem, inteſtinalem fiſtulam continuarent, cibiſq; devehendis commode inſervirent, *e e*. v. Fig. 9.

Quanquam autem hæc in brutis experimenta bene ſucceſſerint, tamen ſi quiſquam tam inhumanus foret ut ſcienter, vel tam imperitus aut infælix ut inſciè, inteſtinum tenuius homini præcideret, nullus dubito, quin certum ei æque ac perfoſſo corde lethum inferret. Tenuia enim hominum inteſtina tantâ fibrarum carnearum compage haud gaudent, qualicanes natura providè ſtipavit; qui durioribus cibis veſci ſoliti, majori inteſtinalis fiſtulæ motu atq; calore, ad chylum elaborandum, fæceſque (in his plerumque duriores) eliminandas, indigere videntur.

Figuram inteſtini unâ cum vicinis partibus Clariſſ. D. *Cowper* pro ſingulari ſua humanitate accuratiſſime delineare dignatus eſt. *Plate* 4.

A a a. Inteſtini Ilei pars ſuperior ventriculum verſus. *B b b.* Ejuſdem pars inferior. *C.* Cicatrix vulneris inteſtini ab interiori parte. *D D D* Inteſtini diviſi labia. *E.* Orificium inteſtini ſuperius. *F.* Orificium inferius. *e e e.* Partes inteſtinorum adjacentium exteriores, portionis inteſtini hoc loco deficientis vicem ſupplentes. *f.* Peritonæi pars inteſtino adnata. *G.* Omentum inteſtino etiam connexum. * * Inteſtini, qua cum altero coaleſcebat, ſeparati veſtigia. *H H.* Aortæ Truncus. *I.* Arteria Cœliaca. *g.* Gaſtrica dextra. *h.* Gaſtroepiploica dextra. *i.* Hepaticæ. *k.* Pylorica. *l.* Gaſtrica major. *m m.* Arteria Splenica. *K.* Arteria Meſenterica ſuperior. *L.* Phrenicæ. *O.* Venæ Portæ Truncus. *P P.* Arteriæ & Venæ per Meſenterium diſſeminatæ.

V. A.

An unusual Colick, by Dr. Davis n. 275. p. 965.

V. A person, aged between 50 and 60, had been for 3 or 4 years last past troubled with Gripes, which generally return'd once a month, or thereabouts; his Body for the most part costive. Last *April* coming from *London*, he heated himself very much with his Journey, having walked a good part of the way, and as soon as he came home, had a return of his Colic pains, which continued upon him for 18 days, notwithstanding the methods commonly used in that case, during which time he had no Stool, besides what the first and second Clysters brought away; his complaint upon his seizure was of a pain in his right side in the *R gio Iliaca.* Some time before he died, his Belly swelled much, and was as tense as any Drum, he vomited for 2 or 3 days at the beginning, which left him, and returned not till just before he dyed, which was at the expiration of the 18th day, at which time he brought up 2 or 3 mouthfuls of black Choler; but never during his whole illness vomited any excrement. Dr. *Shaw* who lived upon the spot, prevail'd to have an hasty Inspection of his Abdomen. He found some black Choler in the Stomach, the *Duodenum* and the rest of the *Intestina tenuia* void of excrement, but incredibly distemper'd with Wind, and tracing the Canalis of the Guts as far as the *Cæcum*, found that of a blackish colour; and from thence for about a yard in length, the Colon mortified and so rotten, that the Excrements had made their way thro' it at several places, into the Cavity of the Abdomen; about 2 inches of the mortified Gut was fastened to the *Peritonæum* on the right side. This part of the Colon was so extended with excrements of a soft consistence, that they when taken out filled two Chamber-pots; at the extremity of the mortification, towards the *Rectum*, the obstruction which occasioned all these misfortunes offered it self to view very plainly; for about ten inches of the Colon was doubled, as if you had taken a piece of Tape, and folded it; the two contiguous surfaces of the duplicature adhered so firmly together, that you could not separate them without tearing the exterior coat of the Intestine. Upon separating this coalescence, there fell from that part a whitish Mucus, the adhesion was about 3 inches broad; the middle of the Duplicature, which made the acute angle, and where the excrements stopped, was smaller, and the Membranes thinner than in any other part of the Gut; from thence towards the Rectum the Colon was sound, and void of excrements, occasioned by the frequent use of Clysters.

An extraordinary Effect of the Colick by Monf. St. Andre. n. 351. p. 580.

VI. A Gentleman that came to Town in good Health, meeting with some Friends, drank a great deal of new bottled Oat-Ale, after some Pints of Wine. These Liquors fermented so violently in his Stomach and Intestins; that he was taken with a violent *Cholick* the same Night.

In the morning an Apothecary was sent for, who administred a Clyster, and took some Ounces of Blood to relieve the Patient, who complain'd of a great Pain in his left Side. The Clysters being repeated

peated the Night following, as alſo the next Morning; and the Patient growing worſe, the Apothecary, without Order of any Phyſician, gave him a violent Vomit: which operated Eight or Nine Times: This added Fewel to the Fire; and the Patient having from that Time been in a deſperate Condition, two eminent Phyſicians were call'd, who order'd that the Clyſters ſhould be repeated: But they not prevailing, I was ſent for about ſix Hours before the Patient died: I found him complaining of a violent Pain in all the Region of the *Abdomen*; a frequent Inclination to vomit; having a great Difficulty of breathing, together with a very ſlow Pulſe; his Belly being as hard as a Stone, though not ſwell'd.

This laſt Indication made me conclude, that the Diſeaſe was a violent Contraction of the Abdominal Muſcles, which had overcome the *Diaphragm*, and that probably the *Inteſtins* might be forc'd into the *Thorax*. Upon which I order'd a Fomentation of hot Milk, adding to every Quart a Drachm of *Liquid Laudanum*, which in theſe Maladies gives great Relief: But before it cou'd be got ready, the Patient expir'd in a violent Convulſion.

In opening this Body, I found the Abdominal Muſcles ſo much contracted, that it was almoſt impoſſible to penetrate them with a very ſharp Scalpel.

Upon Examination, I found the Stomach empty, and ſome Parts of the *Duodenum*, but the *Jejunum* and *Ilium* ſo much diſtended with the fermented Oat-Ale, that the *Ilium* had four Inches of Diameter, and the *Colon* above eight. The *Ilium* was alſo pretty much inflam'd in its inferior Part; and all the Valves of the *Colon* were obliterated by the great Diſtention of that *Inteſtin*. But the greateſt Diſaſter was, the Dilatation made in the *Diaphragm* as I ſuppos'd; made juſt upon the Chink which remits the intercoſtal Nerve to the *Viſcera* of the *Abdomen*, through which a Portion of the *Colon* was forc'd, and the greateſt Part of the *Omentum* and *Pancreas*.

Theſe tender Parts being choak'd ſoon inflamed, a Mortification of them following; and a Rupture of the *Pancreatick Vein* caus'd an internal *Hæmorrhage*, which fill'd all the left Cavity of the *Thorax*, inſomuch that the whole left Lobe of the Lungs was compreſs'd almoſt under the *Muſculus Scalenus*. The Quantity of extravas'd Blood was very great, and it was not in the leaſt coagulated.

VII. Acceſſit curandus nuper Vir Ruſticus, & ex multo-tempore extenuatus, laborans torminibus ventris, atque Hypochondriorum Spaſmodicis contractionibus, nil fere dejiciebat per inferiora, & continuo languore exolutus ſpiritu tandem defecit. Aperto cadavere, invenimus inteſtina craſſa, præcipue ubi in vicinia Duodeni flectuntur, mediis protuberantiis calloſis invicem, & cum adjacentibus conſolidata, ut obſcurum eſſet unum ab altero disjungere, & quod pejus erat, eorum

A pain in the Belly caus'd by a concretion of the Inteſtines, by Dr. Meſaporitus, *n.* 303. *p.* 2118.

 ſubſtan-

ſubſtantiam ad inſtar duriuſculæ cartilaginis concretam, & craſſam, ut nulla fere cavitas amplius ſupereſſet.

An extraordinary coſtive Caſe, by Mr. Sherman. *n.* 302. *p.* 2111.

